CAROLI LUDOVICI STRUVE,

DIRECTORIS QUONDAM GYMNASII URBICI REGIMONTANI

OPUSCULA SELECTA

EDIDIT

JACOBUS THEODORUS STRUVE,

PHIL. DR., LITTERARUM [illegible]
UNIVERSITATE [illegible]

VOL. II.

LIPSIAE,

SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLIV.

CAROLI LUDOVICI STRUVE

OPUSCULA SELECTA.

VOL. II.

CAROLI LUDOVICI STRUVE,

DIRECTORIS QUONDAM GYMNASII URBICI REGIMONTANI,

OPUSCULA SELECTA

EDIDIT

JACOBUS THEODORUS STRUVE,

PHIL. DR., LITERARUM ROMANARUM PROF. P. E. O. IN CAESAREA UNIVERSITATE CASANENSI.

VOL. II.

LIPSIAE,

SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLIV.

A.

OPUSCULORUM CRITICORUM

PARS II.

4. PHILOSOPHI.

a) PLATO.

Optativi in lingua Graeca ut multiplex et varius est usus, ita non minimam difficultatem habet ejusdem explicatio, ubi post relativa cujuscunque generis positus reperitur. Quam quaestionem nunc omnem a nobis explicari et exhauriri posse, nemo exspectet. Doctrina enim grammatica linguae Graecae nostro demum tempore inchoata ab Hermanno, Buttmanno, Schaefero, Matthiae, Heindorfio, et Lobeckio nostro, aliisque, tantum abest ut ad perfectionem jam quandam, ubi consistere paulisper et quasi vires reficere possit, pervenerit, ut potius multorum hominum multarumque aetatum indefesso studio opus sit, ut eam in aliquo saltem dignitatis et certitudinis gradu positam videamus. Ut pauca quaedam de pluribus delibemus, quibus in toto hoc grammaticarum quaestionum genere opus est, alibi jam diximus, uniuscujusque scriptoris usum in examen esse vocandum, nec, si quid in aliquo a communi regula normaque aberrans inveniatur, statim id ad aliorum scriptorum usum conformandum atque refingendum quasi esse, qua de re, si bene memini, monuit quoque Hermannus in annotationibus, quibus Vigerum ornavit. Neque minus opus est, quod nunc adjicimus, ut improbo labore atque indefesso studio exemplaria nostra, quae nunc vulgo manibus teruntur, ad veterum codicum et manuscriptorum et impressorum scripturam summa cum fide exigantur. Dici enim fere nequit, quot locis tum editorum tum typographorum negligentia optimus quisque scriptor labem contraxerit, quam si diutius propagare siverimus, metuendum est, ne, quae sincera jam fuerint, magis magisque semper corrupta atque in pejus deformata reperiantur. Ut uno sed illustri, quamvis in parva re, quemadmodum multis videtur, exemplo hoc, quod diximus, illustremus, Buttmanni, Viri

sane in his grammaticis subtilitatibus solertissimi, haec est nota ad Platon. Alcibiad. I. c. 60. in addendis pag. 210.

„P. 172. e.*) Ὧι γὰρ — ἐξουσία μὲν ᾖ. Astius sine libris Ὧι γὰρ ἄν. — In quo sequitur ille quidem normam mille locorum consensu tantum non certissimam. Tamen cum in aliis verborum structuris hanc particulam sibi exposcentibus subinde omittant eam scriptores, et in hac ipsa tragici; meum certe non duxi, ut quidquam sine libris hic agerem. Sed notare illud debebam, ut hic, ita supra etiam p. 53. e. ὅτῳ γὰρ ἐντύχῃ.

Quae de hoc mille locorum consensu sentiamus, jam ante aliquod tempus patefecimus in programmate autumnali 1815, ubi demonstrare instituimus, in *Luciano* saltem in hac relativi constructione nunquam ἄν deesse. Idem quoque in Platone locum habere, multa lectione et accurata omnium locorum comparatione nobis usu cognitum est, quod uberius persequi nunc non vacat. Quapropter cum dialogos hos, Buttmanni cura editos, accuratius jam Dorpati perlegeremus, in utroque loco, antequam addenda inspexeramus, hoc ἄν deesse, in margine nostrae editionis significavimus. Vidimus postea hoc ipso tempore, virum doctissimum, qui in ephemeridibus literariis Jenensibus (a. 1816 mens. Decembr. num. 230 seq.) Buttmannianae editionis censuram exhibuit, quemque Astium esse haud obscuris indiciis colligi potest, in loco Menonis ὅτῳ γὰρ ἐντύχῃ eundem hujus voculae ἄν defectum animadvertisse. Forte vero accidit, ut juvenibus nostris dilectissimis hoc ipso spatio semestri inter alia Menonem quoque explicarem, quo in labore etiam criticam, quantum ea pro talium juvenum viribus esse videatur, tangere solemus. Explicato enim ad grammaticam rationem loco aliquo, sicubi vel propter sententiarum nexum vel propter usum linguae Graecae vel tandem aliquam ob causam, quae teneris his animis non nimis recondita sit, aliquid sive turbatum sive corruptum sive peculiari quadam animadversione dignum mihi videtur, interrogare soleo juvenes, atque exhortari, ut, qua in re offendat locus ille, suis ipsi viribus investigare conentur. Jam cum eandem quaestionem in hoc Menonis quoque loco instituissem, statim nonnulli, in quibus Hamannus, quem nunc primo testimonio condecoratum e scholae disciplina

*) Hic quoque typographi errore excusum est p. 172. c.

dimittimus, quemque ad laudes avi patrisque olim aspiraturum, speramus confidimusque, exclamare ἄν sibi deesse videri. Verum quid accidit? Sunt inter discipulos nostros nonnulli, qui non recentissimam Buttmanni editionem sed aut primam aut secundam in scholas afferunt. Hi omnes uno ore conclamare, ἄν illud in suis quidem exemplaribus minime deesse. Quod cum initio mirationem mihi injecisset, postea tamen ceteris quoque Platonis editionibus inspectis, quibus uti licuit, cognovi, particulae hujus omissionem soli recentissimo typographo imputari debere, Buttmannumque, cum plagulas corrigens ejus defectum non animadvertisset, postea librum iterum perlegentem, defectum hujus voculae scriptori quam typographo adscribere maluisse.

Optativo nudo post relativum controversiam moverunt iidem ambo viri doctissimi, quos jam supra commemoravimus, Buttmannus Astiusque in duobus Menonis locis p. 89. D. *Οὐκοῦν τοὐναντίον αὖ, οὗ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, καλῶς ἂν αὐτὸ εἰκάζοντες εἰκάζοιμεν μὴ διδακτὸν εἶναι;* et p. 92. C. *πῶς οὖν ἂν — εἰδείης περὶ τούτου τοῦ πράγματος, εἴτε τι ἀγαθὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ εἴτε φλαῦρον, οὗ παντάπασιν ἄπειρος εἴης;* atque priore quidem in loco uterque ἄν addendum judicavit, posteriorem vero alter tantum, Astius, corruptum pronunciavit, εἶ corrigens pro εἴης. Qui cum ad sententiam suam stabiliendam advocet et Schäfer. Meletemat. critic. p. 120. et Heindorf. ad Gorg. pag. 20. Protagor. 557. 573., cur eos testes quasi advocarit, non explicavit. Nos quidem quid ad Menonis locos sive impugnandos sive defendendos horum virorum opera uti quis possit, non videmus, neque veremur, utrumque locum incorruptissimum pronunciare. Quod ut quomodo dictum velimus intelligatur, disputatio nostra paullo altius repetenda est.

In protasi particula conditionalis εἰ junctum habet vel indicativum vel optativum, cui in apodosi vel indicativus vel optativus cum ἄν respondet*). Protaseos natura per se est, ut id, quod ea contineatur, incertum sit; nam ponitur tantum aliquid, ex quo, *si adsit*, aliquid concluditur, ut, cum dico, *si librum hunc habet, eum tibi impertiet*, utrum librum habeat,

*) Omitto hic eam constructionem, ubi in protasi εἰ cum indicativo vel imperfecti vel aoristi ponitur, cui in apodosi ἄν c. indicat. eorundem temporum respondet, de qua re omnia notissima sunt.

necne, incertum relinquitur; certum vero est, si eum habeat, illum tibi eum daturum esse. Iam duobus modis haec conditio exprimi potest; alter est, ut, utrum res ipsa sit necne parum solliciti, ponamus tantum conditionem aliquam, e qua, quid eventurum sit, dicamus; alter vero, ut simul in protasi indicemus, incertum esse, utrum res sit, necne. Atque in Latina quidem oratione illud indicativo, hoc conjunctivo efferri certissimum est, ut in Graeca illud indicativo, hoc optativo. *Si habet, dabit: si habeat, dabit.* *εἰ ἔχει, δώσει, εἰ ἔχοι, δώσει* *). Patet vero, plerumque nihil referre, uter modus ponatur, atque a cujusque scriptoris arbitrio pendere, num conditionem nudam ponere velit, an simul indicare, incertum esse, an sit. Verum conditio nonnunquam ita est, ut solus indicativus, nisi aliae rationes intercedant, locum obtinere possit. Id praecipue tum obtinet, cum ex re aliqua, quae jam mihi pro certa narrata est, aliquid concludere in animo habeo. Sic amico mihi narranti, patrem suum mortuum esse, recte respondebo, *si pater tuus mortuus est, magna heres accipies bona.* Nam ibi de conditione dubitare nequeo; tantummodo, quid nunc ex ea eventurum sit, indico. Sic Plat. Phaedon. c. 15. (p. 70. C.) his verbis finitur *παλαιὸς μὲν οὖν ἐστί τις ὁ λόγος οὗτος, οὗ μεμνήμεθα, ὡς εἰσὶν ἐνθένδε ἀφικόμεναι (αἱ ψυχαὶ) ἐκεῖ καὶ πάλιν γε δεῦρο ἀφικνοῦνται, καὶ γίγνονται ἐκ τῶν τεθνεώτων.* Iam cum Socrates ex hac vetere narratione aliquid concludere velit, ea praemissa, sic pergit *καὶ εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, πάλιν γίγνεσθαι ἐκ τῶν ἀποθανόντων τοὺς ζῶντας, ἄλλο τι ἢ εἶεν ἂν ἡμῶν αἱ ψυχαὶ ἐκεῖ;* ubi non dixit *εἰ - ἔχοι.* Sic id. Criton. c. 13. p. 51. C. postquam Crito Socrati assensus est, leges vera dicere, sic pergit Socrates: *Σκόπει τοίνυν, ὦ Σώκρατες, φαῖεν ἂν ἴσως οἱ νόμοι, εἰ ἡμεῖς ταῦτα ἀληθῆ λέγομεν, ὅτι οὐ δίκαια ἡμᾶς ἐπιχειρεῖς δρᾶν, ἃ νῦν ἐπιχειρεῖς.* Heliodor. 6, 9. pag. 240. 241. *ἀλλὰ τούτου γε ἕνεκα θάρσει, ἔλεγεν ὁ Καλάσιρις, ὡς ὄντος ἐκείνου καὶ σοὶ συνεσομένου θεῶν νευόντων, εἴπερ τι χρὴ τοῖς τε προθεσπισθεῖσι περὶ ὑμῶν (χρὴ δὲ) πιστεύειν, καὶ τῷ διαγγείλαντι χθιζὸν, ὡς εἴληπται ὑπὸ Θυάμιδος εἰς τὴν Μέμφιν ἀναπεμπόμενος. εἰ δὲ εἴλη-*

*) Cum in ea quaestione, quam nunc pertractamus, de sola protasi agatur, ut omnes ambages vitentur, de apodosi quae in Latino sermone conjunctivum quoque admittit, in Graeco optativum cum ἂν, nunc tacebimus.

πται, δῆλον ὡς καὶ σώζεται, φιλίας αὐτῷ πρὸς τὸν Θύαμιν καὶ γνώσεως προϋπαρχούσης. καιρὸς δὴ (f. *δὲ*) *μὴ μέλλειν, ἀλλὰ* - - - *ἀναζητητέον, σοὶ μὲν τὸν Θεαγένην, ἐμοὶ δὲ πρὸς τούτῳ καὶ τὸν υἱόν. οἶσθά που πάντως προακηκουῖα, παῖδα ἐμὸν εἶναι τὸν Θύαμιν. Καὶ ἡ Χαρίκλεια γενομένη σύννους, εἰ μὲν δή, ἔφη, παῖς ἔστι σοι Θύαμις, καὶ ἔστιν ὁ σὸς* (lege *ἔστιν οὗτος ὁ σὸς*) *ἀλλὰ μὴ ἑτέρου καὶ ἄλλος, νῦν μὲν δὴ τὰ ἡμέτερα πρὸς κίνδυνον ἐλαύνει τὸν μέγιστον* Id. 10, 20. p. 418. 419. *καὶ ἅμα οὐδ' ἂν ὁ δῆμος ἀνάσχοιτο, μόλις καὶ πρὸς τὴν ἐπὶ σοὶ συγχώρησιν θεῶν εὐμενείᾳ κινηθείς* (ne victima mactareris). *ἡ δὴ οὖν Χαρίκλεια, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, εἰ μὲν δὴ θεῶν εὐμενείᾳ σῶμα τοὐμὸν περισέσωσται, τῆς αὐτῆς ἂν γένοιτο εὐμενείας, καὶ τὴν ἐμὴν ἐμοὶ περισῶσαι ψυχήν κ. τ. λ.* Sed ejusmodi exempla centena reperire poteris. Sunt vero etiam nonnulli alii loci, ubi in eadem sententiae conformatione ab hac regula Atthis praesertim purior descivisse videri possit. Eam enim urbanitatem atque moderationem, qua saepissime etiam quae certissima essent, ut minus certa vel dubia etiamnum, oratione extulerunt (quo pertinet notissimum illud interpositum *οἶμαι*, pertinet optativus c. *ἄν* pro futuro et imperativo etc.), etiam in his enunciationibus conditionalibus non neglexerunt, praesertim si conditio ejusmodi esset, ut vel ipsi loquenti honori vel aliis, ad quos vel de quibus loqueretur, dedecori esse videretur. Sic Demosthen. de coron c. 8. p. 98. Harl. *ἡ μὲν οὖν τότε συγχωρηθεῖσα εἰρήνη διὰ ταῦτα, οὐ δι' ἐμέ, ὡς οὗτος διέβαλεν, ἐπράχθη· τὰ δὲ τούτων ἀδικήματα καὶ δωροδοκήματα ἐν αὐτῇ τῶν νυνὶ παρόντων πραγμάτων, ἄν τις ἐξετάζῃ δικαίως, αἴτια εὑρήσει* - - - *εἰ γὰρ εἶναί τινα δοκοίη τὰ μάλιστα ἐν τούτοις ἀδικήματα, οὐδέν ἐστι δή που πρὸς ἐμέ κ. τ. λ.* Non sua opera pacem istam conflatam probat Demosthenes; atque turbatum reipublicae Atheniensis statum proditoribus istis non sibi vitio vertendum. Horum enim *ἀδικήματα* et *δωροδοκήματα* omnium turbarum causam continere. Vides itaque de *ἀδικήμασι*, quae commiserint quidam, dubitari non posse. Jam pergere potuisset *εἰ γάρ ἐστί τινα ἀδικήματα*, sed hoc quasi molliturus, non solum optativum posuit, sed etiam verbo *δοκεῖν* usus est, ut magis urbano. Sed ne de re ipsa dubitetur, statim affert, quinam sint, qui haec *ἀδικήματα* patrarint, Aristodemus, Philocrates, Eubulus et Cephisophon. Alterum illustre exemplum dabit idem Demosthenes ibid. c. 46. p. 330. Aliud praeterea Aeschinis facinus narraturus est, cujus iste maculam

numquam eluere possit. Jam ita deos testes advocat: *καλῶ δὲ ἐναντίον ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς θεοὺς ἅπαντας καὶ πάσας - - - καὶ ἐπεύχομαι πᾶσι τούτοις, εἰ μὲν ἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς εἴποιμι (καὶ εἶπον τότ' εὐθὺς ἐν τῷ δήμῳ, ὅτε πρῶτον εἶδον τουτονὶ τὸν μιαρὸν τούτου τοῦ πράγματος ἁπτόμενον· ἔγνων γάρ, εὐθέως ἔγνων) εὐτυχίαν μοι δοῦναι καὶ σωτηρίαν· εἰ δὲ πρὸς ἔχθραν ἢ φιλονεικίας ἰδίας ἕνεκα αἰτίαν ἐπάγω τούτῳ ψευδῆ, πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀνόνητόν με ποιῆσαι.* Quin vera essent, quae dicere in animo haberet, neque ipse Demosthenes, neque Athenienses dubitare poterant, cum eadem jam antea dixisset, cumque, ut statim additur, *γράμματα τούτων ἐν τῷ δημοσίῳ* reposita fuissent; sed urbanus est Demosthenes, *εἰ εἴποιμι* dicens pro *εἰ λέγω*; atque, cum hoc in animo habeat, statim orationem ita continuat, *εἰ δὲ - ἐπάγω*, non *ἐπάγοιμι*. Addamus Heliodor. Aethiop. 1, 25. p. 40. 41. Theagenes, infidam Charicleam credens, in fletus et ejulatus erumpit, atque Charicleae, causas anquirenti, haec verba respondet: *καὶ τί γένοιτ' ἂν καινότερον, ἢ τί ἀθεμιστότερον, ἢ ὅρκων μὲν καὶ σπονδῶν παραβαινομένων, Χαρικλείας δὲ λήθην ἐμοῦ λαβούσης καὶ πρὸς ἄλλων γάμους ἐπινευούσης*; (ubi *ἢ* ante genitivum post comparativum non abundat, ut saepe alibi*), sed *ἢ ὅρκων παραβαινομένων* dictum est pro *ἢ εἰ ὅρκοι παραβαίνονται, Χαρίκλεια δὲ λήθην ἔλαβε καὶ - - ἐπινεύει*, de re, quam certissimam esse sibi Theagenes persuaserat.) Jam puella, postquam ipsi se purgasset, ita tandem orationem finit**): *πῶς οὖν οὐκ ἂν εἴης ἄτοπος, εἰ τὸν βάρβαρόν*

---

*) Matth. Gr. Gr. §. 450. not. 2. Demosth. de coron. c. 21. p. 174. Harl. *ὃς συνῄδειν - - τὴν πατρίδα πλείω σώματα καὶ χρήματα ἀναλωκυῖαν ὑπὲρ φιλοτιμίας καὶ ἅπασι τοῖς Ἕλλησι συμφερόντων, ἢ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων*, ubi cur *ἢ* omittere noluerit orator, causa aperta est, sed *ἢ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας* aeque bene dicere potuit.

**) In hac Charicleae oratione occurrit notissimum illud *εἰ δὲ μή* ubi exspectes *εἰ δέ*. cf. Buttm. Gr. Gr. §. 135. not. 9. ad Platon. Criton. p. 108. Heind. ad Platon. Hipp. maj. c. 12. Exemplis allatis add. Platon. Phaedon. c. 20. Demosthen. de coron. c. 30. p. 252. Hippocr. Tom. I. p. 242. 440. 554. 559. 685. 708. Sic etiam *ἢν δὲ μή* Hippocr. T. I. p. 88. 216. 709. Multo rarius est, ubi *εἰ δέ* ponitur pro *εἰ δὲ μή*; locum Sophocleum Antigon. 719. tetigerunt Hermann. ad Viger. p. 833., Erfurdt, aliique. Addo Heliodor. 4, 8. p. 151. *καὶ ἔσται σοι τὰ τῆς γραφῆς, - - - εἰ μὲν περισωθείης, γνωρίσματα· εἰ δ', ὅπερ καὶ ἀκοὴν λάθοι τὴν ἐμήν, ἐπιτύμβια καὶ μητρὸς ἐπικήδεια δάκρυα.*

με τοῦ Ἕλληνος, τὸν λῃστὴν τοῦ ἐρωμένου, πιστεύοις ἐπίπροσθεν ἄγειν; quod urbane dictum est pro *πῶς οὖν οὐκ ἄτοπος εἶ, εἰ πιστεύεις*; Nam revera jam Charicles *ἐπίστευεν* illud.

Potest vero, ut hoc addamus, conditio esse vel ejusmodi ut, quod ea contineatur, non iterari posse appareat, ut, si dico, *si dei sunt, sunt etiam immortales*, vel ejusmodi ut non ad unum aliquod referatur conditio, sed ut indicet simul, si repetatur sive saepius adsit aliquid, semper idem ex eadem conditione eventurum, ut, si dico, *si ventus vehementius flat, undae intumescunt.* Atque Graecos in hac quoque repetitae actionis significatione optativum praetulisse, vulgo notissimum est. Quam repetitionem optativum non per se indicare, facile credo Hermanno ad Viger. p. 907. Sed eidem viro doctissimo non prorsus accedere possum in causis explicandis, cur repetitae actionis significatio optativo potissimum adhaereat, qua de re postea dicemus, id unum adjicere contenti, ex rei natura jam sequi, in rebus aut praeteritis aut futuris plerumque tantum hanc vim optativi conspici posse, cum praesens tempus, fluxum et cito praeteriturum, continuatam aut repetitam actionem continere nequeat. Verum cum quoque praesenti tempori adscribere soleamus tum id, quod eo tempore, ubi de eo sermo est, jam antea affuit, atque etiam duraturum est, tum id, quod multa experientia edocti saepius in hac rerum natura evenire solere compertum habemus, etiam hic particulam conditionalem optativus sequi potest, ita ut id, quod inde concludatur, praesenti tempore enuncietur. Lucian. Prometh. c. 5. T. I. p. 13. *οὐδὲ τὸ ἐκ δυοῖν τοῖν καλλίστοιν συγκεῖσθαι, διαλόγου καὶ κωμῳδίας, οὐδὲ τοῦτο ἀπόχρη εἰς εὐμορφίαν, εἰ μὴ καὶ ἡ μίξις ἐναρμόνιος καὶ κατὰ τὸ σύμμετρον γίγνοιτο.* id. Nigrin. c. 6. T. I. p. 18. *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν αὐτῶν οἶμαι θέμις, ἄλλως τε εἰ καὶ φίλος καὶ περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακὼς ὁ βουλόμενος εἴη.* id. Timon. c. 23. T. I. p. 45. *ὁ δὲ ἐμπεσὼν ἀθρόως ἐς ἐμὲ ἀπειρόκαλος καὶ παχύδερμος ἄνθρωπος, ἔτι τὴν πέδην πεφρικώς, καὶ εἰ παριὼν ἄλλος* (omitt. cod. Gorl. mutatum in *ἄλλως* voluerant Faber et Hemsterhusius) *μαστίξειέ τις, ὄρθιον ἐφιστὰς τὸ οὖς - - - οὐκέτι φορητός ἐστι τοῖς ἐντυγχάνουσιν.* Sed multa ejusmodi exempla ubique reperire facile est, quare finem faciam, contentus duo perspicua Heliodori testimonia afferre. Heliodor. Aethiop. 3, 8. p. 120. *ὁ χαραδριὸς τοὺς ἰκτεριῶντας ἰᾶται καὶ ὁ τοῦτο πάσχων εἰ τῷ ὀρνέῳ προσβλέποι, τόδε φεύγει καὶ ἀποστρέφεται* id. 7, 28.

p. 307. *μόνον μοι σύμπραττε τὴν εἰς χρόνον σύμμετρον τῶν γάμων ὑπέρθεσιν, καὶ εἴ τις ἐπιζητοίη, κακοῦσθαί με κατ᾽ ἀγρόν που συμπεσόντα ἀπάγγελλε.* Jam cum hoc quod ita saepius fieri soleat, noto Graecismo etiam per aoristum exprimi possit*) hic quoque, si qua conditio interponitur, optativus post *εἰ* sequitur, quod non ab aoristo praecedente, sed ab universa totius loci sententia repetendum est. Heliodor. 1, 5. p. 9. Describit paludes Aegypti, ubi *τὸ ληστρικὸν πολιτεύεται, ὁ μὲν - - - βιοτεύει· - - - - αἱ γυναῖκες - - - ἐριθεύουσιν - - - ἀποτίκτουσιν. ἐπεὶ* (male *ἐπάν* editum est) *δὲ γένοιτο παιδίον - - - ἐκτρέφει· ἕρπειν δὲ ὀρεγόμενον εἰ αἴσθοιτο - - - προβαίνειν ἐπέτρεψεν.*

Sed video ea, quae ad vulgatam in Menone scripturam defendendam mihi praemittenda videbantur, immane quantum excrevisse, ut in ceteris jam vela contrahere debeam, ne extra consuetum plagularum numerum libellus hic excurrat. Silentio itaque transimus, quae de aliis optativi constructionibus post *εἰ* dici possint, quarum notissima est, ubi in oratione pendente, quae vulgo dicitur, positus hic modus reperitur.

Graecos jam *φιλομετοχωτάτους* conditionem cujuscunque generis etiam participio exprimere potuisse, res est notissima, qua in constructione participio articulus additur, ubi non ad unum aliquod certum subjectum conditio refertur. Sic *εἰ σὺ ταῦτα πράττοις, οὐκ ἂν ἐπαινοῖο*, transit in, *ταῦτα πράττων οὐκ*

---

*) Buttm. Gr. Gr. §. 124. not. 4. Matth. Gr. Gr. §. 503. et quos hic citat recentiores de hoc usu agentes, quorum Fischer aliena quoque immiscuit, Heind. ad Platon. Phaedon. c. 49. p. 78. Adde Demosthen. de pac. p. 62. Beck. Hippocrat. de diaet. l. 3. c. 16. T. 1. p. 250. *οὐδὲ τοῦτο γινώσκουσιν, ἀλλὰ - - - εἰς περιπλευμονίην κατέστησαν τὸ νούσημα, καὶ ἐς κίνδυνον τὸν ἔσχατον ἀφικνέονται.* id. de humorib. c. 4. p. 321. *μύλης μὲν τριφθείσης πρὸς ἑωυτὴν, ὀδόντες ἡμώδησαν, παρά τε κοῖλον παριόντι σκέλεα τρέμει· ὅταν δὲ τῇσι χερσὶν, ὧν δεῖται, ἄρῃ, αὗται τρέμουσιν· ὄφις ἐξαίφνης ὀφθεὶς χλωρότητα ἐποίησεν.* id de flatib. c. 10. *ἐμφραχθείσης δὲ τῆς κάτω κοιλίης ἐς ὅλον τὸ σῶμα διέδραμον αἱ φῦσαι - - - ἔψυξαν - - - ἡ φρίκη διῆλθεν - - - τὸ σῶμα φρίσσει* Lucian. Toxar. c. 48. T. 2. p. 53. *τὸ δὲ ἔθος ἡμῖν τὸ περὶ τὴν βύρσαν οὕτως ἔχει· ἐπειδὰν ἀδικηθείς τις πρὸς ἑτέρου, ἀμύνασθαι βουλόμενος, ἴδῃ καθ᾽ ἑαυτὸν οὐκ ἀξιόμαχος ὢν, βοῦν ἱερεύσας, τὰ μὲν κρέα κατακόψας ἥψησεν, αὐτὸς δὲ ἐκπετάσας χαμαὶ τὴν βύρσαν, κάθηται ἐπ᾽ αὐτῆς.* et postea *ὑπισχνεῖται, ἀθροίζεται.* Heliodor. 1, 26. p. 42. *ὁρμὴν γὰρ, κρατούσης ἐπιθυμίας, μάχῃ μὲν ἀντίτυπος ἐπιτείνει, λόγος δὲ εἴκων - - - τὴν φορὰν ἀνέστειλε κ. τ. λ.*

ἂν ἐπαινοῖο; verum εἴ τις ταῦτα πράττοι, οὐκ ἂν ἐπαινοῖτο transformatur in ὁ ταῦτα πράττων οὐκ ἂν ἐπαινοῖτο. Verum quemadmodum etiam in alio sententiarum nexu sive participium ponis sive relativum perinde est, ita quoque conditionem Graeci non solum participio verum etiam relativi ope extulerunt. Qua in re non nego, tenue ab initio discrimen intercessisse. Nam cum dico, *si quis hoc facit*, *poenas dabit*, proprie incertum relinquitur, an quisquam hoc faciat aut facturus sit; cum vero dico, *quisquis hoc facit*, *poenas dabit*, incertum quidem relinquitur, qui sint illi qui hoc faciant; fieri tamen hoc, certum est. Verum tenue hoc discrimen plerumque jam evanuit; hinc *siquis* et *quisquis*, εἴ τις et ὅς τις, εἴ ποτε et ὁπότε toties alterum pro altero positum, toties alterum cum altero confusum reperitur. Jam cum optativus in repetitae actionis significatione tantum post conditionalem εἰ, et post relativa ponatur, ab hac confusione relativi et conditionalis particulae usus hic repetendus videtur.

Ut uno, sed eo perspicuo exemplo, hanc particulae conditionalis et relativi confusionem illustremus, afferamus hic haec Platonis verba Phaedr. p. 260. B. *ΣΩΚ.* εἴ σε πείθοιμι ἐγὼ, τοὺς πολεμίους ἀμύνειν κτησάμενον ἵππον, ἄμφω δὲ ἵππον ἀγνοοῖμεν, τοσόνδε μέντοι τυγχάνοιμι εἰδὼς περὶ σοῦ, ὅτι Φαῖδρος ἵππον ἡγεῖται τὸ τῶν ἡμέρων ζώων μέγιστα ἔχον ὦτα· *ΦΑΙ.* γελοῖόν γ' ἂν, ὦ Σώκρατες, εἴη. *ΣΩΚ.* Οὔπω γε· ἀλλ' ὅτε δὴ σπουδῇ σε πείθοιμι συντιθεὶς λόγον, ἔπαινον κατὰ τοῦ ὄνου, ἵππον ἐπονομάζων, καὶ λέγων, ὡς παντὸς ἄξιον τὸ θρέμμα οἴκοι τε κεκτῆσθαι καὶ ἐπὶ στρατείας, ἀποπολεμεῖν τε χρήσιμον καὶ προςενεγκεῖν δυνατὸν σκεύη, καὶ ἄλλα πολλὰ ὠφέλιμον. *ΦΑΙ.* παγγέλοιόν γ' ἂν ἤδη εἴη. Vides Socratis verba bis continere protasin Phaedri respondentis verba apodosin. At in protasi εἴ σε πείθοιμι, et ὅτε σε πείθοιμι nihil differunt. Sic quoque in Hippocr. T. 1. p. 660. εἰ γάρ τινας αὐτέων διαλίποιεν σμικρὸν, ταχὺ πάλιν ὑπέστρεφον· ἔστι δὲ οἷσιν ἔκρινον αὐτέων ὀλίγοισιν· οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο, περὶ ὀγδοηκοστὴν ἐοῦσι· ubi pro εἰ γάρ τινας dici potuerat quoque οὕςτινας γάρ. Hic enim jam frequentissimus usus est optativi post relativum, ut in narranda re gesta saepius repetita aut continuata, quae jam praeterierit, ponatur, ubi plerumque pro relativo etiam particula conditionalis poni potuit. Hippocr. T. 1. p. 655. οἷσι δὲ τὰ βιαιότατα ξυμπίπτοι, οὐκ ἐς ὀλίγον πεπασμὸς ἦν, ἀλλὰ διετέλεον ὠμὰ πτύοντες. id. p. 656. ἐκρί-

νοντο δὲ τουτέων, οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο, περὶ εἰκοστὴν ἡμέρην. id. p. 665. καὶ οὐδεμίην οἶδα ἀποθανοῦσαν, ᾗσι τούτων τι καλῶς γένοιτο· ᾗσι δὲ ξυνεκύρησεν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι νοσῆσαι, πᾶσαι ἀπέφθειραν, ubi in eodem orationis complexu indicativus optativum sequitur, ut etiam in Heliodori loco mox afferendo. Hippocr. T. 1, p. 667. ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἐπὶ σημείων μάλιστα τεσσάρων διεσώζοντο· οἷσι γὰρ ἢ διὰ ῥινῶν καλῶς αἱμοῤῥαγῆσαι, ἢ - - - οὖρα ἔλθοι ἢ - - - ἢ γένοιτο. mox ead. pag. ᾗσι δὲ ἢ τούτων τι καλῶς γένοιτο, ἢ τὰ γυναικεῖα δαψιλῶς ἐπιφανείη, διὰ τουτέων ἐσώζοντο. cf. eund. pag. 723. οἷσι ἀφίκοιτο ἐσώζοντο, οἷσι δὲ ἀπέλθοι ἀπώλοντο. et saepius ead. pagin., ubi tamen non minus indicativus reperitur οἷσι ἐκακοῦτο, ἢ ἀπεψιλοῦτο. add. eund. p. 825. ὅςτις ἀναπνεύσειε. p. 859. ὁποῖα ἐθέλοι. T. 2. p. 3. ἐν οἷσι μὴ ἐνείη. etc. Demosthen. de coron. c. 69. p. 472. καὶ ἔπραττεν, ἃ δόξειεν αὐτῷ. p. 474. ὅσα οὗτοι περιγένοιντο ἐμοῦ (πολλὰ δ' ἐγίγνετο τοιαῦτα δι' ἣν ἕκαστον τύχοι πρόφασιν) ταῦθ' ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἀπῄειτε βεβουλευμένοι, ubi altero loco male Markland. ἄν addendum censet. id. c. 72. p. 484. ἐν οἷς κρατηθεῖεν οἱ πρέσβεις αὐτοῦ τῷ λόγῳ, ταῦτα τοῖς ὅπλοις ἐπιὼν κατεστρέφετο. Lucian. somn. c. 15. μετ' εὐφημίας, καθ' οὓς γενοίμην τῇ πτήσει, παρέπεμπον. id. Scyth. c. 8. ἐφίλουν, οὓς ἐκεῖνος δοκιμάζοι. id. tyrannicid. c. 4. ἠδίκει, ὅσα κελεύοι, καὶ ἐκόλαζεν, οὓς προςτάττοι. id. Alexand. c. 19. περὶ ὅτου τις ἔροιτο. bis accus. c. 16. ὧν προςτάξειεν. id. fugitiv. c. 3. ξυνίεσαν ὧν λέγοιμι. id. Cynic. c. 13. ἐφ' ὅ, τι ὁρμήσειεν, ἐκράτει. Heliodor. Aethiop. 5, 32. p. 219. ὅντινα πρῶτον ἴδοι, τοῦτον ἀνήλισκεν. id. 8, 9. p. 329. καθ' ὃ μέρος ὁρμήσειεν. id. 9, 4. p. 353. καθ' ὃ μέρος ἰξήσειε. id. 10, 8. ὅστις ἐπιβαίη. id. 10, 28. p. 427. οἷς προςελάσειαν, ubi statim indicativus recurrit, οἷς παρεῖχον. p. 429. ὅποι ὁρμήσειε. Eustath. de Ismen. lib. 1. p. 6. ἐφέλκονταί με πάντες πρὸς ἑαυτοὺς, εὐτυχίαν ἡγούμενοι, πρὸς ὃν καταλύσαιμι, ubi in narratione ἐφέλκονται est pro ἐφείλκοντο.

Neque tamen hic usus optativi abhorret a praesenti tempore, praesertim cum generaliori sententia aliquid, quod saepius accidere possit, aut quod mos alicubi receptus sit, praesenti tempore exprimitur, Lucian. Anach. c. 34. καὶ πρόστιμόν γ' ἐστὶν, ὅςτις ἐν ἄστει σιδηροφοροίη, μηδὲν δέον, ἢ ὅπλα ἐξενέγκοι εἰς τὸ δημόσιον. Loquitur Solon de eo, quod suo tempore Athenis obtinuit, qua in re eum quoque dicere potuisse εἴ τις ἐν etc. facile patet. id. Demosthen. encom. c. 32. quaerenti

Archiae τί δ' οὐκ ἐχθρῶν ἡμῖν ἔχθιστος ὁ Δημοσθένης, Antipater respondet, οὐχ ὅτῳ μέλοι τρόπου πίστεως, κ. τ. λ. Hippocrat. T. I. p. 2. εἰ γάρ δή ἐστιν ἰδεῖν τὰ μὴ ἐόντα, ὥςπερ τὰ ἐόντα, οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις αὐτὰ νοήσειε μὴ ἐόντα, ὥςπερ τὰ ἐόντα, ἅ γε εἴη καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν, καὶ γνώμῃ νοῆσαι, ὥς ἐστιν. id. p. 5. τοῦτο γὰρ ἔγωγέ φημι ἀτεχνίην εἶναι, ὅπου μήτε ὀρθὸν εἴη μηδὲν, μήτε οὐκ ὀρθόν, quod tamen propter φημὶ ad orationem pendentem referri possit. Eustath. de Ismen. p. 4. πρὸς ὃν κλῆρος ἐμπέσοι, κήρυξ στέλλεται τῇ λαχούσῃ. id. p. 50. in descriptione tabulae pictae ὅθεν ἐν οἷς μὴ περιφράττοιτο στρατιωτικῶς ὅλη παρθένος ἐστὶ - - - ἐν οἷς δὲ τὴν ἰσχὺν ὑπαινίττοιτο, ὅλη στρατιῶτις ἡ παρθένος ἐστίν. Imprimis vero frequens in hoc optativi usu Plato est noster. Lys. p. 207. E. δοκεῖ δέ σοι εὐδαίμων εἶναι ἄνθρωπος, δουλεύων τε καὶ ᾧ μηδὲν ἐξείη ποιεῖν, ὧν ἐπιθυμεῖ; ubi et participium et relativum conditionem continet. p. 214. D. ὃ δὲ αὐτὸ αὑτῷ ἀνόμοιον εἴη καὶ διάφορον, σχολῇ γέ τῳ ἄλλῳ ὅμοιον ἢ φίλον γένοιτο. p. 214. E. ὁτιοῦν ὅμοιον ὁτῳοῦν ὁμοίῳ τίνα ὠφέλειαν ἔχει, ἢ τίνα βλάβην ἂν ποιῆσαι δύναιτο, ὃ μὴ καὶ αὐτὸ αὑτῷ, ἢ τί ἂν παθεῖν, ὃ μὴ καὶ ὑφ' αὑτοῦ πάθοι; et statim, ὃ δὲ μὴ ἀγαπῷτο, πῶς φίλον; p. 219. E. περὶ πολλοῦ ποιοῖτ' ἂν τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ ὁ οἶνος ἐνείη. Charmid. p. 164. B. δοκεῖ τι σοὶ ἰατρὸς - - - ὠφέλιμα ποιεῖν ἐκείνῳ, ὃν ἰῷτο, quod tamen ob δοκεῖ etiam aliam explicationem non respuit. ibid. p. 171. E. οὕτω δὴ ὑπὸ σωφροσύνης - - - καλῶς ἔμελλεν οἰκεῖσθαι, - - - καὶ ἄλλο πᾶν, οὗ σωφροσύνη ἄρχοι. p. 172. D. ὡμολογήσαμεν, μέγα τι ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, εἰ ἕκαστοι ἡμῶν, ἃ μὲν ἴσασι, πράττοιεν ταῦτα, ἃ δὲ μὴ ἐπίσταιντο, ἄλλοις παραδιδοῖεν τοῖς ἐπισταμένοις, quem locum, etsi propter ὡμολογήσαμεν etiam alio modo explicari potest, tamen attulimus, ut indicativi et optativi ἐκ παραλλήλου positorum novum exemplum accedat. Platon. Hipp. maj. p. 284. A. ὁ οὖν κάλλιστ' ἐπιστάμενος ἱππικὴν παραδιδόναι, ἆρ' οὐκ ἂν ἐν Θετταλίᾳ μάλιστα τιμῷτο, καὶ ἄλλοθι, ὅπου τοῦτο σπουδάζοιτο. ibid. p. 296. B. ἆρ' ἂν τίς τι ποιήσειεν, ὃ μήτ' ἐπίσταιτο, μήτε τοπαράπαν δύναιτο, quod aperte est εἰ αὐτὸ μήτ' ἐπίσταιτο κ. τ. λ. cf. quoque ibidem statim: πῶς γὰρ ἄν, ὅγε μὴ δύναιτο. Platon. Phaedr. p. 276. B. ὁ νοῦν ἔχων γεωργός, ὧν σπερμάτων κήδοιτο καὶ ἔγκαρπα βούλοιτο γενέσθαι, πότερα σπουδῇ ἂν θέρους εἰς Ἀδώνιδος κήπους ἀρῶν χαίροι - - - et mox ὅτε καὶ ποιοῖ.

Jam, ni omnia nos fallunt, in Platon. Menon. p. 89. D.

οὐκοῦν τοὐναντίον αὖ, οὗ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, καλῶς ἂν αὐτὸ εἰκάζοντες εἰκάζοιμεν μὴ διδακτὸν εἶναι nemo amplius particulam *ἄν* cum Buttmanno et Astio additam desideret. Atque repetuntur verba p. 96. C. *ὡμολογήκαμεν δέ γε, πράγματος, οὗ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, τοῦτο διδακτὸν μὴ εἶναι.* Verum hoc loco ad defendendam vulgatam uti noluimus, quamvis nostra quidem sententia alter locus alterum firmat, ne morosior forte quis optativum repetat a constructione obliqua, propter *ὡμολογήκαμεν.* In altero vero ejusdem dialogi loco p. 92. C. *πῶς οὖν ἂν — εἰδείης περὶ τούτου τοῦ πράγματος, εἴτε τι ἀγαθὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ εἴτε φλαῦρον, οὗ παντάπασιν ἄπειρος εἴης;* Astio indicativum pro ultima voce reponenti, *εἶ*, non magis assentiri possumus. Optativum enim tuetur urbanitas illa, de qua supra locuti sumus: Dixerat Anytus, se *ἄπειρον* esse *τῶν σοφιστῶν.* Jam etsi verissimum est, quod supra quoque exemplis illustravimus, si ex eo, quod alter jam asseruit, aliquid concludere volumus, ita ut hoc, quod asseruit, nunc conditionis loco sit, indicativum plerumque poni, tamen non minus exemplis firmavimus, si conditio ejusmodi sit, ut huic alteri non honori esse possit, sive alia qua de causa, urbanum sermonem nonnunquam optativum ponere. Jam qui dicit *ἄπειρός εἰμι τούτου τοῦ πράγματος*, huic respondetur plerumque *εἰ ἄπειρος εἶ, πῶς ἂν εἰδείης*; at si urbanius cum eo agimus, dicere quoque possumus *εἰ ἄπειρος εἴης, πῶς ἂν εἰδείης*, in qua orationis conformatione hoc fere dicimus, nobis non usque quaque serio dictum videri, quod alter iste dixerit.

Menon. p. 71. B. *καὶ ἐμαυτὸν καταμέμφομαι, ὡς οὐκ εἰδὼς περὶ ἀρετῆς τοπαράπαν.* Multa monuerunt viri docti de regimine verborum quorundam cum *κατά* compositorum, in his data opera Abresch. Lectt. Aristaen. p. 277 — 279. Matth. Gr. Gr. §. 378. Genitivum longe plurima sibi junctum habere, res est notissima. Nolo nunc exempla haec augere, quorum sat magnam copiam in promptu habeo; unum sufficiat addere verbum rarius *καταθρασύνομαι*, quod secundum casum adscivit in fragmenti Herculanei inscriptione, quam dedit Morgenstern, V. D., in Itinere Italico T. 1. p. 151. Adde Procop. in libr. *περὶ συντάξεως* ap. Bekk. Anecd. T. 1. p. 153. Sed non respuere eadem verba alios etiam casus, jam saepius monitum est. Hoc vero ita intelligendum est, tum esse quaedam verba, quae

semper genitivo gaudeant, ut *κατασκεδάζω*, de quo fusius egit Piers. ad Moer. p. 216. seq.*), tum quae nunquam hunc casum comitem habeant, ut *καταρᾶσθαι*, quod vix alium, quam dativum, adscivit (*πολλὰ καὶ Προμηθεῖ κατηρᾶτο* Lucian. Amor. c. 9. T. 1. p. 613.), tum denique quae praeter genitivum etiam ceteros duos casus aut alterutrum aut utrumque non aspernentur. Monuerunt de hoc ultimo jam, quos dixi, Abresch et Matthiae, tum quoque Dorville ad Chariton. p. 330. ed. Lips. de *κατειρωνεύεσθαι* et *καταψηφίζεσθαι*. Verum idem p. 341. in *καταχεῖν* quoque monuit de discrimine significationis, quod inter *καταχεῖν* (pro quo parum accurate *καταχύειν* bis Dorv. posuit) *ὕδωρ ἀγροῖς* et *καταχεῖν ὕδωρ ἐσθῆτος* intercedat. Sed quae omnes tres casus regant, pauca sunt; in his *κατακερτομέω*, cf. Schaef. ad Long. p. 366., ubi secundus casus frequentissimus est, quem posuit quoque Polyaen. p. 49. Casaub.; accusativum e Cyrillo affert Bekk. Anecd. T. 1. p. 153. Huic jam forsan addas nostrum *καταμέμφομαι*. Accusativum posuit, ut vides, Plato et Demosthenes teste Bekk. in Anecd. T. 1. p. 151.; dativum Long. Pastor. 2. p. 53. *καὶ ταῖς Νύμφαις, ὡς προδούσαις, κατεμέμφετο*. Genitivum reperio in Etym. M. s. v. *τευτάζειν* p. 755, 41. *Ἡρωδιανὸς δὲ λέγει καταμεμψάμενος Λυκόφρονος*. Sed Ruhnkenius ad Tim. p. 254. edidit *Ἡρακλέων δὲ καταμεμψάμενος Λυκόφρονα*, quicum convenit Photius p. 428.

P. 74. A. pro *αὖ εὑρήκαμεν* concinnius videtur *αὖ ἀνευρήκαμεν* coll. p. 72. A. — p. 74. B. *εἴ τίς σε ἀνέροιτο τοῦτο*, lege *ἀνηρώτα*, ut statim *εἴγε προςανηρώτα σε*. — Quae in eodem capite (6) a verbis *εἰ οὖν, ὥςπερ ἐγὼ, μετῄει τὸν λόγον* sequuntur, male in duo capita divulsa sunt. Oratio enim saepe interrupta est interrogationibus, et capite septimo demum post analepsin *εἰ . . . εἶπες* sequitur apodosis *ἴσως ἂν ἐθαύμασε*. — p. 76. A. *τὸ δ' ἐπίπεδον καλεῖς τι* lege *τί δ'; ἐπίπεδον καλεῖς τι*. Correctio necessaria est. — p. 76. C. *πάνυ*

*) Egit eodem loco doctissimus Batavus de confusione verborum *σκεδάζειν* et *σκευάζειν*, quam, ni fallor, etiam ex Heliod. Aethiop. 1, 1. p. 2. Cor. confirmabis: *καὶ μυρίον εἶδος ὁ δαίμων ἐπὶ μικροῦ τοῦ χωρίου διεσκέδασεν, οἶνον αἵματι μιάνας, καὶ συμποσίοις πόλεμον ἐπιστήσας, φόνους καὶ πότους, σπονδὰς καὶ σφαγὰς ἐπισυνάψας κ. τ. λ.*, ubi nunc legitur *διεσκεύασεν*.

μὲν οὖν χάρισαι. Haereo in imperativo. Praestat *χαριεῖ.* p. 79. C. Ficino praeeunte *τί ἐστιν ἀρετὴ, εἰ μετὰ . . .* Buttmannus legi jubet, adsentiente, si quid video, Astio. Verum deberet esse *εἰ ἡ μετὰ κ. τ. λ.* et obstat *ἂν* ante *εἴη.* — p. 81. C. *ἑωρακυῖα καὶ τὰ ἐνθάδε καὶ τὰ ἐν ᾅδου καὶ πάντα χρήματα* dele tertium *καί.* — p. 85. C. *καὶ πολλαχοῦ, οἶσθ' ὅτι* etc. Bene Wolfius *πολλαχῇ.* Sed legendum quoque, ni fallimur, *εὖ ἴσθ' ὅτι* — p. 86. A. *εἰ οὖν ὃν ἂν ᾖ χρόνον, ἢ καὶ ὃν ἂν μὴ ᾖ ἄνθρωπος* delendum videtur *ἢ* ante *καί.* — p. 87. B. *ἆρα διδακτὸν, ἢ οὔ, ἤ, ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀναμνηστόν;* Turbata sunt haec; praestat *ἆρα διδακτὸν, ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν ἀναμνηστὸν, ἢ οὔ;* Aliam rationem, ut nunc video, Astius inivit, quam non probo. — p. 89. E. *εἰς καλὸν ἡμῖν αὐτὸς ὅδε παρεκαθίζετο* et statim *αὐτὸς γὰρ ὅδε.* Veram lectionem restituas, si *αὐτός* abeat utroque loco in *Ἄνυτος.* — p. 90. E. *τούτου μαθήματος* lege *τούτου τοῦ μαθήματος.* Sic et Astius. — p. 92. A. *οἱ μὲν πρότεροι γεγονότες.* Hic saltem *πρότερον* legendum esse, Astius, spero, concedet. — p. 93. C. *μάλιστα δέ που τὸν υἱόν* debet esse *μάλιστά τέ που τ. υ.* — p. 94. In interpretando hoc sane obscuro loco Astio accedere cur veter, nimis longum foret exponere. Interpunctionem quoque vulgatam retineo, sed pro *καὶ οἰκίας μεγάλης ἦν* etc. malim *ὃς καὶ οἰκίας μ.* etc. — p. 95. E. *λέγει πως, ὅτι* non satis sincera videntur; constructionem non reperio. — p. 97. C. *πῶς λέγεις; ὁ ἀεὶ ἔχων ὀρθὴν δόξαν οὐκ ἀεὶ τυγχάνοι, ἕωςπερ ἂν ὀρθὰ δοξάζοι;* lege *οὐκ ἂν ἀεὶ τυγχάνοι,* et tum *δοξάζῃ.*

Lachet. p. 185. D. pro *οὗ ἕνεκα σκοπούμενοι σκοποῦμεν* lego *οὗ ἕνεκα σκοποῦμεν, οὐ μόνον ὃ σκοποῦμεν.* — p. 186. A. pro *ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς καὶ διδασκάλους οἵτινες ἡμῶν γεγόνασιν, αὐτοὶ πρῶτοι ἀγαθοὶ ὄντες* lege *οἳ αὐτοὶ πρῶτοι κ. τ. λ.* — p. 191. E. pro *καὶ μένοντες ἢ ἀναστρέφοντες* lege *ἢ μ. ἢ ἀ.* — p. 192. B. pro *ἐν ἅπασιν, οἷς δὴ νῦν ἐλέγομεν αὐτὴν εἶναι* lege *ἐν ἅπασιν, ἐν οἷς δὴ κ. τ. λ.* Nam illud nihil aliud significat, quam *in omnibus, quae eam esse diximus.* Sententia vero postulat, *in quibus eam esse diximus.* Relativum enim attractionem ad praecedentia tum tantum patitur, ubi in accusativo ponendum erat. Vel hinc manifesto falsa est Brunckii lectio in Soph. Ajac. v. 438. Erf. *ἧς ξυνηλλάχθης.* In exemplo vero, quod Brunckius ex Isaeo in nota affert, *ὧν* non pro *οἷς* est, ut vult,

sed pro ἃ, jungendum, ut patet, cum ἀδικήσωσιν. — p. 197. A. Verba Niciae νὴ τοὺς θεοὺς καὶ εὖ λέγεις, ὦ Σώκρατες, Lacheti jam tribuenda sunt et continuanda cum sequentibus verbis Lachetis. — p. 197. C. pro ἵνα μή με φῄς lege φῇς. — p. 198. B. sublatis majoribus distinctionibus post ἃ μὴ δέος παρέχει et τὰ προςδοκώμενα, lege δέος δὲ παρέχειν οὐ τὰ γεγονότα etc. et tum pone plenam distinctionem post μέλλοντος κακοῦ.

Alcibiad. I. p. 105. E. Haeret Buttmannus cum Schleiermachero in verbis ἐνδειξάμενος ὅτι παντὸς μᾶλλον ἄξιός εἰμί σοι. Sed non haerendum videtur. Alcibiades παντὸς ἄξιος est urbi; Socrates magis etiam παντὸς ἄξιος Alcibiadi, i. e. Socrates plura se Alcibiadi collaturum sperat, quam Alcibiadem urbi. — p. 108. D. E. ὥςπερ ἐκεῖ ἐφ' ἑκάστῳ ἔλεγες τῷ ἄμεινονι, ὅτι μουσικώτερον, καὶ ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ, ὅτι γυμναστικώτερον· πειρῶ δὴ καὶ ἐνταῦθα λέγειν τὸ βέλτιον, ubi haec Buttmanni est annotatio: „Cornarius reponere jubebat ἐφ' ἑτέρῳ ἔλεγες τὸ ἄμεινον, cujus scripturae pars posterior manifesto falsa. Nam longe melius sibi respondent haec: ἐφ' ἑτέρῳ τῷ ἀμείνονι et καὶ ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ. Sed neque mutatio vocis ἑκάστῳ in ἑτέρῳ sine libris erat adoptanda. Quae tamen proba mihi quoque videtur, quoniam si vel maxime verba ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ priori loco per loquendi compendium omissa dicas, pro ἑκάστῳ tamen requiri videtur ἑκατέρῳ.“ Cornarii correctio τὸ ἄμεινον mihi quoque statim inter legendum in mentem venit, quam Buttmannus male videtur repudiare. *Quemadmodum antea dixeras in arte citharoedica* τὸ ἄμεινον, ὅτι τὸ μουσικώτερόν ἐστιν *et in palaestra*, ὅτι τὸ γυμναστικώτερον, *sic nunc quoque, cum de bello sermo sit, experire dicere, quid ibi sit* τὸ βέλτιον. Sed ἐφ' ἑκάστῳ neque in ἐφ' ἑτέρῳ mutem, neque in ἐφ' ἑκατέρῳ. Verum vidit Buttmannus priori loco ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ per loquendi compendium omissa esse. Simillimum locum habet Lucianus Hermot. c. 40. T. 1. p. 365. προςελθὼν δὲ τῶν ἀθλητῶν ἕκαστος, προευξάμενος (male vulgo προςευξάμενος) τῷ Διΐ, καθεὶς τὴν χεῖρα ἐς τὴν κάλπιν ἀνασπᾷ τῶν κλήρων ἕνα, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος, καὶ παρεστὼς μαστιγοφόρος ἑκάστῳ ἀνέχει αὐτοῦ τὴν χεῖρα, quod breviter dictum est pro προςελθὼν ἕκαστος — ἀνασπᾷ ὁ μὲν ἕτερος τῶν κλήρων ἕνα καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος αὖ ἕνα κ. τ. λ., ubi, quemadmodum ἕτερος non de duobus sed de

pluribus dictum est et junctum cum ἕκαστος, ita apud Platonem ἕκαστος de duobus tantum accipiendum. — p. 110. B. pro περὶ ὅτου τύχοις legendum videtur περὶ ὅτου τύχοι. — p. 110. C. non ausim defendere ἐν ὁποίῳ χρόνῳ pro ἐν ποίῳ. — p. 111. E. pro ἂν ἡμῖν ἦσαν bene Boeckhius ἂν ἡμῖν εἴησαν. Quod Buttmannus objicit, sequi statim ἦν δ᾽ ἄν, huc non pertinet; nam ibi praecedit εἰ ἑώρα non ὁρῴη. — p. 117. D. τὴν τοῦ μὴ εἰδότα οἴεσθαι εἰδέναι lege τὴν τὸν μὴ κ. τ. λ. — p. 118. C. λέγεταί γέ τοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου σοφὸς γεγονέναι, ἀλλὰ πολλοῖς καὶ σοφοῖς συγγεγονέναι, καὶ Πυθοκλείδῃ, καὶ Ἀναξαγόρᾳ. Lego ἀλλὰ ἄλλοις πολλοῖς καὶ σοφοῖς. — p. 118. E. τί δ᾽ ἂν αὖ Κλεινίαν λέγοις; hic interrogationi cum ἄν et optativo non locus est; nam non dicit, *quid nominabis Cliniam?* sed *quid nominas*, vel *quid nominasti Cliniam?* Lege τί δ᾽ αὖ Κλεινίαν λέγεις; — p. 122. D. γῆν μὲν γὰρ ὅσην ἔχουσι τῆς θ᾽ ἑαυτῶν καὶ Μεσήνης. Legendum videtur τήν θ᾽ ἑαυτῶν καὶ Μεσήνην. — p. 124. B. ὧν ἄλλῳ μὲν οὐδ᾽ ἂν ἑνὶ περιγενοίμεθα, εἰ μὴ ἐπιμελείᾳ τε ἂν καὶ τέχνῃ. Hic posterius ἄν redundare videtur, nam legitima constructio est εἰ μὴ ἐπιμελείᾳ περιγενοίμεθα, οὐδενὶ ἄλλῳ ἂν περιγενοίμεθα. Praeterea voculae μέν nullum δέ respondet. Apertum itaque est, duos loquendi modos confusos esse. Voluit enim scribere: ὧν ἄλλῳ μὲν οὐδ᾽ ἂν ἑνὶ περιγενοίμεθα, ἐπιμελείᾳ δε ἂν καὶ τέχνῃ. Sed εἰ μή mutata constructione posuit, ἄν intactum relinquens, quoniam illa constructio animo obversabatur. — p. 128. D. E. ἦ ἂν — βέλτιον ποιῶμεν. Lege ποιοῖμεν et mox pro ποιῇ repone ποιεῖ. — p. 131. D. μηδὲ ἀπέλθῃς. Lege ἀπέλθοις.

b) SEXTUS EMPIRICUS.

Lectiones Variantes Librorum adversus Mathematicos e codice Regimontano enotatae.*)

Lib. I.

§. 4. ἀκούσαντα νῦν· Πλεύμονα sic distinguit R. — §. 10. Verba inscriptionis περὶ διδασκομένου in margine sunt posita. —

*) Cf. quae dicta sunt a me in Epistola ad F. G. G. Struvium.
Th. Struve.

§. 20. Inscriptio περὶ σώματος deest sed initialis T in τό minio scripta. — §. 30. οὐκ ἔστι διδακτόν praebet R., quod Fabricius et Bekkerus edi jusserunt. Ed. pr. habet ἔστιν. — §. 31. Inscriptio extat in marg. — §. 33. τόπῳ, pro quo Fabricius maluit τρόπῳ, prorsus deest. Bene. Tum mox sic interpungit: οὔτε ὅτε ἐστὶ τεχνίτης ἔτι, γίγνεται τεχνίτης. — §. 35. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν μανθάνοντα. R. Praeterea καί rubra initiali scriptum, et in margine περὶ τροποῦ μαθήσεως. — §. 36. ἡ μὲν ἐνάργεια R. Str. ἐνέργεια R. Bekk. — §. 41. Verba inscriptionis πρὸς γραμματικούς in ipso textu sunt. Sed βιβλίον πρῶτον. κεφ. α΄. desunt. — §. 44. ἡ εὐτελής R. ut ed. pr. — §. 45. διατακτα τικώτερον, confusa scriptura ex διατακτικώτερον et διατατικώτερον cf. Fabric. — §. 48. In Callimachi epigrammate v. 2. legitur κλύω (κλεύω R. Bekk.) et ἔπαθε. In altero epigrammate ἤλλατ' R. Str. ἥλλατ' R. Bekk. — §. 52. ἡ γραμματική habet; sed mox semper servat rectam scripturam. — §. 53. δόξειεν ἄν τισιν bene pro soloeco δόξῃ ἄν τισιν. — §. 55. τάδε μὲν ἐστὶ φωνάεντα τῇ φύσει, τάδε δὲ σύμφωνα. Bene. Ed. pr. habuit τὰ δὲ μὲν κ. τ. λ. — §. 57. παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσι R. nam editio princeps τέ omittit, quod Fabricius notare neglexit. — §. 64. ἀνὰ χεῖρα disjunctim. — §. 66. Quae in fine addit cod. Ciz., in R. desunt. — §. 80. αὐτόθεν, ut Fabricius et Bekkerus tacite scribunt, ed. pr. habet αὑτόθεν. — §. 83. ἀπειρίαν οὔτιγε. Sic R. non οὔτοιγε, ut e Ciz. pro ἤτοιγε ediderat Fabricius. — §. 84. γραμματική ἐστι τέχνη R. Ed. pr. habuit ἐστιν. — §. 89. προκόπτουσι sine ν. Bene. — §. 90. αὐτοῖς non αὐτῆς. — §. 96. in fine τάξει δὲ ἀρκτέον ἀπὸ τοῦ πρώτου, ὅτι ἀμέθοδόν ἐστι καὶ ἀσύστατον. Haec sic conjungit codex. Jam verba sequentia τὸ τεχνικὸν τῆς γραμματικῆς μέρος rubro scripta sunt, ut ceterae capitum inscriptiones. — §. 101. Ἄρες, Ἄρες sic notatum habet R. — §. 105. ἐμφανιστικῶς ἐστι. Sic scriptum et notatum. — §. 108. οὐκ ἔστι δὲ ἀνδριάς pro ἔστιν, quod Fabricius servaverat. — §. 112. οὐκέτι conjunctim. — §. 113. φωνηέντων et mox δύ' ὄντα pro δύο ὄντα. — §. 115. fin. eodem modo distinxit cod. noster, quo Fabricius. — §. 121. Inscriptio in margine est. — §. 123. Verba εἰ δὴ πᾶσα bis scripta sunt. — §. 124. προωμολογῆσθαι R., cum antea esset προωμολογεῖσθαι, tacite correctum a Fabricio. — §. 127. διορίζονται ὅτι εἰσὶ δύω pro δύο. — §. 131. μικπρότερον sic. R., unde patet, quomodo

μικρότερον oriri potuerit. — §. 132. οἷς ὄνομα. — §. 149. τὸν λιμὸν καὶ τὴν λιμόν. — §. 155. Ad verba ἤτοι γάρ in margine adscriptum est περὶ λόγου καὶ μερῶν λόγου. — §. 159. τοῦτ' ἔστι τῇ εἰς etc. pro ἔστιν, quod ipse Fabricius retinuit. Tum in τόν τε τρόπον τοῦ βαίνειν abest τέ. — §. 161. Huic paragrapho in margine appositum περὶ προςθέσεως καὶ ἀφαιρέσεως. — §. 162. In margine appositum περὶ ἀφαιρέσεως. — §. 165. In margine appositum περὶ προςθέσεως. — §. 171. διαφωνούντων pro διαφορούντων bene, cf. §. praecedentem. — §. 174. ἢ ὁ Ἀριστίων. — §. 175. ἔχουσί τινα bene pro ἔχουσίν τινα. — §. 176. In inscriptione, quae ipsi contextui inserta est, legitur περὶ ἑλληνισμοῦ. — §. 178. Pro παραδεχθείσῃ legit παραδειχθείσῃ et pro ἰδίαν αὐτῷ bene ἰδίαν.αὐτῷ. — §. 180. μὴ δὲ τέχνην ὑπάρχειν pro μηδὲ τ. ὑ. — §. 182. ὡς ἡ ἀνδριαντοποιητική. Consentit cod. Reg. cum Vratisl. et Ciz. in ἀνδριαντοποιϊκή, ut non dubitandum videatur, quin ex tribus his codicibus optimis haec vox Sexto Empirico restituenda, atque hinc lexicis inserenda sit. Ἀνδριαντοποιϊκός eodem jure dicitur, quo ἀρτοποιϊκός, ἐποποιϊκός, κερκιδοποιϊκός, κλινοποιϊκός, ὀψοποιϊκός, πιλοποιϊκός, σιτοποιϊκός, χλαμυδοποιϊκός, χορδοποιϊκός alia, quorum pleraque cognatam formam in ητικος simul agnoscunt. Alterum descendit a substantivis in — ποιος, alterum a verbis in — ποιεω. — §. 183. τοῦτ' οὖν pro τοῦτο οὖν. Bene idem vulgatam tuetur οὐκ ἄλλο τι εὑρήσομεν, ubi Fabricii codices addiderant ἄν ante ἄλλο. — §. 195. προςφέρειν R. Str. προφέρειν R. Bekk. . In accentu vocum Ζεός et Ζεΐ cum Ms. Ciz. apud Fabricium conspirat. §. 205. πότερόν ποτε cod. Reg. exhibet, ut mox ἆρα pro ἄρα. — §. 210. φασὶ βαρβαρισμός pro φασὶν βαρβ. bene noster cod. exhibet. — §. 217. εἰς τὴν ῥίνα pro ῥῖνα. — §. 224. τοιοῦτόν ἐστι pro ἐστιν. — §. 238. Mira est scriptura ἔκτανκε pro ἔκταγκε, quam omnes editi et cod. Reg. retinent. — §. 239. Fabricii παραδιόρθωσιν scribentis Μένονος ignorat codex, ut exspectari poterat. — §. 242. ὀφείλει. — §. 257. In ἐκτίθεσθαι cum Fabricio convenit codex, pro quo ed. pr. vitio typographico, ut videtur, ἐκτέθεσθαι. — §. 262. ψεύδους pro ψευδοῦς. — §. 266. εἰ καὶ ἡ ὕλη R., ut tacite edidit Fabricius; nam in ed. pr. deest articulus. — §. 275. ἔχοι δὲ ἄν τινα pro ἔχοι δ' ἄν τινα. In versibus Hipponactis scribit Καμάνδωλοῦ, quamquam paulo antea erat Καμανδωδοῦ. — §. 276. τόνδε φέρω confirmat

R. Ed. pr. habet *τὸν δὲ φέρω*. — §. 277. *καταγιγνόμενον* scribit R. — §. 283. *ἐξ ἔρον* R. nam *ἔξερον* ed. pr. cf. §. 273. — §. 285. *υἱὸν θρηνοῦσα φησὶν, ἀλλά* bene pro *φησί* ed. pr. et Fabricii. — §. 287. *μῦλοι* pro *μύλον*. — §. 290. *μέν* deest ante *Παλλὰς Ἀθήνη*. Bene; patet inde *Ποσειδάων* quoque Sexto reddendum esse. Postea non minus bene *ὅτε τ' ἐκρέμω* scriptum est. — §. 291. *σμερδαλέα* pro *σμερδαλέ'* habet R. pro *δῖα* male notat *δία*. — §. 295. *εἰ μήτε* retinet et in versibus Homeri *ἐδητῦος* hoc accentu scribit. — §. 302. *κατὰ ἀλαζονείαν* pro *κατ' ἀλαζονείαν*. — §. 303. *γιγνώσκεσθαι* pro *γινώσκεσθαι*. — §. 304. In versibus Arati *τόσσ' ἡμῖν* R. Str. *τόσσ' ἡμϊν* R. Bekk. Rectius notat *ἀποδεικνύντος*, quam quod Fabric. scribit *ἀποδεικνῦντος*. — §. 305. *μοῦνος δὲ ἀνθρώποισι*. In fine *περιϊστᾶναι* hoc accentu tuetur. — §. 307. *λεχεποίην* pro *λεσχεποίην* R. dat, ut vix dubitem, in aliis quoque codicibus id fuisse, sed oculorum aciem effugisse. — §. 315. Pro *συνήσουσιν τίνα* R. habet *συνοίσουσι τίνα*, unde saltem *συνήσουσι* scribendum.

Lib. II.


In inscriptione desunt verba *βιβλίον δεύτερον*. — §. 6. *ἀμφότεροι παραλαμβάνουσιν ὡς*, ubi vulgo litera *ν̄* deest. — §. 10. Ad initium hujus paragraphi in margine adscriptum est *ἐπιχείρημα*. — §. 11. fin. *τὸ μὴ δὲ τὴν* pro *τὸ μηδὲ τήν*. — §. 12. *Οὕτως δεῖ* et *οὕτώς καθήκει* pro *οὕτως δεῖν* et *οὕτως καθήκειν*, ubi, quod cod. R. offert, scriptori reponendum est. — §. 15. *ἐλήφθη*, ubi Ciz. *ἐλείφθη* et vulgo *εἰλήφθη*, quod Fabricium non solum retinuisse, sed etiam addita explicatione „*captus est, succubuit*“ defendisse jure mireris. Reponendum est ex nostro codice *ἐλήφθη*. — §. 24. *δὲ ἐπεξεργάζεται*. — §. 27. *γραμματοφυλακείοις* aperte R. habet, ut de hac forma non possit dubitari. Duo codices apud Fabricium *γραμματοφυλακίοις* praebent. — §. 29. *τοὺς μὲν ὅτι ἀντιδικήθησαν*. Sic edidit Fabricius, hanc notam addens: „*Ita e Mss. legendum pro vitioso* ἀντηδικήθησαν.“ Ignoscamus Fabricio, viro de literis Graecis immortaliter merito, quod barbarismum scriptori suo intulit. *Ἀντηδικήθησαν* cum editione principe codex quoque Reg. exhibet. Sed Fabricium male habuit verbum *ἀνταδικεῖν*, atque *ἀντιδικεῖν* nexui orationis convenientius judicavit. Neque sane in hoc falsus fuit. Etenim quamvis *ἀνταδικεῖν* non solum significet, *injuriam*

injuria ulcisci, sed quoque, si Stephano et Schneidero fides habenda est, (mihi enim nondum hic usus se obtulit) *injuriam illatam propulsare*, tamen propter praecedens ἵνα φοβερὸς ᾖ τοῖς ἀντιδίκοις, verbum ἀντιδικεῖν aptius esse, quam ἀνταδικεῖν, negari non potest. Legendum itaque videtur ἀντεδικήθησαν. Sed verba sequentia quomodo sibi constent, non video. Sermo est de eo, qui rhetoricen exercet. Huic rhetoricen semper nocere, demonstraturus est Sextus. Inter alia argumenta hoc quoque affert, quod rhetor necessario omnibus odio sit. [ὅτι δεῖ αὐτὸν ἔχειν] μῖσος πρὸς πάντας· τοὺς μὲν, ὅτι ἀντεδικήθησαν, τοὺς δὲ, εἰδότας ὅτι τοῦ μισθωσαμένου τι καὶ ὃ ἄλλους διέθηκε, τοῦτο καὶ αὐτούς ποτε πλείονι λήμματι δελεασθεὶς διαθήσει. Sententia ipsa perspicua est: Rhetor, qui causas forenses agit, omnibus odio est; aliis, quod jam adversarii ipsi in judicio fuerunt; aliis, quod probe sciunt, majore illum aliquando lucro inescatum etiam ipsos in judicio persecuturum esse, quemadmodum jam alios persecutus sit. Sed unde genitivus τοῦ μισθωσαμένου pendeat, quid sibi velit τί, non video. Lege levissima mutatione: τοὺς δὲ, εἰδότας ὅτι τοῦ μισθωσαμένου ἐστὶ, καὶ, ὃ ἄλλους διέθηκε, τοῦτο καὶ αὐτοὺς . . . διαθήσει. — §. 32. ἐστὶ μετ' αὐτοῖς. — §. 48. περὶ λόγον tuetur R. — §. 53. τὸ ἑκάστῳ πρόςφορον bene cod. R. cum Ciz. pro τῷ ἑκάστῳ π. — §. 56. κατασκευάζειν pro κατασκευάζει bene. — §. 58. Hunc locum correxit Str. apud Schneiderum Suppl. Lexic. s. v. ἐπικαταγελάω. — §. 63. Ad προςαγορεύεται τριχῶς in margine scriptum est: ὅτι τὸ πιθανὸν τριχῶς; tum ante καθ' ἕνα in margine appicta est nota numeralis ᾱ, ante καθ' ἕτερον ibidem β̄ et ante κατὰ δὲ τὸν τρίτον in margine γ̄. — §. 65. αὐτοφωράτῳ. Sed idem mox vitiosum αὐτοφόρῳ retinet. — §. 77. καὶ τῷ ἧττον δικαίῳ pro καὶ τὸ ἧττον. — §. 79. Cum Reg. praebeat θέλωσιν, legendum videtur οἷαν ἂν οἱ λέγοντες θέλωσιν. — §. 91. Nihil prorsus variat cod. R. — §. 97. ὅτι ἐνίκησε· λειφθεὶς etc. pro ἐνίκησεν bene. Sed §. 102. οὖσι ἐγκωμιάσει, ubi vulgo bene additur finale ν̄. —

Lib. III.

In inscriptione desunt verba βιβλίον τρίτον. — §. 11. Post ζήτησιν deest signum interrogandi. Paulo post ἐστιν· εἰ pro ἐστι·· εἰ. — §. 13. ἀποδείξουσί τι. — §. 15. ἐξ αὐτοῦ πιστόν omisso articulo τοῦ. — §. 16. Ad verba καθάπερ ἐν τῷ πέτασθαι

τὴν γῆν in margine cod. R. rubris literis hoc scholion adpictum est. *ὄν πετόμενον γῆ.* — §. 29. *διαστατὰ* sic notat R. — §. 30. *ουκ ἄρά ἐστι* scribit Cod. — §. 35. *δυοῖν.* — §. 36. *προσεπινοεῖσθαι* sic R. — §. 42. *ἐνοήσαμεν.* ut §. 49. — §. 44. *νενοῆσθαι.* In ima pagina ita in cod. R. exaratum erat schema:



§. 57. *καίπερ ποικίλως.* — §. 58. Ad *πλανώμενος* margini Reg. hoc scholion appictum est: *οὔτε πλανώμενος οὔτε σοφιζόμενος ἀλλὰ καὶ λίαν ἀληθεύων, ὡς τοῖς δυναμένοις ἐφῖστεύειν ἀπαθῶς οἶμαι δόξειεν ἄν.* Literae rubrae ita evanidae fuerunt, ut vix legi possent scripta. Atque unam vocem nondum extricavi. Neque tamen multum ab hac scriptura differre censenda est. [*ἐφιστάνειν* Bekk. habet]. Lineola supra *ῑ* compendii signum videtur. — §. 62. *ἐπὶ τινῶν* sic notat bis R. — §. 68. *ἐπέχουσι τόπον* pro *ἐπέχουσιν* ed. pr. — §. 70. *μεταξύ τι* — *ἐπέχουσί τι* — *ἔχουσί τι* sic notat cod. R., ut Fabr. et Bekk. excudi jusserunt. — §. 71. *γάρ φασι* pro *γὰρ φασὶ* ed. pr. — 72. *κατὰ τινῶν* bis sic notatum habet. — §. 84. *τούτων ἐστί* pro *ἔστι* ed. pr. ut §. 86. *μόνον ἐστίν* et §. 89. *εὐθέως ἐστί.* — §. 92. *ἄλλό τι* sic notatum in R. — §. 95. *τὸ ἴσον* pro *ἶσον* et sic semper postea. — §. 99. *τήν τε εὐθεῖαν διὰ τοῦ ἐπιπέδου.* Tum *μέρεσιν ἅπτεται.* — §. 106. *ὑπερέχουσί τε.* — §. 107. *κύκλός ἐστι* et *ἴσαι εἰσίν* sic notat. — §. 109. *ἡ γραμμὴ ἐπὶ τοῦ ἄβακος* omisso articulo *ἡ* ante *ἐπί.* — §. 113. *πέρας αὐτῆς* R. Str. *πέρας ἀὐτῆς* R. Bekk.

Lib. IV.

In inscriptione non habet *βιβλίον τέταρτον.* — §. 3. *ῥιζώπατ'* sic R. pro *ῥιζώματ'.* — In fine *μεμνῆσθαι.* — §. 9. *πηγὴν*

ἀεννάου ut. §. 2. — §. 12. *ἔστι μὴ δέ* pro eo, quod Fabr. habet, *ἔστιν μηδέ*. — §. 14. *ἀλλὰ καθ' αὑτήν* cod. Reg. et Vratisl. — §. 16. *πολλά ἔστι* sic notat cod. — §. 17. *ὃν τινες νοοῦσι ζῶον* pro *νοοῦσιν*. — §. 18. *ἀλλ' εἰ μὲν μία ἔστιν* pro *ἐστίν*. — §. 21. *προςγίνεται* non *προςγίγνεται*. — §. 26. *σῶος ἐστίν*. — §. 34. fin. *ποιησόμεθα* (ω supra) sic. —

Lib. V.

**) ἢ τί γάρ dictum est, ut, ἢ πῶς γὰρ ἂν οἴκοιτο de dipsad. c. 1. Adde, si tanti est, Hermotim. c. 37. ἢ τίνος γὰρ ἂν ἕνεκα ἔτι κάμνοιμεν, ubi ἄν e duobus codd. a Schmiedero additum est, adv. indoct. c. 1. ἢ πόθεν γάρ σοι διαγνῶναι δυνατόν κ. τ. λ. id. Prometh. c. 1. et 7.

ἀπέριττον καὶ τῷ εὐκόσμῳ τὸ ἀνεπίληπτον καὶ τὸ τοῦ χρυσοῦ ἐς τὸ εὐπρεπὲς σύμμετρον ἀλλὰ μὴ περὶ τὰς χρείας ἐπίφθονον, ἀλλ' ὁπόσον ἂν καὶ γυναικὶ σώφρονι καὶ καλῇ ἀρκέσῃ ἐπισημότερον ἐργάσασθαι τὸ κάλλος etc. lege ἀρκέσαι. Patr. encom. c. 12. καὶ οὐδεὶς ὅςτις ἂν ἀκούσας τούτου κακὸς εἶναι θέλῃ lege θέλοι. dialog. mort. 24. 1. οἷον οὐδὲ νεὼν εὕρῃ τις ἂν ῥᾳδίως. lege εὕροι, quod cod. August. offert. *Catapl.* c. 20. οὐδέν ἐστιν, ἐφ' ὅτῳ ἂν οἰμώξωμαι εὐπλοῶν. Vitium prodit ipse aoristus medii qui non in usu est; futurum est οἰμώξομαι, ut statim paucis verbis interjectis, οἰμώξομαι τοίνυν.*) Lege ἐφ' ὅτῳ ἂν οἰμώξαιμι. Optativum enim in hac constructione requiri sequentia exempla probabunt Hermotim. c. 25. οὐκ ἔστιν, ὅ, τι ἄν μοι πρὸ τούτων εὐξαίμην γενέσθαι. Toxar. c. 37. οὐκ ἔστιν, ὅ, τι τὸ μετὰ τοῦτο ἡμᾶς διαλύσειεν ἄν. Anach. c. 5. οὐκ ἔστιν, ὅστις ἂν ῥᾳδίως μεταπείσειέ με. Imagin. c. 15. οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν ἄλλο ποιήσας μᾶλλον χαρίσαιό μοι, qui locus ei, de quo hic agitur simillimus est; nam participium vices protaseos gerit εὐπλοῶν (εἰ εὐπλοοίην) οὐκ ἂν οἰμώξαιμι - ποιήσας (εἰ ποιήσαις) οὐκ ἂν χαρίσαιό μοι. Ipsam protasin directam videbis in Prometh. c. 10. ἐκείνων οὐκ ἔστιν, ὅςτις τῷ μαγείρῳ σταυροῦ ἂν τιμήσαιτο, εἰ τὰ κρέα ἕψων καθεὶς τὸν δάκτυλον τοῦ ζωμοῦ περιελιχμήσατο. Ne quis vero audaciorem mutationem hanc vocet, frequentia sunt exempla in quibus terminationes ομαι, ωμαι, cum οιμι, αιμι, οιμην, αιμην confusa sunt. Sic dialog. deor. 20. 14. καταπράξομαι et καταπράξαιμι variant in codd. et editt.

Particula ἂν deest in paucis his locis: Calumn. non tem. cred. c. 19. καθάπερ γὰρ ἐν πολιορκίᾳ οὐκ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ καὶ ἀπόκρημνα καὶ ἀσφαλῆ τοῦ τείχους προσιᾶσιν οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἔνθα ἀφύλακτόν τι μέρος ἢ σαθρὸν αἴσθωνται ἢ ταπεινὸν, ἐπὶ τοῦτο πάσῃ δυνάμει χωροῦσιν, ὡς ῥᾷστα παρειςδῦναι καὶ ἑλεῖν δυνάμενοι· οὕτω καὶ οἱ διαβάλλοντες, ὅ, τι ἂν ἀσθενὲς ἴδωσι τῆς ψυχῆς καὶ ὑπόσαθρον καὶ εὐεπίβατον, τούτῳ προςβάλλουσι καὶ προςάγουσι τὰς μηχανάς. Scribendum esse ἔνθ' ἂν ἀφύλακτον - - αἴσθωνται monstrat parallelismus in ὅ, τι ἂν - - ἴδωσι.

---

*) Cf. Buttm. Gr. Gr. §. 100. not. 8. At recentiores saltem quoque οἰμώξω dixerunt. Oracul. Sibyllin. 5. v. 295. ὕπτια δ' οἰμώξει Ἔφεσος κλαίουσα παρ' ὄχθαις. Ibid. v. 475.

Ipsum ἔνθα, quod Gesnerus conjectura repererat, ab uno postea codice confirmatum est. Omnes reliqui habent ἐν ᾗ. Praeferri forsan meretur alia Gesneri conjectura ᾗ ἄν. Toxar. c. 37. ἀφ' οὗ γὰρ ἐντεμόντες ἅπαξ τοὺς δακτύλους ἐνσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα καὶ τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες ἅμα ἀμφότεροι ἐπισχόμενοι πίωμεν, οὐκ ἔστιν ὅ, τι τὸ μετὰ τοῦτο ἡμᾶς διαλύσειεν ἄν. Lege ἀφ' οὗ γὰρ ἂν ἐντεμόντες κ. τ. λ. Verum particula haec non obtrudenda est de merced. cond. c. 15. ἰδίειν τε ἀνάγκη ὑπ' ἀπορίαις, - - μήτε - - εἰδέναι ἐφ' ὅ, τι πρῶτον ἢ δεύτερον τὴν χεῖρα ἐνέγκῃς. Nam in interrogatione indirecta post relativum locum habet conjunctivus sine ἄν. ἐπὶ τί τὴν χεῖρα ἐνέγκω; est revera interrogantis. Inde natum est indirectum οὐκ οἶδα, ἐφ' ὅ, τι τὴν χεῖρα ἐνέγκω. Adde de domo cap. 23. οἱ δέ τινες, ὅπῃ φύγωσι, περιβλέπουσι. Utrobique dici poterat ἐφ' ὅ, τι ἂν - - ἐνέγκοις et ὅπῃ ἂν φύγοιεν. Huc pertinet frequentissimum illud, ubi relativum cum conjunctivo post ἔχειν ponitur, quando ἔχειν significationem τοῦ εἰδέναι habet. Demosthen. encom. c. 18. οὐκ ἔχουσιν, ἐφ' ἣν ἔλθωσιν. ibid. eod. οὐκ ἔχεις, ὅποι τὴν γνώμην ἀποκλίνῃς. de merced. conduct. c. 26. μηδ' ὅπου καθίζῃς ἔχων. Hermotim. c. 44. οὐκ ἔχω ὅ, τι σοι ἀποκρίνωμαι. Gall. c. 13. ὁ δὲ πάντων θεῶν πατὴρ καὶ ἀνδρῶν, ὁ Κρόνου καὶ Ῥέας, ὁπότε ἠράσθη τῆς Ἀργολικῆς ἐκείνης μείρακος οὐκ ἔχων εἰς ὅ, τι ἐρασμιώτερον αὑτὸν μεταβάλοι, οὐδὲ ὅπως ἂν διαφθείρειε τοῦ Ἀκρισίου τὴν φρουρὰν κ. τ. λ. lege vel εἰς ὅ, τι ἂν - - μεταβάλοι, vel εἰς ὅ, τι - - μεταβάλῃ (sine ἄν).

Jam ut rationem eo certius inire possimus, apponemus quoque eos locos, ubi ἄν cum indicativo vel optativo recte positum est.

1. ὅς, ὅςτις ἄν c. *indicat.* Qu. hist. sit conscr. 40. Ver. hist. 1, 2. (οὓς καὶ ὀνομαστὶ ἂν ἔγραφον, ubi antea legebatur ἀνέγραφον; sed divisionem vocis praeter ipsam rei naturam jusserunt quoque duo codices) Lexiph. 17. Eunuch. 2. imagin. 3.

c. *optat.* Timon. 10. 25. 36. 48. Prometh. 10. dialog. deor. 5, 4. 6, 1. necyom. 2. 6. piscat. 42. de merced. cond. 20. (bis.) apol. pro merced. cond. 3. 11. Hermotim. 1. 16. 25. 26. 38. 42. 78. scyth. 5. 10. quom. hist. sit conscr. 6. 10. 33. 42. 47. ver. hist. 2, 1. tyrannicid. 11. abdicat. 17. Phalar. pr. 1. Alexand. 4. 9. 19. imagin. 15. 21. Toxar. 7. 20. 37. Jov. confut.

5. Jov. trag. 42. Icaromen. 32. parasit. 1. 4. (bis.) Anachars. 5. 15. 20. 37. 40. advers. indoct. 6. calumn. n. tem. cred. 20. disput. c. Hesiod. 8. navig. 16. (ubi unus cod. ἂν abjicit, optativo in indicativum mutato.) 41. 42. epist. saturn. 35. Cynic. 16. Charidem. 14. 23.

2. οἷος, ὁποῖος ἂν c. *indic.* dialog. deor. 18, 1. navig. 13. 16. (obiter moneo in bisaccus. 20. et Anachars. 17. ἂν post οἷος non ad indicativum sed ad infinitivum referri debere)

c. *optat.* contempl. 18. Qu. hist. sit conscr. 35. ver. hist. 2, 5. abdicat. 2. imag. 13. asin. 35. Icarom. 17. Anach. 36. 40. de dom. 26. Cynic. 1. Charidem. 8.

3. ὅσος, ὁπόσος ἂν c. *indic.* Toxar. 42.

c. *optat.* Gall. 1. (ubi ἂν e tribus codd. a Bipontinis demum additum est) 18. Anach. 14. epist. Saturn. 21.

4. ὁπότερος ἂν c. *opt.* Gall. 5.

5. ὡς, ὅπως ἂν c. *indicat.* Tyrannic. 28. Gall. 12.

c. *optat.* dial. deor. 20, 8. piscat. 50. de merced. cond. 33. Hermotim. 22. Harmonid. 4. Scyth. 5. Qu. hist. s. conscr. 14. (ubi editio princeps ἂν omittit, indicativo reposito), abdicat. 13. imagin. 5. 15. pro imagin. 3. 16.*) Gall. 5. 13. parasit. 52. Anach. 14. (bis.) 18. calumn. non tem. cred. 8. 11. de domo 11. epist. saturn. 39. conviv. 35. Demosthen. encom. 32. Charidem. 7.

6. ἡλίκος ἂν c. *optat.* Hermot. 54. imagin. 6. (sed hic locus huc non pertinere videtur, cum πηλίκον legendum sit; nam in Luciano saltem nullum locum novi, ubi relativum loco interrogativi positum sit.)

7. ἔνθα ἂν c. *optat.* dialog. mort. 11, 4. (ubi ἂν a Schmiedero demum e duobus codd. additum est.) Toxar. 6.

8. ὅτε ἂν c. *optat.* pro imagin. c. 3.

Emendandi vero praeter eos, quos supra apposuimus locos, hi tantum mihi se obtulerunt: Alex. c. 22. τοὺς δὲ ἀπέ-

*) Dubitanter hunc locum adjeci. Nam sedulo cavi, ne admiscerentur ii loci, ubi ὡς et ὅπως non relativum est, sed conjunctio *ut*, vel *quod*. Verba haec sunt: Θάῤῥει τούτου γε ἕνεκα, ὡς οὐ φαῦλόν με ὑποκριτὴν ἕξων τῆς ἀπολογίας, πειρώμενος διὰ βραχέων εἰπεῖν, ὡς ἂν μᾶλλον μνημονεύσαιμι. Possis vertere *ut eo magis memoria hoc retineam*, possis vero quoque sic: *qua ratione magis hoc memoria retinebo.*

τρεπεν ἢ προὔτρεπεν, ὡς ἂν ἄμεινον ἔδοξεν αὐτῷ εἰκάζοντι. Abeat importunum istud ἄν, quod Schmiederus demum male sedulus ex uno cod. recepit. Demon. c. 10. πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἐνίοις· αὐτῶν, μόνοις ἐξιστάμενος, ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν. Dele ἄν, quod cum διαμαρτάνειν conjungi sententia vetat. Eadem particula obliteranda est in apol. pro imag. 17. ἀλλ' ὅσῳ περ ἂν πρὸς τὸ ἐπαινεῖσθαι αὐτὸ οὕτω διακειμένη τυγχάνεις, τοσούτῳ ἀξιωτέραν ὑπερεπαινεῖσθαι ἀποφαίνεις σεαυτήν. Sed in piscat. c. 15. ἥπερ καὶ μόνη τἀληθὲς ἐξευρεῖν δύναιο, ubi unus cod. ἀνευρεῖν, alii ἂν εὑρεῖν praebent, vel hoc vel ἂν ἐξευρεῖν recipiendum est.

Iam si rationem inimus et calculos computamus, reperiemus, ni falsi sumus, numerum omnium locorum ad 333 pertingere, e quibus 303 in Schmiederi editione accuratam normam servant; in his tamen sunt 14, ubi vel codices vel editiones turbant, unde eo clarius patet, quam parum iis in his fidendum sit. Sed inter 30 illos, qui restant, novem etiam sunt, ubi Schmiederus bonam lectionem vel e textu ejecit vel oblatam a codicibus sprevit; hos si illis adjeceris, invenies 312 locos, in quibus emendate auctor locutus est, quamvis in 23 codices et editiones testantur, quam proclives scribae fuerint ad vitia in textum invehenda. Ex 21 illis, qui jam supersunt, eximendus est unus locus, ubi barbara forma οἰμώξωμαι Lucianum non ita scribere potuisse testatur; octo praeterea sunt, in quibus, quamvis nullus vel scriptus vel editus liber rectum praebet, tamen vel modorum discrepantia vel aliqua lectionis varietas orationis vitium detegit. Et quisquamne praeterea dubitet, in 12 reliquis socordiam librariorum potius quam culpam auctoris incusare? quisquamne has emendationes audaces vocare sustineat, quae plerumque tantum in permutatione sonorum οι et η insunt, nonnunquam ἄν, qua vocula nulla pejus a librariis habita est, vel abjiciunt vel interponunt?

SOMNIUM.

C. 1. p. 4. ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο, ὅτι καὶ διδάξαιτό με. Schol. διδάσκομαί τινα, εἰς διδάσκαλον πέμπω μαθησόμενον. Discrimen hoc vocis activae et mediae, a recentioribus quoque Grammaticis agnitum, (Bud. comm. l. Gr. p. 938. et 939. Buttm. Gr. Gr. §. 122. Matth. Gr. Gr. §. 492.) non semper a Graecis observatum est. Sic Luciani Rhetor. praec. c. 11. T. 2. p. 295. Rhetor διδάξεταί σε. Cronos. c. 12. T. 2. p. 519. ἐγὼ, ἦ δ' ὅς, διδάξομαί σε· κᾆτα ἀρξάμενος, ἐδίδασκε. cf. Heind. ad Plat. Protag. c. 41. —

C. 2. p. 4. ὡς ἕκαστος γνώμης ἢ ἐμπειρίας εἶχεν. Notissimum hunc Graecismum pluribus exemplis illustrare, foret otio abutentis. cf. Matth. §. 315., qui praeterea observat, ἥκειν similiter adhiberi, idque duobus exemplis, altero ex Herodoto, altero ex Euripide, probat. Addo tertium apud Lucian. Imagin. c. 11. T. 2. p. 9. εὖ ἥκειν τῆς μορφῆς [Adamant. Physiogn. II. 26. p. 426. μεγαλονοίας καὶ ἀνδρείας εὖ ἥκει]. Sed rarissimum est, quod in opusculo de dea Syria c. 17. T. 2. p. 564. legitur: ἤδη δὲ ἐρέω καὶ τοῦ νηοῦ πέρι, θέσιός τε ὅκως ἐγένετο, καὶ ὅστις μεν ἐποιήσατο. Moneo vero praeterea, etiam dativum in hoc loquendi genere mihi se obtulisse apud Lycurg. c. Leocr. c. 12. p. 135. Hauptm. οὐχ ὁμοίως ἔχουσιν ἅπαντες ταῖς εὐνοίαις, ubi non τῆς εὐνοίας rescribendum esse patet ex ejusdem orationis c. 18. p. 155. πῶς ἔχετε ταῖς διανοίαις.

C. 7. p. 6. οὔποτε ἄπει ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπήν. Hoc loco ἄπει pro ἀπελεύσῃ positum et propterea futuris θρέψῃ, ἕξεις, ἔσῃ junctum tetigit Hemsterhusius. Exempla abunde collegit Fischerus anim. ad W. T. 2. p. 503. sq. Recte vero monuit Buttm. Gr. Gr. p. 291., usum hunc non solis Atticis proprium fuisse, verum Ionibus etiam, ut Herodoto 3, 72. Addo Hippocratem, qui de Diaet. 3. c. 13. T. 1. p. 248. Lind. habet ἐπὶ ταῦτα δὴ τὰ εἴδεα ἐπέξειμι, καὶ δείξω κ. τ. λ. Buttmannus praeterea in Atticis nullum exemplum inveniri contendit, ubi εἶμι alia atque futuri significatione occurrat, seriores vero ab eo usu non abstinuisse. His serioribus annumerandus quoque Lucianus noster, qui hac in re ut in nonnullis aliis a norma atticismi nonnunquam recedit. Asin. c. 18. T. 2. p. 72. ὀπίσω οὖν ἀπῄειν καὶ εἴςειμι αὖθις εἰς τὴν ἔπαυλιν. Philops. c. 31. T. 2. p. 321.

ἕωθεν δὲ . . . προελθὼν ἀπροσδόκητος ἅπασι πρόσειμι τῷ Εὐβατίδῃ, εὐαγγελιζόμενος αὐτῷ. de morte Peregrin. c. 36. T. 2. p. 494. ἐπειδὴ ἡ Σελήνη ἀνέτειλεν . . . πρόεισιν ἐκεῖνος κ. τ. λ. [Necyom. c. 16. T. 1. p. 201. πένης καὶ ταπεινὸς περίεισιν, ut a Schmiedero editum est pro περιέρχεται e tribus codd. Demosth. encom. c. 16. T. 2. p. 588. γελᾶν ἔπεισί μοι.]. — Ceterum quemadmodum εἶμι pro ἐλεύσομαι veteres usurparunt, sic ᾔειν pro ἠρχόμην, quo imperfecto, ne cum altero ab ἄρχομαι confunderetur, fere abstinuerunt. Illud ἐλεύσομαι satis frequenter occurrit. Ex Odyssea, Herodoto et Sophocle habet exempla Fischerus ad W. T. 3. 1. p. 93. Ἠρχόμην vero ita rarum est, ut ne Fischer quidem ullum ejus exemplum attulerit; quapropter haec adscribam loca: Hippocr. popul. 7, 19. T. 1. p. 844. τούτοισι τρυπουμένοισιν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀστέου ἀνήρχετο ἰχὼρ λεπτός. Heliod. Aeth. 1, 1. τὴν θάλατταν ὀφθαλμοῖς ἐπήρχοντο. [Imperfecti ἠρχόμην multo plura exempla nunc afferre possum, sed nullum e probatis scriptoribus, qualia desiderasset Phrynichus aut alius Atticista. Hippocrati jam laudato comitem addo Galen. T. 2. p. 15. B. ed. Ald. προςήρχοντο; et qui iisdem fere temporibus vixit, Sextum Emp. 7, 166. διεξήρχετο id. 9, 157. διήρχετο. E serioribus poëtis accedet Quint. Smyrn. 9, 160. ἐπήρχετο, Nicet. Eugen. 3, 136. διηρχόμην. Praecipue vero Scholiastae frequentia exempla suppeditant: ἤρχετο Schol. Ap. Rhod. Par. 1, 516. διήρχετο, ἐξήρχετο, περιήρχετο Schol. Theocr. 2, 90. 7, 6. 7, 74. ἤρχετο, διήρχοντο, περιηρχόμεθα, ἀνήρχοντο, κατήρχετο, ἐπήρχοντο Schol. Odyss. Buttm. 1, 330. 3, 496. 9, 153. 10, 101. 146. 160. 11, 233. περιήρχετο Phavorin. s. v. Δηώ. διήρχοντο Alemann. ad Procop. anecd. p. 73.] —

C. 8. p. 6. πῶς μὲν οὐ κλεινὸς αὐτὸς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις γένοιο; Soloeca haec est oratio; lege πῶς μὲν ἂν οὐ κλεινὸς κ. τ. λ. — Haec et similia in lectionibus his Lucianeis digito tantum monstrabo, uberiorem ejus rei explanationem alio tempore daturus. Nam quod Hermannus (de praecept. quibusdam Atticistarum p. 15.) de vocula ἦν in Luciano habet: „sed de hac re sic demum recte disputari poterit, si quis omnia hujus constructionis exempla ex hoc scriptore, cujus sermo omnino accuratiore pervestigatione dignus est, collegerit et inter ipsos comparaverit", id non solum in vocula ἦν, sed in omnibus similibus, ἐπάν, ἐπειδάν, ὅταν, tum in omnibus reliquis particulis

et relativis, praesertim cum ἄν junctis, jam antequam Hermannus haec scriberet, feceram, neque id in solo Luciano, sed in omnibus scriptoribus Graecis, quos per hos annos perlegi. [Intacta haec reliqui, alio tempore uberiorem hujus rei explanationem daturus, in quibusdam saltem scriptoribus, quorum usum cognitum habeo. Nam haec quaestio confici nequit uno aut altero loco allato, quem quocumque modo explicare coneris, sed accurata omnium locorum comparatione.]

Ibid. *ταῦτα καὶ ἔτι τούτων πλείονα διαπταίουσα καὶ βαρβαρίζουσα πάντοθεν εἶπεν ἡ τέχνη, μάλα δὴ σπουδῇ συνείρουσα, καὶ πείθειν με πειρωμένη.* In hoc loco verba *σπουδῇ συνείρουσα* ab interpretibus varie accepta sunt. Latina versio habet: *perquam sane sedulo composita.* Wielandius noster, quo nemo melius genium Luciani perspexit, hic ut in permultis aliis locis, difficultatem magis evitavit, quam superavit. Belinus V. D. Latina versione vituperata aliam substituit, (*parlait avec vivacité*), quam, venia Viri doctissimi dixerim, nunc ipse damnabit. Quid sit *συνείρειν τοὺς λόγους* jam optime Budaeus explicavit, in commentariis linguae Graecae p. 667. „continuare sermonem, oratione continua uti, orationem perpetuam exordiri. Dicitur de iis, qui facunde et expedite loquuntur.“ Hactenus Budaeus. Lucian. Prom. c. 5. T. 1. p. 69. *Οὐκοῦν* (Prometheus dixit Vulcano et Mercurio) *σὺ μὲν περὶ τῆς κλοπῆς ἤδη σύνειρε, ὁ Ἑρμῆς δὲ καὶ τὴν ἀνθρωποποιίαν καὶ τὴν κρεανομίαν αἰτιάσεται.* Iup. trag. c. 27. T. 2. p. 127. 128. *ἐν πλήθει δὲ εἰπεῖν ἀτολμότατός ἐστι, καὶ τὴν φωνὴν ἰδιώτης καὶ μιξοβάρβαρος, ὥστε γέλωτα ὀφλισκάνειν διὰ τοῦτο ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐ συνείρων, ἀλλὰ βατταρίζων καὶ ταραττόμενος.* Rhet. praec. c. 18. T. 2. p. 298. *πλὴν ἀλλ' ἔπειγε καὶ σύνειρε καὶ μὴ σιώπα μόνον.* Pseudol. c. 6. T. 2. p. 379. *ἦν δὲ τὸ ἐπὶ τούτῳ ὁ μὲν πάνυ ἀπίθανος ἐν τῇ ὑποκρίσει, συνείρων οἷον εἰκὸς ἐκ πολλοῦ ἐσκεμμένα καὶ μεμελετημένα.* Lapith. c. 4. T. 2. p. 537. *καί μοι δοκεῖς, εἰ ἀπορήσειας τῶν ἀκουσομένων, κἂν πρὸς κίονά τινα ἢ πρὸς ἀνδριάντα ἡδέως ἂν προςελθὼν ἐκχέαι πάντα συνείρων ἀμυστί.* [Somn. s. Gall. c. 11. T. 2. p. 156. *καὶ τοιαῦτα πολλὰ οὐδὲν δεομένῳ προςφιλοσοφῶν συνείρει,* ubi *συνεῖρε* legendum videtur.] Ex quibus omnibus patet, *συνείρειν* sive *συνείρειν λόγον* dici de iis, qui in continuo sermone flumine quodam orationis gaudent, ne-

que unquam offendunt. Neque quicquam ad locum nostrum aptius. Ironiam Luciani quis non agnoscit?

C. 9. p. 7. οὔτε φίλοις ἐπιδικάσιμος (ἔσῃ), οὔτε ἐχθροῖς φοβερός, verba sunt Παιδείας ad Lucianum, in quibus vox ἐπιδικάσιμος varie accepta fuit. Stephan. in Thes: *qui propensus est ad adjudicandum sua sententia amicis, quod petunt;* Micyllus, *neque amicis expetibilis;* Benedictus, *nec amicis in foro auxiliaris;* Gronovius, Hemsterhusius, *amicis advocatus.* Hi tres scholiastae explicationem secuti sunt, ὁ τοῖς φίλοις ἐν τῷ δικάζεσθαι συνηγορῶν, καὶ τούτοις βοηθῶν ἐν ταῖς δίκαις. Wielandius, propriam vocis significationem non tangens, *unvermögend dich deinen Freunden nützlich zu machen;* Belinus, propius accedens ad scholiastae explicationem, *tu ne saurais pas au besoin parler en public pour la défense de tes amis;* Schneiderus tandem in Lexico, *um den die Freunde sich reissen.* Ad hanc sententiarum diversitatem componendam accuratius in vocem ἐπιδικάσιμος inquiramus. Notissimus est locus Terentii prolog. Phorm. v. 24.

apporto novam
Epidicazomenon quam vocant comoediam
Graece, Latine hic Phormionem nominat.

ubi Donatus: „Epidicazomenon, hic manifeste errat Terentius. Nam haec fabula, quam transtulit, Epidicazomene dicta est a puella, de qua judicium est; cum sit alia Epidicazomenos ejusdem Apollodori: debuit ergo dicere Epidicazomenen Graece.“ — „Quid agetur?“ verba jam sunt Bentleji, „nec falli hic potuit Donatus, sive alius, unde habuit; nec Terentius nescire potuit nomen fabulae, quam ipse Latine vertit. Id miror maluisse Donatum manifesti erroris arguere auctorem, quam occulti errati suum, quo utebatur, exemplar. Repone hic, Epidicazomenen quam vocant Comoediam.“ Bentlejo adstipulatur Ruhnkenius. Igitur in Terentio non minus quam in Luciano turbatur.

Lex erat Athenis, ut virgini orbae, quae nullum patrimonium haberet, is cognatorum, qui genere proximus esset, nisi eam ducere maluisset, dotem daret; quod si neque dotem dare, neque eam ducere vellet, ab Archonte ad alterutrum cogendus erat; cf. Köpkium, über die Gesetzgebung der Griechen p. 509. Bud. Comm. l. Gr. p. 115. Talis virgo ἐπίκληρος vocabatur. — Erat praeterea alia lex Athenis, ut, si qua virgo dives, patre

aut fratribus amissis, orba remansisset, haec ei nuberet, qui proxime cognatus esset. cf. Köpk. l. c. p. 497. Bud. l. c. p. 114. Et haec virgo ἐπίκληρος vocabatur, ita ut haec vox duobus modis accipienda sit; si pauper est virgo, ἐπίκληρος ea vocatur, quam proxime cognatus ducere aut dote data alii collocare cogitur; sin vero dives, ea, quae proxime cognato nubere cogitur. Facile vero apparet, puellam divitem multos sibi cupiisse. Jam vero si plures essent, qui se proxime cognatos profiterentur, causa eorum judicibus agebatur, qui pronunciarent, quis vere proxime cognatus esset, in cujus manum puella de jure veniret. Quatenus itaque haec puella ἐπίκληρος dives objectum litis, ut vulgo loquuntur, erat, ἐπίδικος vocabatur i. e. de qua in judicio vel coram judicibus lis disceptatur. Etym. M. p. 78. ἐπίδικος, ἡ ἀμφισβητουμένη ἐπίκληρος, τίνι χρὴ γαμηθῆναι Zonar. p. 801. Quemadmodum vero divitem plures facile ambierunt, ita pauperem non minus facile quivis aspernabatur, alium quendam, non se, proxime cognatum esse affirmans. Iterum causa ad judices deferenda erat, qui, quemadmodum in divite inter plures, qui se proxime cognatos simulabant, uni eam adjudicabant, ita in paupere, inter omnes, qui hanc cognationem dissimulabant, unum puellae adjudicabant, qui vel duceret, vel dotem daret. Jam quid vetat, quominus eodem modo virgo ἐπίκληρος pauper, ubi de ea in judicio disceptabatur, etiam ἐπίδικος vocata sit? Verisimillimum saltem est, et ad locum Terentii explicandum utique necessarium, quod Bentlejus etiam sensit, quamvis hic virginem orbam divitem et pauperem confudit. At vero, cum Bentlejus ita pergat: „ἐπίδικος igitur virgo, de qua adhuc lis est, ἐπιδικαζομένη, de qua judicium factum est, ut hic Phanium", facile apparebit eum errasse. Nam si ἐπιδικάζεσθαι hanc significationem habuisset, vocata saltem fuisset ἐπιδεδικασμένη sive ἐπιδικασθεῖσα. Verum ἐπιδικάζεσθαι dicitur is, qui in judicio aliquid petit, vel lege agit, quod jam Budaeus p. 113. 114. multis confirmavit. In puella divite igitur is est ἐπιδικαζόμενος, qui in judicio contendit, puellam divitem aut sibi ipsi aut alii, cujus nomine causam agit, nubere debere; in paupere vero is, qui contendit, hunc vel illum esse puellae pauperi proxime cognatum; hunc itaque ipsam ducere debere. Propterea Apollodorus comoediam suam ἐπιδικαζόμενον vocabat, quod cum breviter Terentius Latine di-

cere non potuisset, Phormionem eam appellavit, qui Phormio ipse ὁ ἐπιδικαζόμενος est. Hinc mihi patere videtur, in Terentio nihil mutandum esse, quamvis, qua ratione Donatus in errorem inciderit, explicare nequeam. Verum ἐπιδικάζεσθαι verbum forense erat, non solum in actiône de puellis orbis usurpatum, verum etiam in aliis actionibus, ut, cum ambigeretur, cuinam hereditas aliqua jure obveniret. Zonar. p. 825. ἐπεδικάσαντο, ἔπεισαν τοὺς δικαστὰς ἑαυτοῖς προςνεῖμαι τὸν κλῆρον. Dicit ἑαυτοῖς, ubi οἱ ἐπιδικαζόμενοι sibi ipsis petunt; sed possunt etiam aliis hereditatem petere, quorum causam eoram judicibus agunt. Jam ut βιώσιμος is est, qui potest βιοῦν, ita ἐπιδικάσιμος is vocabatur, ὃς ἐπιδικάζεσθαι δύναται, qui coram judicibus sibi aut aliis aliquid, de quo lis est, expetere potest: φίλοις ἐπιδικάσιμος in Luciano itaque is est, qui amicorum causam in judicio strenue gerere, iisque aliquid expetere potest; quod non multum abhorret ab explicatione scholiastae eorumque, qui hunc secuti sunt.

C. 9. p. 7. ἀλλ' αὐτὸ μόνον ἐργάτης, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς, ἀεὶ τὸν προὔχοντα ὑποπτήσσων. Duo codd. καὶ τῶν ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου, εἰςαεὶ τὸν etc. Quod praefero, nam εἷς hic prorsus abundat, quamvis etiam sic additum reperiatur. cf. Matth. Gr. Gr. §. 355. Sed εἰςαεί significantius, quam ἀεί (differunt ut nostra *für immer* et *immer*); ex quo arti statuariae operam dederis, ex eo tempore *in omne futurum tempus* etc.

C. 13. p. 8. ἀφεὶς δὲ αὐτοὺς τηλικούτους καὶ τοιούτους ἄνδρας, inserendus est articulus αὐτοὺς τοὺς τηλικούτους etc. quem proxime praecedens pronominis syllaba absorbuit. Nihil hoc erratorum genere frequentius. Statim c. 18. p. 9. κἀγὼ τοῦτον ὄνειρον l. τοῦτον τὸν ὄνειρον. Catapl. c. 5. T. 1. p. 281. ἰδοὺ πάλιν οὗτοι δυεῖν δέοντες τετρακόσιοι. l. οὗτοι οἱ δυεῖν, ut antea in eodem capite dixerat ἰδοὺ δή σοι τὸν ἀριθμὸν οὗτοι οἱ τριακόσιοι. Imagin. c. 14. T. 2. p. 11. οἷαν εἰκὸς εἶναι τὴν διὰ τοιούτων χειλῶν, δι' ἐκείνων δὲ τῶν ὀδόντων ἐξιοῦσαν l. τοιούτων τῶν χειλῶν, quod Lucianum dedisse monstrat ἐκείνων τῶν. Sed non omnibus locis haec medicina adhibenda est. Ver. hist. 1, 16. T. 1. p. 445. πλησίον δὲ αὐτῶν οἱ Κυνοβάλανοι ἔστησαν, οὓς ἔπεμψαν αὐτῷ οἱ τὸν Σείριον κατοικοῦντες, πεντακιςχίλιοι, καὶ οὗτοι ἄνδρες κυνοπρόσωποι, ἐπὶ βαλάνων πτερωτῶν μαχόμενοι. Hic interpunctio tantum mutanda est, πεντακιςχίλιοι καὶ οὗτοι, ἄνδρες

etc., ut antea in eodem capite exstat, *ὄντες καὶ οὗτοι ἀμφὶ τὰς πέντε μυριάδας*.

ibid. *ὅπως τὰ ἔργα εὔρυθμα καὶ εὐσχήμονα ἔσται σοι προνοῶν, ὅπως δὲ αὐτὸς εὔρυθμός τε καὶ κόσμιος ἔσῃ ἥκιστα πεφροντικώς*. Notissima est regula, quam Dawesius primus proposuit, *ὅπως* et *οὐ μή* nunquam regere conjunctivum aoristi primi activi et medii. Ex quo hanc legem doctissimus Anglus tulit, cupide accepta est ab editoribus; et multi loci secundum eam emendati sunt. Dubitare tandem de ejus certitudine inter nostrates inceperunt Hermannus, Buttmannus, et inprimis Heindorfius; is enim, qui cum Lysidem et Charmidem ederet, nonnulla adhuc loca ad eam normam correxit, (ut Lysid. c. 7. c. 19. Charmid. c. 10.) nunc sententiam prorsus retractavit, ad Phaedon. c. 29. Protag. c. 12. monstrans, plurima esse loca, in quibus non adeo facilis mutatio foret. Nam ut *ἐπιδείξηται* (Lucian. de mort. Peregr. c. 25. T. 2. p. 490.) facile in *ἐπιδείξεται*, atque *αἰτιάσωνται, τιμήσωσι, φιλήσωσι* (Epist. Saturn. c. 33. T. 2. p. 531.) in *αἰτιάσονται, τιμήσουσι, φιλήσουσι* transeat, quis tamen ausit apud Lucian. deor. dial. 20, 2. T. 1. p. 103. pro *χαλεπήνητε* substituere *χαλεπανεῖτε?* Cui similem locum Xenoph. Anab. 4, 8, 13. laudat Heindorf. l. l., ubi *μείνῃ* in *μενεῖ* non mutet quisquam. Quis porro apud Lucian. de merc. cond. c. 41. T. 1. p. 322. *ἀπολέσωσι* exigat, et *ἀπολοῦσι* in sedem reducat? cui simile exemplum idem Heind. eodem loco affert, ubi *ἀπολέσῃ* in *ἀπολεῖ* mutandum esset. Tandem quis in Prometh. c. 5. T. 1. p. 69. *ὅπως μου ὡς δεινότατα κατηγορήσῃς μηδὲ καθυφῇς τι τῶν δικαίων τοῦ πατρός*, vel *κατηγορήσεις* et *καθυφήσεις* rescribat, vel *καθυφῇς* non tangens in una eademque periodo conjunctivum indicativo jungat? Quapropter mihi quoque, codicibus non addicentibus, ab omni ejusmodi correctione abstinendum videtur. Et supersunt in scriptoribus Graecis multi etiamnum loci, qui aor. 1. sine ulla manuscriptorum varietate tuentur. Est tamen, ubi necessitas indicativum futuri rescribendum exigat, tum, quando conjunctivus, quem editiones et codices exhibent, non Graecus est. Quis ferat in Luciani apol. pro merc. conduct. c. 3. T. 1. p. 325. *ὅπως ἀκούσηται* pro *ἀκούσεται*; vel in Anach. c. 17. T. 2. p. 265. *ὅπως προςέξῃς* pro *προςέξεις*; [sed hoc *προςέξῃς* Schmiederus demum male sedulus in textum invexit, cum antea recte *προςέξεις* legeretur. Similiter idem in apolog. pro imag. c. 18. T. 2. p. 23. *ὅπως ὑπερθαυ-*

μάσηται καὶ ζηλωτὸν ἀποφάνῃ ex uno cod. edidit, ubi vulgata *ὑπερθαυμάσεται* et *ἀποφανεῖ* non mutanda erant.] Quis in Hippocr. de arte c. 22. T. 1. p. 13. *ὅπως τεκμαρῆται* pro *τεκμαρεῖται*, vel in ejusdem de medicina c. 3. *ὅπως συνοίσῃ* pro *συνοίσει*. Demosth. de pace c. 3. *ὅπως προαξώμεθα* pro *προαξόμεθα*, quamquam illa forma aoristi etiam in atticis non prorsus improbanda sit? Cf. quoque postea ad Catapl. c. 3., ubi de verbo *διδράσκω* locuturi sumus. Sed illos aoristos Graeci non noverunt. Similiter Buttm. in Plat. Alcib. sec. c. 1. barbarum *λήσῃ* jam mutavit in *λήσει*. Neque negari potest, scribas proclives fuisse, ut indicativum futuri in ejusmodi conjunctivos mutarent, quos Graeci non agnoscerent. Sic Lucian. Toxar. c. 35. T. 2. p. 47. pro *ἐρεῖς* in uno cod. reperitur *ἐρῇς*. Pseudosoph. c. 9. T. 2. p. 629. pro *πείσεται* (a *πάσχω*) plurimi praebent *πείσηται*. Demosth. de cor. c. 52. pro *γενήσεται* in uno cod. exstat barbarum *γενήσηται*. Itaque in longe plurimis exemplis quin futurum scripserint Graeci, mihi non dubium est; verum ut e praecedentibus patet, non in omnibus. [Quae olim scripseram, nunc retractare nolui. Plura hic addi possent, sed quae diligentiorem curam desiderarent. Interim cf. Lobeck. ad Phryn. p. 716. sqq.]

AD EUM, QUI DIXERAT, PROMETHEUS ES IN VERBIS.

C. 1. T. 1. p. 11. *καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ Προμηθέως ἂν εἴη, πλὴν εἰ μὴ διαλλάττοιτε, ὅτι μηδ' ἐκ πηλοῦ πλάττετε, ἀλλὰ χρυσᾶ ὑμῖν τοῖς πολλοῖς τὰ πλάσματα*. „Scribo *ὅτι μὴ ἐκ πηλοῦ*, nihil enim juvat otiosum illud *δ'*." Hemsterh. *Μηδέ* hic non tolerari posse, certum est. Sed scribam potius *ὅτι μηδὲν πηλοῦ πλάττετε*. Vulgata originem debet indocto librario, qui genitivum in *πηλοῦ πλάττειν* non intellexit. Sic Luc. Nigrin. c. 2. T. 1. p. 16. 17. *σφαῖρα καλάμου πεποιημένη*, ubi mire turbant interpretes. Matth. Gr. Gr. §. 375. 2. — Mox in fine Cap. sec. pro *καὶ μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν συντρίψειεν ἅπαντα* necessario legendum est *κἂν μικρόν* etc. Hoc *ἄν* pertinet ad *συντρίψειεν*, et *ἐμβαλών* pro *εἰ ἐμβάλοι* positum est. Saepissime ita in libris veterum turbatum est, praecipue quoque in Luciano. Sic statim in cap. seq. scribe *καίτοι φαίη ἄν* (quae vox in editis deest) *τις παραμυθούμενος, οὐ ταῦτα εἰκάσαι τῷ Προμηθεῖ, ἀλλὰ τὸ καινουργὸν τοῦτο ἐπαινῶν, καὶ μὴ πρός τι ἄλλο ἀρχέτυπον μεμιμημένον*; in

quo loco nunc demum video id, quod margini editionis meae alleveram, *ἐπαινεῖν* jam a Benedicto occupatum fuisse; conjecturam non absurdam vocat Hemsterh., ipse tamen duas alias proponit, *οὐ ταῦτα εἴκασέ σε*, aut *τοῦτο ἐπαινεῖ*, quorum neutra applausum facile feret. Sed nulla mutatione opus est, cum *ἐπαινῶν* bene se habeat. Constructio aliquantulum impeditior est, at vere attica: *καίτοι φαίη ἄν τις παραμ.*, *οὐ ταῦτα* (*in his*) *εἰκάσαι τῷ Προμ. ἀλλὰ διὰ τοῦ καινουργοῦ*; pro hoc, constructione paululum variata, est, *ἀλλὰ ἐπαινῶν τὸ καινουργόν*. Vertas forsan lingua vernacula: *allein es könnte Jemand noch zu meiner Beruhigung behaupten, nicht hierin mich dem Prometheus verglichen zu haben, sondern weil er die Neuheit der Erfindung lobe* etc. Voluit forsan Hemsterh. *εἴκασά σε*, quod tamen et ipsum vulgatae non praeferam. — Ceterum ut in viam redeamus, nos h. l. *ἄν* recte inseruisse, monstrant quae statim sequuntur verba *ὁ μὲν ταῦτα ἂν εἴποι*, quae verba repetitionem continent eorum, quae initio capitis dixerat, *φαίη ἄν τις*. — Paulo ante leguntur verba *ὥςπερ ἐκεῖνος* (sc. Prometheus) *οὐκ ὄντων ἀνθρώπων, τέως ἐννοήσας αὐτοὺς ἀνέπλασε*. Eandem interpunctionem in ed. Bip. reperi; dudum est, quod *οὐκ ὄντων ἀνθρώπων τέως* jungendum censui. Nunc aut omnia me fallunt, aut eadem fuit Hemsterhusii sententia, cui, quantum ex ed. Bip. auguror, cum Amstel. non ad manum sit, operae non paruerunt. — Cap. 5. p. 13. *οἱ δὲ ἄνθρωποι τὸν χαλινὸν ἔ τ ι α ὐ τ ῆ ς θαυμάζωσι, καὶ τὴν ἁλουργίδα*. Lego *τὸν χαλινὸν ἐπ' α ὐ τ ῆ ς θαυμάζωσι*. Saltem quid *ἔτι* sibi velit nescio, in antecedentibus erat quoque *ἁλουργίδι ἐπέστρωτο*.

NIGRINUS.

C. 11. T. 1. p. 19. 20. *καὶ ταῦτα μὲν, ἃ σὺ διῆλθες, ἐβουλόμην ἂν εἰρῆσθαί μοι· κἀκεῖνα δὲ, ὅτι γε οὐχ ἑξῆς οὐδὲ ὡς ἐκεῖνος ἔλεγε, ῥῆσίν τινα περὶ πάντων ἐρῶ (πάνυ γὰρ τοῦθ' ἡμῖν ἀδύνατον) οὐδ' αὖ ἐκείνῳ περιθεὶς τοὺς λόγους, μὴ καὶ κατ' ἄλλο τι γένωμαι τοῖς ὑποκριταῖς ἐκείνοις ὅμοιος, οἳ πολλάκις ἢ Ἀγαμέμνονος, ἢ Κρέοντος ἢ καὶ Ἡρακλέους αὐτοῦ πρόσωπον ἀνειληφότες κ. τ. λ.* In his verbis vide ne una vocula amplius dederit Lucianus *μὴ καὶ κατ' ἄλλο τι ἔ τ ι γένωμαι* etc. Illud *ἔτι*, *praeterea*, eo refertur, quod jam c. 9. p. 19. se *ὑποκριτῇ* et *ἀγγέλῳ τραγικῷ* similem dixerat [nisi hoc *ἔτι* in *καί* jam latere suspice-

ris.] Nullum vero vitiorum genus frequentius est in scriptis veterum, quam ubi propter similitudinem vocis vel praecedentis vel sequentis aliquid a librariis omissum est, ut hic *ἔτι* propter praecedens *τί*; cujusmodi loca quaedam hic addere libet. Lucian. de merc. cond. c. 17. T. 1. p. 309. 310. *εὐθὺς οὖν καὶ τοιοῦτός τις περὶ σοῦ λόγος ἐν αὐτοῖς· τοῦτο ἡμῖν πρὸς τοῖς ἄλλοις δεινοῖς ἐλείπετο, καὶ τῶν ἄρτι ἐςεληλυθότων ἐς τὴν οἰκίαν δευτέρους εἶναι.* Noli dubitare, quin legendum sit, *ἐλείπετο τὸ καὶ τῶν* etc. *τὸ δευτέρους εἶναι* est appositio vocis *τοῦτο*. Scyth. c. 7. T. 1. p. 407. 408. *καὶ ὅπερ σοι ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ὦ Ἀνάχαρσι, πάντα ἑώρακας ἤδη Σόλωνα ἰδών· τοῦτο αἱ Ἀθῆναι· τοῦτο ἡ Ἑλλάς· οὐκ ἔτι ξένος, σύμπαντές σε ἴσασι, πάντες σε φιλοῦσι.* Lege: *οὐκ ἔτι ξένος σύ· σύμπαντές σε ἴσασι* vel, quod magis etiam placet, propter sequens *πάντες*, scribe *ξένος σύ, πάντες* etc. Ver. hist. 2, 27. T. 1. p. 469. *ὁ δὲ ἔφασκεν ἀφίξεσθαι μὲν ἐς τὴν πατρίδα.* Lege: *ἀφίξεσθαι μέν με* etc. *μὲ* non potest deesse; nam *ἔφασκεν ἀφίξεσθαι* est, *spopondit, se venturum.* — Asin. c. 30. T. 2. p. 80. *εἰ δέ ποτε οἷα κάμνων καὶ ἀχθοφορῶν καταπέσοιμι, τότε δὴ τὸ δεινὸν ἀφόρητον ἦν· οὐ γὰρ ἦν καταβὰς τοῦ χεῖρά μοι ἐπιδοῦναι, κἀμὲ χαμόθεν ἐπεγείρειν, καὶ τὸ φορτίον ἀφελεῖν.* In loco hoc corrupto quid alii moliti sint, longum foret enarrare. Mihi corrigendum videtur *οὐ γὰρ παρῆν καταβὰς τοῦ χεῖρά μοι ἐπιδοῦναι* etc. *Non enim adfuit mihi descendens, ut manu me allevaret.* Genitivus *τοῦ ἐπιδοῦναι* positus est ut apud Dem. de coron. c. 31. p. 280. Harl. *ἄραγε μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησιν ὑμῶν δοκῶ; ἢ μικρὰ ἀναλῶσαι ἄν, τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν, οἱ πλούσιοι;* Ceterum quae statim in eodem Luciani loco (Asin c. 30.) sequuntur, corrupta et interpolata videntur. — De morte Peregr. c. 3. T. 2. p. 482. *ἐγὼ δ' ἐπεὶ τάχιστα εἰς τὴν Ἦλιν ἀφικόμην διὰ τοῦ γυμνασίου αὐτῶν, ἐπήκουον ἅμα κυνικοῦ τινος* etc. lege *διὰ τοῦ γυμνασίου αὐτῶν ἰών, ἐπήκουον* etc. Xenoph. Hellen. 2, 3, 10. *τῶν δὲ φρουρῶν τούτου ξυμπέμποντος αὐτοῖς.* Credo Xenophontem dedisse *ἀεὶ αὐτοῖς*. Hippocr. de morb. 1, 4. T. 2. p. 5. *ὁ μέντοι καιρός ἐστιν, ἐπὴν πάθῃ τούτων ὁ ἄνθρωπος ὅ, τι, ἤν τις πρὸ τοῦ τὴν ψυχὴν μεθιέναι ὠφεληθῇ.* Hippocrates scripsit *ὅ, τι ἂν ᾖ, ἤν τις* etc. id. de humor. c. 3. T. 1. p. 318. *ἱδρὼς ἐκ φυμάτων, ἐκ τραυμάτων, ἐξανθημάτων*, lege *ἐξ ἐξανθημάτων*. Heliod. Aeth. 1, 9. p. 15. *κἀγὼ προσιέμην, τῶν μὲν ὄντων οὐδὲν ὑποπτεύων, ὅτι δὲ μητρῴαν ἐπιδείκνυται περὶ ἐμὲ θαυμάζων διάθεσιν.* Vix dubito,

Heliodorum dedisse ὅτι δὲ *μητρυιὰ* μητρῴαν ἐπιδείκνυται etc. cf. eund. c. 14. p. 24. ἐπῄνουν, εἰ μητρὸς ἡ μητρυιὰ πάθος ἐπιδείκνυται — id. 1, 9. p. 46. οὐ γὰρ ἐπὶ ῥητοῖς ποτε λῃστρικὸς ἔληξε πόλεμος, οὐδὲ ἔνσπονδον ἔσχε τὴν τελευτὴν, ἀλλ' ·ἢ περιεῖναι κρατοῦντας ἢ τεθνάναι *τοὺς* ἁλόντας ἀναγκαῖον. lege ἢ τεθνάναι *αὐτοὺς* ἁλόντας ἀναγκαῖον. Primam in αὐτοὺς ultima in τεθνάναι absorpsit. Id. 6, 3. p. 228. ταῦτα μὲν ἐκείνη, ἔφη, χλεύην ἐμὲ συνήθως καὶ τὰ ἐμὰ πεποίηται, rectius videtur ἔφη, ἢ χλεύην etc. — Graviori vulnere alius Heliodori locus laborat 1, 10. p. 16. ὁ θαυμαστὸς, φησι, καὶ *εἰς ἐμὲ* νεανίας. lego καὶ *ἀεὶ σεμνὸς* νεανίας, ubi α a praecedenti καί et νος compendio scriptum a prima litera vocis νεανίας absorptum est. Ceterum ut ad locum Nigrini redeamus, unde oratio deflexit, verba ea, quae in fine leguntur, οἳ πολλάκις ἢ Ἀγαμέμνονος ἢ Κρέοντος ἢ καὶ Ἡρακλέους αὐτοῦ πρόςωπον ἀνειληφότες etc. monstrant medicinam, quae alii Luc. loco adhibenda. est. Piscat. c. 33. T. 1. p. 265. εἴ τις (sic quoque pro ἤν τις rescribendum) ὑποκριτὴς Ἀθηνᾶν ἢ Ποσειδῶνα ἢ *τὸν* Δία ὑποδεδυκὼς μὴ καλῶς ὑποκρίνοιτο; ubi quis non miretur articulum? scribe ἢ *καὶ* Δία. Hoc καί *adeo* auget, propterea ante Herculis et Jovis nomen adjectum est. [Imo pro ἢ τὸν Δία scribendum est ἢ *αὐτὸν τὸν* Δία. Sic apol. pro merc. cond. c. 5. T. 1. p. 326. οἳ ἐπὶ μὲν τῆς σκηνῆς Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν ἢ Κρέων ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἰσιν, ubi Schäfer mel. crit. p. 37. mallt αὐτοηρακλῆς. Sed in ipso nostro loco ἢ καὶ Ἡρακλέους αὐτοῦ nihil aliud est quam ἢ αὐτοῦ Ἡρακλέους.]

Nigrin. c. 37. T. 1. p. 29. ὅςτις δὲ ἀγαθὸς τοξότης, καὶ *τούτῳ* ὅμοιος, πρῶτον μὲν ἀκριβῶς ὄψεται τὸν σκοπόν etc. Narraverat antea c. 35. Lucianus, quomodo finita Nigrini oratione affectus fuisset: non summam cutem eum strinxisse, sed altius penetrantem letale vulnus inflixisse animo. Hinc occasione arrepta, pulcerrimam comparationem c. 36. instituit oratorum cum τοξόταις, quibus animus humanus scopus sit. Duo horum τοξοτῶν sive jaculatorum genera in eodem capite recenset, quae ambo improbanda sint, quia partim nervos nimis intendant, partim nimis laxo arcu utantur. Jam c. 37. tertium genus bonorum jaculatorum subjungit, quorum officia recenset, incipiens iis verbis, quae supra apposuimus, in quibus de voce τούτῳ suspicio mihi oborta est. Referunt omnes ad Nigrinum, cujus tamen mentio nimis longo intervallo praecessit, quapropter

omnes, quos consulere licuit interpretes, aut vocem immutarunt vertendo, aut aliquid addiderunt: interpr. Lat. atque *huic nostro* similis. Belinus, *tel que mon philosophe*, Wielandius, *wie der unsrige*, qui omnes ita vertentes tacite confessi sunt, voci τούτῳ aliquid ad integritatem sententiae deesse. Sed ni fallor longe alia Luciani manus fuit. Scribo enim ὅστις δὲ ἀγαθὸς τοξότης καὶ Τεύκρῳ ὅμοιος etc. Ad eum enim Lucianum respexisse monstrat versus Il. 8, 282. qui statim citatur,

βάλλ' οὕτως, αἴ κέν τι φόως ἄνδρεσσι γένηαι,

monstrant porro verba ἀκριβῶς ὄψεται τὸν σκοπόν, in quibus ad vocem παπτήνας Il. 8, 269. alludit; quid quod jam c. 6. p. 18. in verbis τοῦτο γάρ τοι, τὸ τοῦ Ὁμήρου, σπεύδοντα καὶ αὐτὸν παρακαλεῖς eundem Il. locum v. 292. in animo habuit? Ad conjecturam nostram firmandam nonnihil quoque valet Hermot. c. 28. T. 1. p. 357. οὐδ' αἰτιασαίμεθ' ἂν εὐλόγως τὴν τύχην, εἰ τοξεύουσα καὶ ἀκοντίζουσα μὴ πάντως ἔτυχε τοῦ ἀληθοῦς, ἑνὸς ὄντος ἐν μυρίοις τοῖς ψεύδεσιν, ὅπερ οὐδὲ τῷ Ὁμηρικῷ τοξότῃ ὑπῆρξεν· ὃς δέον τὴν πελειάδα κατατοξεῦσαι, ὁ δὲ τὴν μήρινθον ἔτεμεν, ὁ Τεῦκρος οἶμαι. Vides iterum Teucrum ut bonum jaculatorem ad partes vocatum, quamvis ibi ad Hom. Jliad. 23, 850—882. respicit.

IUDICIUM VOCALIUM.

C. 2. T. 1. p. 31. τοῖς γὰρ προπεπραγμένοις ἀεί τι μεῖζον προςτιθὲν ἄρδην με τῆς οἰκείας ἀποθλίψει χώρας, ὡς ὀλίγου δεῖν ἡσυχίαν ἀγαγόντα μηδὲ ἐν γράμμασιν ἀριθμεῖσθαι, ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τοῦ φόβου. Loquitur litera *Σ* de *T* querens. Ultimas duas voces corruptas facile quivis cum Solano et Hemsterhusio agnoscet. Correctiones eorum non probo. Timet litera *Σ*, ne mox prorsus a *T* expulsa ne literis quidem amplius annumeretur, i. e. e literarum numero prorsus exulet. Jam forsan scribendum ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τῷ *F*. Timet, ne digammatis sortem experiatur, quod et ipsum quam antiquitus inter literas habuit sedem amisit. Hoc digamma cum a nonnullis per φ, ab aliis per β, ab aliis rursus per ου exprimeretur, ut notissimum est, ex his literis tandem junctis librarii φόβου effecerunt. Simillimum est, quod in mscr. quodam Tryphonis φουάναξ et φουέλενα legitur, conflata scriptura ex φάναξ et οὐάναξ, atque φέλενα et οὐέλενα, qua ratione librarii: *Fάναξ* et *Fέλενα* repraesentarunt. Cf. the british Critic. for June 1806. p. 661.

TIMON.

C. 8. T. 1. p. 39. *οἱ δὲ τὰ ὀστᾶ γυμνώσαντες ἀκριβῶς καὶ περιτραγόντες, εἴ τις καὶ μυελὸς ἐνῆν, ἐκμυζήσαντες καὶ τοῦτον εὖ μάλα ἐπιμελῶς, ᾤχοντο* etc. Levem absterge maculam legendo *εἰ δέ τις*, quod Graeca consuetudo omnino postulare videtur. — Mox c. 12. p. 41. in verbis *ἀγαπάτωσαν ἄθλιοι τέτταρας ὀβολοὺς ἀποφέροντες, οἱ δεκαταλάντους δωρεὰς ἀμελητὶ προϊέμενοι* legendum videtur *προειμένοι* vel *προέμενοι*; nam ii, qui antea divites magnas opes temere profuderunt, nunc contenti sunto quatuor obolis acceptis. Sic in Demosth. de cor. c. 21. p. 176. Harl. pro *προϊέμενον* legendum videtur *προειμένον*, vel *προέμενον*.

Ibid. c. 15. T. 1. p. 42. *τούς τε αὖ κατάκλειστον ἐν θύραις καὶ σκότῳ φυλάττοντας, ὅπως αὐτοῖς παχύτερος γενοίμην καὶ πιμελὴς καὶ ὑπέρογκος ἐπιμελουμένους, οὔτε προςαπτομένους αὐτοὺς οὔτε ἐς τὸ φῶς προάγοντας, ὡς μηδὲ ὀφθείην πρός τινος, ἀνοήτους ἐνόμιζον εἶναι καὶ ὑβριστὰς, καί οὐδὲν ἀδικοῦντά με ὑπὸ τοσούτοις δεσμοῖς κατασήποντας.* Particulam *καί* ante *οὐδὲν ἀδικοῦντα* pessime Schmiederus ex uno cod. in textum recepit, quae aut prorsus deesse debet, aut, quod malim, in *τόν* mutanda est, de qua confusione articuli cum *καί* jam bis exempla protulimus. De articulo hoc in appositione cf. Matth. Gr. Gr. §. 274.

HALCYON.

C. 7. T. 1. p. 65. *Σοὶ μὲν οὖν καὶ ἐμοὶ καὶ ἄλλοις πολλοῖς τοιούτοις οὖσι, πόλλ' ἄττ' ἀδύνατα τῶν ἑτέροις πάνυ ῥαδίων. ἐπεὶ καὶ αὐλῆσαι τοῖς ἀναύλοις, καὶ ἀναγνῶσαι ἢ γράψαι τοῖς ἀγραμμάτοις γραμματικὸν τρόπον, ἀδυνατώτερόν ἐστι τέως, ἕως ἂν ὦσιν ἀνεπιστήμονες, τοῦ ποιῆσαι γυναῖκας ἐξ ὀρνίθων ἢ ὄρνιθας ἐκ γυναικῶν.* In h. l. pro *ἀναγνῶσαι* legendum esse *ἀναγνῶναι*, jam, ut video, Hemsterhusius occupavit. Sed videamus praeterea sententiam totius *ῥήσεος*. Multa, inquit Socrates, sibi videri *ἀδύνατα* sive impossibilia, quae ab aliis perfacilia habeantur. Sic tibiis canere, legere aut scribere, *impossibilia* sunt iis, qui id non didicerunt; *aeque impossibilia*, ac feminas ex avibus, aut aves ex feminis facere. Si ita procederet oratio, nemo offenderet. Verum non dixit illa tria, canere, legere, et scribere

imperitis *aeque* impossibilia esse, ac feminas ex avibus facere, sed *magis etiam* impossibilia, quod quo sensu dictum est, haud assequor. Lego οὐ δυνατώτερον, *non magis possibile* i. e. aeque *impossibile*. Sensit hoc vitium solus noster Wielandius, in scriptorem tamen ipsum culpam transferens non in librarium. [Haec, quae olim commentatus sum, verissima esse, negari nequit. Atque facilis sane in codicibus permutatio est syllabarum ου et α. Sed tamen nunc fere Wielandio assentiri velim. Nam, aut multum fallor, aut similes locos alibi quoque legi, quos tamen in schedis jam frustra quaesivi. Facile enim fieri potuit, ut, cum ἀδύνατον sit idem quod οὐ δυνατόν, ἀδυνατώτερον quoque diceretur pro οὐ δυνατώτερον, magno quamvis discrimine intercedente. In ἀδυνατώτερον enim comparativus majorem impossibilitatis gradum significat; in οὐ δυνατώτερον negat tantum, majorem possibilitatis (liceat barbare hic loqui) gradum inesse. Sic quae res *non certior* alia est, multum tamen abest, ut sit *incertior*. Tamen rem *non certam* et rem *incertam* promiscue dicimus.]

PROMETHEUS.

C. 1. T. 1. p. 67. ἐκπεταθεὶς τὼ χεῖρε. Lege ἐκπετασθείς, nam illa forma ne Graeca quidem est.

DEORUM DIALOGI.

De 5, 2. T. 1. p. 22. cf. ad Catapl. c. 1.

5, 3. T. 1. p. 82. οὐκέτι μέμψῃ μοι, ποτιμότερον τοῦ νέκταρος οἰομένῳ τὸ φίλημα εἶναι. Scriptum antea erat προτιμότερον; ex uno vero cod. et Wyttenbachii conjectura ποτιμότερον editum. Debebat saltem esse ποτιμώτερον, cujusmodi vitia etiamnum plurima editiones veterum obsident, cf. Schaef. melet. crit. p. 9. Sic male scriptum est ἀφθονοτέραν apud nostrum in Lapith. c. 13. T. 2. p. 541. et ἱρώτατον de D. Syr. c. 54. T. 2. p. 578., quamvis in eodem libro c. 10. p. 560. ἱροτέρῃ recte scriptum occurrat Hippocrat. de princip. 5. T. 1. p. 114. et de natur. puer. c. 15. T. 1. p. 144. πιώτατον, quamvis melior scriptura saepius inveniatur, ut p. 125, 147. etc.

Ibid. 6, 5. T. 1. p. 86. πόνον ἄπαυστον ἕξει δίκην διδοὺς οὐ τοῦ ἔρωτος (οὐ γὰρ δεῖ δεινὸν τοῦτό γε) ἀλλὰ τῆς μεγαλαυχίας.

Sic optime ex uno cod. Paris. edita sunt haec verba, de quibus sanandis Hemsterhusius desperasse videtur. Unum illud *δεῖ* ante *δεινόν* male me habet, quod delendum videtur. *Τοῦτό γε* refertur ad *ἐρᾶν*, quod non *δεινόν* a Jove dicitur, i. e. quod nullam per se poenam mereatur. Nam *δεινόν* adhiberi de delictis, quae punienda sint, notissimum est cf. Prometh. c. 3. T. 1. p. 67. *οἷα πέπονθα ὁ κακοδαίμων, οὐδὲν δεινὸν εἰργασμένος.* — Ceterum hoc *δεῖ* male iteratum est ex prima sequentis vocis *δεινόν* syllaba, quod satis frequens in libris veterum est vitium. Sic Amor. c. 19. T. 1. p. 619. *ἐπεὶ δ' ἦν ἄπορον ἐξ ἑνός τι γεννᾶσθαι, διπλῆν ἐν ἑκάστῳ φύσιν ἐμηχανήσατο. τοῖς μὲν γὰρ ἄῤῥεσιν ἰδίας καταβολὰς σπερμάτων χαρισαμένη, τὸ θῆλυ δ' ὥςπερ γονῆς τι δοχεῖον ἀποφήνασα.* Ipsa orationis structura monstrat, punctum post *ἐμηχανήσατο* et particulam *γάρ* esse delenda; hoc *γάρ* e prima syllaba vocis *ἄῤῥεσιν* ortum est. Philops c. 5. T. 2. p. 307. *ἐπώμνυτο τοῖς πλείστοις*, lege *ἐπώμνυ τοῖς πλείστοις.* Duae literae *TO* male bis scriptae fuerunt, prorsus ut apud Polyaen. 1. p. 47. Casaub. ubi pro *ὅταν αἴρητο τὸ σημεῖον*, lege *ὅταν αἴρῃ τὸ σημεῖον.* Plat. Phaedon. c. 20. p. 33. Heind. *ὡς καὶ δὶς δώσων, ἐὰν δὲ δέῃ, καὶ τρίς.* Bene *δέ* ante *δέῃ* omittit cod. Aug. Recte *δέ* haberet, si Criton solum *καὶ δίς* dixisset antea; sed jam ille dixerat *καὶ δὶς καὶ τρίς.*

Ibid. 7, 4. T. 1. p. 88. *τοιγαροῦν ἀπέδωκέ σοι τὸν μισθὸν τὴν πυράγραν.* Haec verba nihil aliud significare possunt, quam „*proinde reddidit tibi mercedem forcipem*", quod quomodo de forcipe furto sublato dici possit, non intelligo; et vereor, ne tum quoque scribendum fuerit *ἀπέδωκέ σοι μισθόν*, deleto articulo. Verum mutata interpunctione scribo *τοιγαροῦν ἀπέδωκέ σοι τὸν μισθόν, τὴν πυράγραν . . .* addere voluit *κλέψας*, sed orationem interrumpit Vulcanus: *ευγε ὑπέμνησας* etc. Sic omnia plana sunt.

Ibid. 11, 2. T. 1. p. 93. *ἀναπνέει τὸ ἀμβρόσιον ἐκεῖνο ἆσθμα*, Num *ἀναπνεῖ*? Sed in his disyllabis verbis contractionem hanc in *ει* nonnunquam in scriptoribus Atticis neglectam inveni, forsan ob similitudinem reliquarum personarum, quae nunquam contrahuntur *πλέομεν, πλέοιτε* etc. [cf. Lobeck. ad Phryn. p. 220 — 222. nos in fasc. 16. Observv. gramm. et critt. p. 16. Genes. 25, 21. 28, 18. Cod. Pseudep. V. T. 715. 942. Ignat. ep. p. 158. Schol. Odyss. 4, 214. 438. 5, 51. 6, 321. 12, 411. etc. Sed de his alio loco dicendum erit, ubi de quaestione

agetur, quantam labem recentiores exemplarium descriptores ex suo loquendi usu in veterum exemplaria intulerint.]

17, 1. T. 1. p. 100. ἔπειτα δὲ συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν, ἱκέτευε. Lege συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενος, αὐτὸν ἱκέτευε. — συνεὶς ἐχόμενος e notissimo Graecismo *sentiens se teneri*. Sic dial. Deor. 2, 1. p. 77. οὐδὲ συνῆκα ἡδὺς γεγενημένος. dial. meretr. 12, 1. T. 2. p. 470. ἐγὼ δ' ἐπὶ τούτοις δακρύω, καὶ συνίημι ὑβρισμένη. Heliod. 8, 17. p. 345. καὶ Χαρίκλεια συνίει μὲν λοιπὸν ὑπὸ τῶν εἱμαρμένων χειραγωγουμένη. Quint. Smyrn. 6, 388. οὐδ' ἐνόησας ἀμείνονος ἀντίος ἐλθών. Sed haec vulgata sunt cf. Matth. Gr. Gr. §. 548, 4.

25, 3. T. 1. p. 117. νῦν μὲν οὖν συγγνώμην ἀπονέμω σοι. ἐς δὲ τὸ λοιπὸν, ἥν τι ὅμοιον παρανομήσῃς, ἤ τινα τοιοῦτον σεαυτοῦ διάδοχον ἐκπέμψῃς, αὐτίκα εἴσῃ, ὁπόσον τοῦ σοῦ πυρὸς ὁ κεραυνὸς πυρωδέστερος. Leve est, sed corrigendum videtur ἥν τινα. Nam id ipsum, τοιοῦτον (qualis Phaëthon erat) διάδοχον ἐκπέμψαι est, quod antea vocat ὅμοιόν τι παρανομεῖν; verum ἢ res diversas sejungit. Sed repetito ἥν alterum comma in alterius explicationem additum est.

DIALOGI DEORUM MARINORUM.

14, 3. T. 1. p. 135. ὡς καταπιούμενον τὴν Ἀνδρομέδαν. Recipiendum erat, quod duo Belini codd. praebent, καταπιόμενον. Nam formam futuri πιοῦμαι, omnibus atticistis damnatam, Lucianus non admisit, cf. dial. deor. 4, 3. T. 1. p. 80. νέκταρ πίῃ, dial. mort. 17, 2. p. 171. πίεται, contempl. c. 22. p. 220. πιομένους, de merc. cond. c. 7. p. 304. πίεσθαι, ver. hist. 2, 7. p. 461. πιόμενον, de saltat. c. 27. p. 554. καταπιόμενος, Lexiph. c. 20. p. 583. πίομαι, Asin. c. 47. T. 2. p. 90. πίεται, dial. mer. 9, 5. p. 464. πίεσθε, fugitiv. c. 11. p. 502. πιομένους. Satis exemplorum attulimus ad usum Lucianeum adstruendum. Mox in eodem hoc dialogo c. 4. p. 136. leguntur verba μηκέτι μεμνήμεθα, pro quo Graecus sermo postulat μεμνώμεθα, quam lectionem ab uno cod. Par. oblatam Schmiederus adeo sprevit, ut ejus non meminerit, at corruptum μεμφώμεθα ex alio cod. attulerit.

15, 3. T. 1. p. 137. παραπετώμενοι. „Magno consensu sic edd. quae quidem scribendi ratio apud alios etiam rarius

invenitur, sed nunquam fere, quin vel exarati manu libri vel vulgati discrepent; nam longe est usitatius πετόμενος, quam πετώμενος, πέτεσθαι quam πετᾶσθαι.“ Hemsterhusii sunt verba. Usus Lucianeus requirit παραπετόμενοι. cf. Tim. c. 21. T. 1. p. 45. προςπετομένην, Halc. c. 1. p. 63. περιπέτεσθαι, Contempl. c. 15. p. 216. περιπετόμενος, ibid. c. 22. p. 220. περιπετομένας, quom. hist. sit conscr. c. 1. p. 412. περιπετομένου, ibid. c. 50. p. 434. μεταπετέσθω, ver. hist. 1, 11. p. 442. περιπετομένοις, ibid. 1, 34. p. 454. εἰςπετόμενα, ibid. 2, 14. p. 463. ὑπερπετόμενα, ibid. 2, 45. p. 477. παρεπέτετο, Asin. c. 4. T. 2. p. 64. πετόμενον, ibid. c. 12. p. 69. πέτεσθαι, Gall. c. 6. p. 152. πετόμενος, Icaromen. 11. p. 183. ἐπετόμην, ibid. c. 22. p. 192. πετόμενος, bis accus. c. 1. p. 202. πετόμενον, rhet. praec. c. 6. p. 292. ἐκπετόμενοι, philops. c. 13. p. 311. πετόμενον, Hercul. c. 8. p. 337. παραπετέσθω, Musc. encom. c. 2. p. 341. πέτεσθαι, ibid. c. 4. p. 342. πέτεται, ibid. c. 6. p. 343. συμπέτονται, ibid. c. 7. πέτεσθαι, de Dipsad. c. 3. p. 417. ἐπιπετόμενα, ubi antea male legebatur ἐπιπετώμενα. navig. c. 42. p. 441. πέτεσθαι, ibid. c. 44. p. 442. ἐπιπετόμενος, dial. mer. 1, 2. p. 446. πέτεσθαι, de mort. Peregr. c. 40. p. 496. πέτεσθαι. Non itaque dubium est, quin nostro quoque loco haec forma rescribenda sit.

DIALOGI MORTUORUM.

6, 4. T. 1. p. 147. *Εὖγε, ὦ Θούκριτε, ζώῃς ἐπιμήκιστον*, et mox in fine hujus capitis *ζώῃς ἐπιμήκιστον, ὦ Θούκριτε*. Utroque loco *ζώῃς* leviter corruptum est; non tam propterea, quod ipsum verbum *ζώω* non probandum sit in soluta oratione (nam simillimum locum excitavit Hemsterhusius), quam quod optativus, non conjunctivus, requiratur. Posteriori loco jam unus codd. Parisiensium praebet *ζώοις*, ut in loco Aristaeneti, quem Hemsterh. laudavit. Sed, ni fallor, leniorem etiam me dicinam locus admittit, transposito iota *ζῴῃς* i. e. *ζαοίης*. Sic jam scriptum exstat dial. meretr. 6, 3. T. 2. p. 456. *ἀλλ' οὐδὲν, ὦ φίλη Ἀδράστειά, φημι, ζῴῃς μόνον.*

11, 3. T. 1. p. 157. *οὔτε οἶμαι σὺ, ὦ Κράτης, ἐπιθυμήσας κληρονομεῖν ἀποθανόντος ἐμοῦ τὰ κτήματα, καὶ τὸν πίθον καὶ τὴν πήραν χοίνικας δύο θέρμων ἔχουσαν.* Dele particulam *καί* ante *τὸν πίθον*, nam ὁ πίθος et ἡ πήρα ipsa sunt Diogenis *κτήματα*.

14, 3. p. 165. *οὐδὲ προδοσίαις ὠνούμενος τὰς νίκας.* Note-

tur dativus pretii, loco genitivi verbo *ὠνεῖσθαι* junctus. Sic tyrannic. c. 14. T. 1. p. 484. *καὶ τῷ οἰκείῳ θανάτῳ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν ὠνησομένην.* [Eurip. Iph. Aul. 1155. *τἄχθιστα τοῖσι φιλτάτοις ὠνούμεθα.* Phil. Jud. p. 294. *θανάτῳ φιλτάτων ὠνεῖσθαι τιμήν.* cf. Matth. ad Pseudosoph. Clytaemn. v. 200].

16, 4. p. 169. *οὐκ, ὦ μάταιε· ὁ γὰρ αὐτὸς ἄμφω ἦμεν.* „Cum hic dixisset, quicquid in se fuisset Amphitryonis, obiisse; quicquid Jovis, vivere et apud superos frui sempiterna beatitate; ille vero reposuisset, duos igitur Hercules esse natos ex Alcmena gemellos, alterum Amphitryonis, alterum Jovis filium, respondit Hercules, *οὐκ, ὦ μάταιε, ὁ γὰρ αὐτὸς ἄμφω ἦμεν.* Ratio loquendi et sententiae requirit, ut legas *ἤμην*, et vertas, *nequaquam fatue, solus enim ambo eram.* Ego Hercules solus eram ambo, filius Jovis et Amphitryonis. *Αὐτός* est saepe *μόνος.* Aristoph. *αὐτοὶ γάρ ἐσμεν*, *soli enim sumus*, et superius in dialogo Mercurii et Solis, *αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμεν*, *soli enim nos sumus.* *Αὐτὸς ἤμην ἄμφω* est ut apud Phaedrum, *Aesopus cum solus esset familia.*“ Haec Graevius de h. l. Verum, quod ait, rationem loquendi et sententiae hanc emendationem requirere, in eo fallitur. Nam ut *αὐτός* nonnunquam pro *solus* adhibetur, ita nunquam *ὁ αὐτός*, quod semper valet *idem.* Ordo est: *ἄμφω ἦμεν ὁ αὐτός*, *nos ambo*, et Amphitryonis et Jovis filius, *eramus idem*, non alter ab altero diversus, sed in unam naturam conjuncti. Similiter jam cap. 3. dixerat *ἢ εἷς μὲν ἦτε παρὰ τὸν βίον*, et statim in responsione Diogenis, *ὥςπερ ἱπποκένταυρός τις ἦτε.* Sic Sext. Empir. p. 321. Fabr. et Piscat. c. 20. T. 1. p. 259. *ὥςτε μὴ διαίρει τὼ τέχνα· μία γάρ ἐστον, δύ' εἶναι δοκοῦσαι.* [Sext. Empir. adv. Geom. 3, 61. *καὶ εἰ μὲν μία αἱ δύο γραμμαὶ γίνονται, . . . τῶν δὲ δυοῖν γραμμῶν μιᾶς ἅμα* (l. *ἄρα*) *γινομένων, γενήσονται καὶ αἱ δύο ἐπιφάνειαι μία ἐπιφάνεια κ. τ. λ.*]

VITARUM AUCTIO.

C. 13. T. 1. p. 237. *ὁ δέ τινα ἔοικε πενθεῖν.* Bene codd. praebent *πενθῶν.* cf. Schaef. ad Dionys. Hal. de compos. verb. p. 212.

C. 19. p. 240. *τὸν Ἐπικούρειον σὲ ἤδη καλῶ.* Cum nusquam discipulos philosophorum Mercurius vendat, sed ipsos philosophos sectae auctores, legendum videtur *τὸν Ἐπίκουρον.*

CATAPLUS.

C. 1. T. 1. p. 277. ἡμεῖς δὲ, οὐδέπω οὐδ' ὀβολὸν ἐμπεπολήκαμεν. Notetur in hoc verbo sedes augmenti, quam Lucianus in decomposito ἀπεμπολάω alio transfert; ἀπημπόλησε piscat. c. 27. T. 1. p. 262. ἀπημπόληκα, ἀπημπολῆσθαι de merc. cond. c. 23. 24. T. 1. p. 313. [ἀπημπολημένος Hesych. s. v. παλίμβολος. T. 2. p. 843.]

Ibid. ὁ δὲ καλὸς ἡμῖν κἀγαθὸς νεκροπομπὸς, ὥςπερ τις ἄλλος καὶ αὐτὸς ἄνω τὸ τῆς Λήθης ὕδωρ πεπωκὼς ἀναστρέψαι πρὸς ἡμᾶς ἐπιλέλησται. „Haud facile, quid haec verba sibi velint, expedies. Mosellanus interpres ad umbras refert. Ego ad vespillones et hujusmodi homunculos referri malim, quos verisimile est largiter bibere solitos, cum mortuos efferrent. Id enim νεκροπομπός, quod praecessit, suadere omnino videtur." Verba sunt Solani. Equidem leni mutatione locum sic refingo: ὥςπερ τις ἄλλος κάτω, αὐτὸς ἄνω etc. Queritur Charon, nondum Mercurium cum umbris venisse; cujus rei causam in socordiam hujus νεκροπομποῦ transfert, qui, quasi Lethen bibisset, venire oblitus sit. Ut alii vero Lethen κάτω, in inferis, bibunt, quo τῶν ἄνω obliviscantur, ita Mercurius, qui κατελθεῖν oblitus erat, eam ἄνω in coelo, vel in terra bibit. Simile vitium emendandum est in dial. deor. 5, 2. T. 1. p. 82. ubi Juno, Ganymedem odio habens, postquam amores mulierum Jovi exprobravit, in haec verba erumpit: πλὴν ἀλλ' ἐκεῖναι μέν σοι κἂν ἐν γῇ μένουσι· τὸ δ' Ἰδαῖον τουτὶ παιδίον ἁρπάσας ἀνέπτης κ. τ. λ. ubi quid κἂν sibi velit, nemo facile dixerit; lege κάτω ἐν γῇ. Opponitur τῷ κάτω μένειν mox ἀναπέτεσθαι. Dici fere nequit, quot locis καί corruptum exstet. Sic Lucian. Contempl. c. 14. T. 1. p. 216. εὖγε, ὦ Κλωθοῖ, γεννικῶς καὶ αὐτοὺς, ὦ βελτίστη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε, καὶ ἀνασκολόπιζε, ὡς εἰδῶσιν ἄνθρωποι ὄντες. Lege sine dubio, accentu tantum mutato et apostropho apposito, καῖ' αὐτούς. Respicit καίειν ad Croesum, ut τ. κεφ. ἀποτ. ad Cyrum, et ἀνασκολοπίζειν ad Polycratem, de quibus tribus sermo est. Nihil vero frequentius, quam permutatio τοῦ καί cum articulo, cujus postea exempla dabimus.

C. 2. p. 278. τί δὲ οἶδας, ὦ Χάρων, εἴ τις ἀσχολία προςέπεσεν αὐτῷ, τοῦ Διὸς ἐπὶ πλέον δεηθέντος ἀποχρήσασθαι πρὸς τὰ ἄνω πράγματα. Vix credo, Lucianum οἶδας pro οἶσθα scripsisse;

οἶδας enim, ab omnibus atticistis proscriptum, non nisi in poëtis epicis me legere memini; Od. *α*, 337, quod solum huius formae exemplum Fischerus et Matthiae afferunt, Quint. Smyrn. 9, 496. Nonn. Dionys. 11, 315. [Formam *οἶδας* apud Lucianum nunc non damnamus, et, ni fallor, alibi quoque apud eundem occurrit, qua de re jam dixi in libro de fragmentis Dionysii, a Majo editis, (lib. 16, 4.) cf. quoque Ignat. Epist. p. 214. Clem. Alex. p. 71. Schol. Hom. Od. 1, 10. etc. et quae larga manu affert Lobeck. ad Phrynich. p. 236. 237. hujus unius loci tantum apud Lucianum memor.] Notetur quoque in h. l. *ἀποχρήσασθαι*, quae vox plerumque *utendo conficere*, *consumere*, sonat, hic vero nove pro simplici *χρήσασθαι* posita est; cujus significationis ex probatis scriptoribus nullum exemplum novi; habet vero quoque Heliod. Aeth. 1. c. 21. p. 35. ed. Cor. *εἰ μὲν γὰρ ἔδει τῷ τῆς ἀρχῆς ἀποχρήσασθαι νόμῳ, πάντως ἐξήρκει μοι τὸ βούλεσθαι* i. e. *si lege imperii uti vellem, sola voluntas mea sufficeret.* [Id. 5, 13. p. 190. *εἰ μὴ τῇ προφάσει τῆς θυσίας εἰς τὰς ὑπὲρ Θεαγένους εὐχὰς ἀποχρήσασθαι διενοήθη.* Clem. Alex. Paedag. 1. p. 127. *τὸ ἐν τῷ ἀποστόλῳ ἅγιον πνεῦμα, τῇ τοῦ Κυρίου ἀποχρώμενον φωνῇ.* Ignat. ep. 10. p. 212. *ἔπρεπε γὰρ τῷ δημιουργῷ μὴ τῇ συνήθει ἀποχρήσασθαι γεννήσει.* Eunom. Confess. fid. apud Cave hist. lit. p. 141. *οὔτε οὖν τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ ἀπεχρήσατο, ἀλλὰ τῇ βουλήσει μόνῃ.*]

C. 3. p. 278. *καὶ ἄλλον γελῶντα ὁρῶ, ἕνα δέ τινα καὶ πήραν ἐξημμένον.* Fortasse conjiciat aliquis *ἐνημμένον.* Sic *νεβρίδας ἐνημμέναι* Lucian. Bacch. c. 1. T. 2. p. 330. *διφθέραν ἐνῆπται* Hercul. c. 1. T. 2. p. 335. *διφθέραν ἐναψάμενος* Tim. c. 6. T. 1. p. 38. *λεοντῆν ἐνημμένος* Aristoph. Ran. 433. Cave tamen obsequaris; differunt enim. *Ἐνημμένος τι* dicitur is, qui pallio, vel pelli amicitur, ita ut haec vestimenta maximam corporis partem tegant involvantque; *ἐξημμένος* vero, qui manticam aut ejusmodi sarcinam fert, quae loro de humeris dependet. Itaque *πήραν ἐξημμένον* legitur quoque Fugit. c. 27. T. 2. p. 508. Idem dicitur *πήραν ἐξηρτημένος*, quod legitur Vitar. auct. c. 7. T. 1. p. 233. Fugit. c. 14. T. 2. p. 503. et Long. Past. 2, 3. p. 140. ed. Bod. Ceterum in omnibus his exemplis *ἐνημμένος*, *ἐξημμένος* non perfectum passivi est, sed medii, quod patet ex loco Luciani, quem supra adscripsimus, ubi *ἐναψάμενος* legitur, non *ἐναφθείς*. Moneo hoc, quia Matth. Gr. Gr.

§. 424. 2, ubi ex Herod. 7, 69. *παρδαλέας καὶ λεοντέας ἐναμμένοι* et ex Arist. Nub. 72. *διφθέραν ἐνημμένος* laudat, haec pro participiis verbi passivi habuit.

Ibid. p. 279. *τουτονὶ τὸν ἀλιτήριον ἀποδράντα μεταδιώκων* etc. In hoc loco *ἀποδράντα* pro *ἀποδράσαντα* e tribus codd. Schmiederus recepit. Tribuunt vulgo verbo *διδράσκω* duplicem aoristum *ἔδρασα* et *ἔδραν*. Sed Buttmannus priorem respuit. Omnia fere exempla, quae laudant, sunt aut tertiae personae pluralis indicativi *ἔδρασαν* aut participii. Ita *ἔδρασαν* Matthiae affert e Xenoph. Cyr. 5, 2, 15. Fischerus vero e Thucyd. 2, 49. (sed erravit vir doctus, nam ibi est a *δράω*, *facio*). Addo Lucian. Toxar. c. 33. T. 2. p. 47. Heliod. Aeth. 2, 19. p. 77. Sed *ἔδρασαν* pertinet ad *ἔδραν*, ut *ἔστησαν* ad *ἔστην*. Altera forma tertiae personae pluralis *ἔδραν* syncopen passa est, ut *ἔσταν*, *ἔφυν* pro *ἔστησαν*, *ἔφυσαν*. Afferuntur vero etiam exempla participii, *ἀποδράσασα* ex Andocide, *ἀποδράσας* ex Lysia, quibus addo *συναποδράσαντος* Lucian. Asin. c. 27. T. 2. p. 78. *διαδράσας* Heliod. 2, 12. p. 67. *διαδράσασα* Heliod. 8, 15. p. 341.; ubi facile rescribas *ἀποδρᾶσα*, *ἀποδρὰς*, *συναποδράντος*, *διαδρὰς*, *διαδρᾶσα*; nullum errorem facilius librarius committere potuit, et, ut in nostro loco vidimus, sunt quoque codices, in quibus vera scriptura servatur. Affertur vero conjunctivus quoque *ἀποδράσῃ* e Xenoph. Cyrop. 1, 4, 13. Sed ibi *ἀποδρᾷ* dat optimus cod. Guelf. quod nondum receptum miror, cum in eodem capite *ἀποδρῶ* non *ἀποδράσω* occurrat. [Recepit nunc Schneiderus in novissima editione.] Herod. 3, 135. *ὅκως τε μὴ διαδρήσηται*, quod vel invitis codd. in futurum *διαδρήσεται* mutandum fuisset; et futurum jam e cod. Askew. Schäferus recepit. Nam forma aoristi media in hoc verbo prorsus barbara, et eis adnumeranda est, de quibus ad somn. c. 13. verba feci. Futurum vero nusquam nisi forma media occurrit; nam quae futuri attici Fischerus exempla affert, *ἀποδρῶ* et *ἀποδρῶσι*, ea ipsius sunt conjunctivi hujus aor. secundi. Et quod tertium addit *ἀποδρᾶν* ex Herodiano (1, 30. ed. Oxon.), ibi sine dubio scribendum est *ἀποδρᾶναι*. Sed sunt exempla, quae non ita facilem correctionem admittant, Eurip. Iph. Taur. 193. 194. *ἀλλάξας δ' ἐξέδρασ' ἱερὸν ὄμμ' αὐγᾶς ἅλιος*, ubi num *ἐξέδρα* propter hiatum ferri possit, Hermanno et Seidlero dijudicandum relinquo; Heliod. 7, 24. p. 297. *διαδράσειε*, ubi quis *διαδραίη* sine codd. rescribere audeat?

[cf. nunc Lobeck. ad Phryn. p. 737. 738. ἀπέδρασαν Aelian. V. H. 10, 15. Theodoret. therapeut. p. 136. 142. ἀποδράσωμεν id. p. 40. ἀποδράσαντες id. p. 135. ἀποδράσαντος Orac. Sibyll. 4. v. 121. ἀποδράσας Schol. Odyss. 8, 351. ἀποδράσατε cod. Pseud. V. T. p. 691. 736. In loco Georg. Pis. Hex. v. 380., quem Lobeckius l. c. affert, codex Morelli habet διαδρᾶναι pro διαδρᾶσαι.]

C. 4. p. 279. *ἐγὼ δὲ, ὥςπερ εἰκὸς, οὐκ ἀνίειν* etc. *ἀνίην* emendavit Guyetus et praebet nunc cod. Paris. 2951., a Belino collatus. Et praefert Lucianus aliis locis hanc formam: sic *συνίην* dial. deor. 6, 2. T. 1. p. 84. Philopseud. c. 39. T. 2. p. 325. Pseudolog. c. 8. T. 2. p. 380. Sed et altera illa forma, multo rarior, proba est. Habet eam Plato Euthyd. c. 51. et Hom. Od. 9, 88. 10, 100. 12, 9. ubi *προΐειν* Wolfius in postrema editione e cod. Harleiano, qui hanc formam in omnibus tribus locis praebuit, recepit. — c. 5. p. 281. *τί γάρ με δεῖ πράγματα ἔχειν, τὰ πρὸ Εὐκλείδου πῶς νῦν ἐξετάζουσαν;* in vocula *πῶς* neminem offendisse miror; conjeceram dudum *ἕως*. Nunc video e duobus codd. et optima editione principe hanc vocem prorsus abesse, quod melius etiam videtur. Jocatur Clotho, se in senes nunc non inquisituram esse, quippe qui jam ante amnestiam, Euclide archonte Athenis datam, vixerint. — Mox pro *οὗτοι δυεῖν* legendum esse *οὗτοι οἱ δυεῖν* jam antea ad somn. c. 13. monuimus. — Tum quae sequuntur verba *νὴ Δι' ἐπεὶ ἀσταφίδες γε πάντες ἤδη εἰσί*, male in editionibus Clotho tribuuntur. Sunt sine dubio Charontis, facetias sectantis, qui senes mortuos *ἀσταφίδας*, *uvas passas*, vocat, ut antea infantes *ὀμφακίας*, *uvas immaturas*, vocarat. A verbis *τοὺς τραυματίας* demum Clotho incipit loqui.

C. 6. p. 282. *Πάρεισιν οἵδε οἱ τραυματίαι, οὓς ὁρᾷς· τὰς δὲ γυναῖκας ἅμα βούλει παραγάγω;* Mercurius adest, omnes mortuos secum ducens; tenet Clotho indices, ad quos eos exigat, praesertim quo mortis genere obierint (c. 5.). Sed infantes et senes inexploratos navi imponit, illos, quia nihil respondere possint, hos, quia negotium sibi facessere non vult rebus ante Euclidem gestis denuo explorandis. Tum vero eos, qui vulneribus obierint, arcessi jubet, quos in suas classes pro vario mortis genere dispertitur, qui bello ceciderint, qui ob amorem sibi ipsi mortem consciverint, qui de regno disceptan-

tes alter alterius manu occiderint, qui ab adultero et uxore caesus sit, qui capitis damnati poenas dederint, tandem qui a latronibus confossi sint. Jam respondet Mercurius ea verba, quae huic notae praeposuimus, adesse eos omnes, qui vulneribus obierint; atque tum deam interrogat, an simul mulieres mortuas adduci velit. Quis haec non miretur? Quo tandem mortis genere obierunt hae? num omnes eodem? nam mortis genus hic intactum relinqui nequit, ut ex sequentibus etiam patet. Respondet enim Clotho, *μάλιστα, καὶ τοὺς ἀπὸ ναυαγίων γε.* Non placent ita mulieres interjectae inter eos, qui a praedonibus occisi fuerunt, et eos qui naufragio perierunt. Sic mox quoque eos vocat, qui febri mortui sint. In omnibus his genus mortis commemoratur; et mirum foret, ni inter eos, qui febri perierint, mulieres etiam fuissent. Voces *τὰς γυναῖκας* itaque corruptae videntur; quod magis etiam apparebit ex iis verbis, quibus Clotho pergit, postquam eos, qui naufragium passi fuerint, adduci jussit; *ἅμα γὰρ τεθνᾶσι καὶ τὸν ὅμοιον τρόπον.* Haec verba omnes interpretes, quotquot vidi, ita explicant, eos, qui in undis naufragio vitam amiserint, simul et eodem modo periisse. En sententiam Luciano dignam! naufragos omnes eodem mortis genere periisse! omnes scilicet naufragio! De *ἅμα* postea videbimus; sed dixit Lucianus *τὸν ὅμοιον τρόπον*, non, ut isti volunt, *τὸν αὐτὸν τρόπον.* Voluit Lucianus sine dubio, eos, qui naufragium passi sunt, simili modo periisse, atque eos, quo modo Mercurius nominaverat. Unde luce clarius patet, mulieres nullum hic locum habere, sed desiderari vocem, quae mortuos aliquo violento mortis genere exprimat, quod naufragio simile sit. Quam vocem nondum reperi, neque facile reperiam, sedem corruptelae monstrasse contentus. — Ceterum acute Schmiederus conjecit legendum *μάλιστα, καὶ τοὺς ἀπὸ ναυαγίων γε ἅμα· καὶ γὰρ τεθνᾶσι τὸν ὅμοιον τρόπον.* Saltem *ἅμα* ad praecedentia retrahendum est; sic antea dixerat Mercurius *τὰς δὲ γυναῖκας ἅμα βούλει παραγάγω*; sic mox Clotho ita pergit: *καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ δὲ, καὶ τούτους ἅμα· καὶ τὸν ἰατρὸν Ἀγαθοκλέα μετ' αὐτῶν*, ubi postremum *μετ' αὐτῶν* idem quod *ἅμα* valet. Verum praeterea nescio, quid *γὲ* post *ναυαγίων* sibi velit, et cum *γάρ* ante *τεθνᾶσι* in cod. Gorl. desit, totum locum sic constituo: *μάλιστα, καὶ τοὺς ἀπὸ ναυαγίων ἅμα· τεθνᾶσι γὰρ τὸν ὅμοιον τρόπον.* Nam *γάρ* et *καί*

quoties confusa sint, neminem fugit. Certe turbatum fuisse jam olim in hoc loco, monstrat lectio cod. Gorl. *ἀπὸ ναυσίων, οἵ γε ἅμα τεθνᾶσι*, e quibus aliquis me acutior probabiliorem forsan lectionem eliciet. In *γὲ* forsan nota quaedam numeri latet; sic antea *οἱ δ' ὑπὸ λῃστῶν ἀποθανόντες ἑκκαίδεκα*. Sed satis est hariolationum in loco deplorato.*)

C. 8. p. 283. *εἶτά σοι αὐτόμολος ἥξω, καλοῦντος μηδενός.* Pro *αὐτόμολος* cod. Par. 3011. praebet *αὐτόματος*, quod Belinus praefert; *αὐτόμολος* enim significare tantum *transfugam*. Sed *αὐτόματος* glossa est rarioris *αὐτόμολος*, quae vox plerumque quidem *transfugam* sonat, hic vero prima significatione, *eum qui sponte venit.* Sic Lucian. de merc. cond. c. 5. T. 1. p. 303. *ἡ πρὸς τὸν βίον τοῦτον αὐτομολία* de iis, qui sponte vitae genus aliquod eligunt. Quod praeterea Belinus addit, verba *μηδενὸς καλοῦντος* videri sibi glossam *τοῦ αὐτόματος*, id nollem Viro Doct. excidisset. Nam epexegetice addita sunt, ut saepissime. Sic mox c. 9. *ἄκουσον, ἅ σοι ἰδίᾳ μηδενὸς ἀκούοντος εἰπεῖν βούλομαι.* [Liv. 6, 16. postulante nullo, largitor voluntarius senatus.]

Ibid. *μίαν με ἔασον μεῖναι τήνδε ἡμέραν, ἄχρις ἄν τι ἐπισκήψω τῇ γυναικὶ περὶ τῶν χρημάτων.* Verba sunt tyranni, misere in vitam redire cupientis. Sed cum jam sit in inferis, non potest dicere: „permitte me *manere.*" Nam si manet, manebit in inferis. Pro *MEINAI* rescribendum videtur *ANIENAI* totidem fere ductibus literarum. Sic paulo ante eadem pag. *ἀλλά με πρὸς ὀλίγον ἔασον ἀνελθεῖν* et mox c. 13. p. 287. *ἀναβιῶναί με ἔασον μόνον.*

c. 9. p. 284. *ἀποδράναι* accentu peccat; debet esse *ἀποδρᾶναι.* Sed in his et similibus sexcenties etiamnum in optimis editionibus peccatur. Sic scriptum exstat *ἀποδράναι* Plat. Protag. c. 21. p. 491. Heind. id. Phaed. c. 109. *διαδρά ναι* Lucian. ver. hist. 2, 26. T. 1. p. 468. Heliod. Aeth. 2, 19. p. 77. *ἐκδράναι* Dio Cass. 37, 47. — Mox in sequentibus pro *ἀτελὲς μένει τὸ τεῖχος* malim *μενεῖ* scribere, ut sit futu-

---

*) Fr. Graefe, Vir Amplissimus, in margine tum haec adscripsit: „Equidem pace Auctoris Clariss. hariolarer: *τοὺς δὲ πυγμάχους ἅμα βούλει παραγάγω; κλ. μάλιστα· καὶ τοὺς ἀπὸ ναυαγίων, οἵ τ' ἐν ἁλὶ τεθνᾶσι τὸν ὅμοιον τρόπον.*" —

rum. Sic in Timon. c. 4. T. 1. p. 37. pro ἀποφαίνουσι scribo ἀποφανοῦσι, et in Plat. Phaed. c. 15. p. 25. Heind. θαυμαστὸν ἴσως σοι φανεῖται pro φαίνεται, quae mutatio initium capitis respicienti p. 24 se probabit.

Ibid. μέχρις ἂν — μνῆμα ἑαυτῷ παμμέγεθες ἀναστήσας ἐπιγράψω etc. Lege ἐμαυτῷ, Solanus inquit; adstipulantur Reitz et Schmiederus, sed abstinendum est ab omni mutatione. Sexcenties enim, ut Heind. ait ad Plat. Phaed. c. 91. p. 155. Atticis pronomen hoc de altera persona usurpatum est, rarius de prima; cujus exemplum affert Soph. Oed. T. 138.; secundae personae exempla ex eodem Sophocle affert Brunck. ad Gnom. p. 344. De poëtis itaque nullum dubium; verum quod Buttm. monet §. 114., longe plurima loca in soluta oratione crisin adhuc admittere, id eo ni fallor spectat, quod facili negotio emendari possunt, et hic illic in codd. etiam prima vel secunda persona reperitur. Quapropter ex iis nullum certum praesidium peti posse videtur. Sed quis in Heliod. 2, 17. p. 73. pro καθ' ἑαυτούς ausit reponere καθ' ἡμᾶς αὐτούς vel ibid. p. 74. pro ἐφ' ἑαυτῶν — ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν. Sic quoque id. 2, 19. p. 76. ἑαυτούς de prima persona usurpavit; et 7, 28. p. 307. ἑαυτοῦ et l. 10. c. 29. p. 430. ἑαυτῆς de eadem persona. Praeivit jam Demosth. de cor. c. 52. p. 364. Harl. καὶ εἰ μὴ προεξανέστημεν μικρὸν, οὐδ' ἂν ἀναλαβεῖν αὑτοὺς ἂν ἠδυνήθημεν; cf. quoque Julian. in Constant. p. 6. Schaef. Sic in Lucian. Asin. c. 13. T. 2. p. 70. ἑαυτὸν ἑώρων ὄνον, ibid. c. 26. p. 77. ἐγὼ δὲ ἀνέστενον αὑτόν. Aliis in locis codd. hanc primam personam praebent; sic in eodem lib. c. 13. T. 2. p. 69. pro ἐμαυτοῦ in optimo cod. Gorl. est ἑαυτοῦ et c. 33. p. 82. pro ἐμαυτόν in eodem libro ἑαυτόν et pseudol. c. 2. T. 2. p. 377. pro ἐμαυτόν rursus ἑαυτόν. cf. quoque Cor. ad Heliod. T. 2. p. 45.

C. 11. p. 285. ἡ θυγάτηρ δέ σοι ταῖς παλλακίσι τοῦ νυνὶ τυραννοῦντος ἐγκαταλεχθήσεται. Bene σοὶ pro σοῦ e tribus codd. Schmiederus recepit. Sic paulo ante τὴν μὲν γυναῖκά σοι Μίδας ὁ δοῦλος ἕξει, et c. 20. p. 292. τῶν νεογνῶν μοι παιδίων, ut ibi Schmiederus e duobus codd. recepit. Pro ἐγκαταλεχθήσεται Schol. habet ἐγκαταλογήσεται, unde recipiendum fuit ἐγκαταλεγήσεται, quod nunc quoque cod. Par. 2954. exhibuit. Nam λεχθήσομαι pertinet ad λέγω, *dico*, λεγήσομαι vero ad λέγω, *colligo*.

Ibid. *τῶν φίλων δὲ οὐδεὶς ἀγανακτεῖ τοῖς δρωμένοις.* Dativum vel nudum vel adjuncto *ἐπί* post *ἀγανακτεῖν*, *στέργειν* et similia illustravit Matth. Gr. Gr. §. 399. — Exempla e solo Luciano valde augeri possunt: ut *στέργειν τινί* bis accus. c. 4. T. 2. p. 204. *ἀγαπᾶν τινι* apol. pro imag. c. 15. T. 2. p. 21. *ἄχθεσθαί τινι* et *ἐπί τινι* dial. marin. 14, 2. T. 1. p. 135. Accusativum nonnullis horum verborum additum firmat idem V. D. l. c. not. 1. Genitivum vero inveniat forsan aliquis in ipso hoc dialogo Luciani c. 26. p. 296. *οἱ δὲ υἱέων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων ἀγανακτήσαντες.* Sed *υἱέων ἀπαγ.* ibi sunt genitivi absoluti, et supple *τούτῳ*, vel *τούτοις ἀγανακτήσαντες.*

Ibid. *μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐπηύχοντό μοι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ, προαποθανεῖν ἕκαστος αὐτῶν ἕτοιμος, εἰ οἷόν τε εἶναι.* Pone comma post *οἷόν τε*, nam *εἶναι* pendet ab omisso *λέγοντες*, vel *ὑπισχνούμενοι*, quod intelligendum est in *ἐπηύχοντο.* Ordo est *ἐπηυχ. μ. π. κ. ἀγ. λέγοντες ἑκ. ἕτ. εἶναι προαποθανεῖν, εἰ οἷόν τε.* Vix hoc monuissem, nisi vidissem Reitzium, interpunctione deceptum, contendisse, *εἰ* h. l. cum infinitivo jungi. Quam constructionem ut assereret, affert exemplum ex vulgatis Aesopi exemplaribus, ubi in fabula, quae inscribitur *ἁλιεὺς καὶ σμαρίς*, haec verba leguntur: *ἀλλ' ἔγωγε ἄνους ἂν εἴην, εἰ τὸ ἐν χερσὶ παρεὶς κέρδος, κἂν σμικρὸν ᾖ, τὸ προςδοκώμενον, κἂν μέγα ὑπάρχῃ, ἐλπίζειν.* Sic in omnibus quidem, quas contuli, editionibus collectionis Planudeae legitur (Bas. 1524. et 1541. Antv. 1574. Genev. 1605. et Lundae 1787.) Sed soloecam orationem esse et mancam quisque facile videt. Occurrit eadem fabula, longe elegantius narrata, in collectione, quam Schneiderus V. D. e cod. Aug. edidit (Vratisl. 1812.), ubi brevius locus hic sic effertur: *ἀλλ' ἔγωγε εὐηθέστατος ἂν εἴην, εἰ τὸ παρὸν κέρδος ἀφεὶς ἄδηλον ἐλπίδα διώκοιμι.* Ex hoc Aesopi loco itaque nullum patrocinium peti potest *τῷ εἰ* cum infinitivo constructo. Diversa prorsus ratio est in oratione obliqua, ubi non solum apodosis, ut in lingua Latina, sed etiam protasis, quae per relativum vel conjunctionem incipit, oblique effertur. Idem tamen rarissimum est in conjunctione *εἰ*, quapropter duo hic loca adscribam; alterum nostri Luciani de merc. cond. c. 33. T. 1. p. 319. *καὶ εἴγε μὴ πολλὰ δεηθῆναι αὐτοῦ, καὶ τὸν κεκρύφαλον ἔχοντα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἂν συγκαθέζεσθαι*, alterum Heliod. 5, 21. p. 203. *καὶ γὰρ εἰ μηδέπω τῆς ὥρας εἶναι τὰ πλώϊμα, ἀλλ' ὑπάρχειν*

κ. τ. λ. Ejusdem constructionis post relativum memorabile exemplum dabimus ex Hippocr. de vet. medic. c. 21. T. 1. p. 25. οὔ φημι δὴ διὰ τοῦτο δεῖν τὴν τέχνην, ὡς οὐκ ἐοῦσαν οὐδὲ καλῶς ζητεομένην τὴν ἀρχαίην ἀποβαλέσθαι, εἰ μὴ ἔχει περὶ πάντα ἀκριβίην· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ ἀτρεκεστάτου ὁμοῦ δύνασθαι ἥκειν λογισμῷ ἐκ πολλῆς ἀγνωσίας, θαυμάζειν τὰ ἐξευρημένα. Pro ὁμοῦ lege ὅπου, vel potius ὅποι; et δύνασθαι est pro δύναιτο vel ἠδύνατο. — Moneo tandem in fine capitis etiam interpunctionem falsam esse, πολλά με ἀνακρίνεις· ἐμβῆναι δέον. Pone comma post ἀνακρίνεις, nam sequitur δέον, non δεῖ.

C. 13. p. 287. Ἑρμ. ἕπου νῦν δραπέτα· δέχου τοῦτον σὺ πορθμεῦ, καὶ τὸν δεῖνα· καὶ ὅπως ἀσφαλῶς —. Χαρ. ἀμέλει, πρὸς τὸν ἱστὸν δεδήσεται. Haec verba, prius uni Mercurio adscripta, sic recte e Solani conjectura et tribus codd. distinxit Schmiederus. Charon orationem Mercurii interrumpit. Sed quid sibi volunt verba καὶ τὸν δεῖνα? Audiamus Herm. ad Vig. p. 704. „Primum ὁ δεῖνα vocatur, cujus nomen non novimus (jam laudat H. nostrum locum). Intelligitur sane certa persona, Cyniscus, sed Mercurius hujus nomen aeque ignorat, atque Megapenthis, id quod patet e cap. 3. et 4.“ Hanc explicationem non admittendam censeo; nam quamvis prius utriusque nomen ignoravit Mercurius, tamen postea jam ea audierat, Cynisci quidem c. 7. et Megapenthis c. 8. Praeterea de Cynisco non invito intrante haud δέχου dicere potuit Mercurius. Verba sine dubio corrupta sunt; multa licet hariolari, fortasse: δέχου τοῦτον σὺ πορθμεῦ, κᾆτα δεῖ αὐτίκα, ὅπως ἀσφαλῶς. — Quae mox sequuntur verba εἶτ' οὐ δικαίως etc. cum Solano Cynisco sunt tribuenda. Praeterea pro πικρὰν δ' οὖν τὴν τυραννίδα ἕξεις legendum videtur πικρὰν γοῦν τ. τ. ἕξεις.

C. 15. p. 289. μηδὲ ῥιγοῦν τοῦ χειμῶνος. Atticum fuisset ῥιγῶν, cf. Buttm. Gr. Gr. p. 259. Exemplis ab eo laudatis adde ῥιγῶντα Eudoc. Villois. anecd. T. 1. p. 202. ῥιγῴη Hippocr. de salubr. diaet. c. 1. T. 1. p. 627. Idem apud scriptores Ionicos in verbo ἱδρόω locum habere observat V. D. eodem loco. Sic ἐφιδρῶσι Hippocr. praedict. I. 20. T. 1. p. 484. ἱδρῶντες Hippocr. popular. III. 3. p. 725. ἀφιδρώοντες id. popular. VII. 31. p. 855. ubi scribe ἀφιδρῶντες. id. Coac. praenot. c. 1. T. 1. p. 534. ἐφιδρώοντες lege ἐφιδρῶντες. — In sequentibus pro μηθ'

ὑπό bene e Ms. Oxon. Solanus reducere voluit μηδ' ὑπό, cui editores non obtemperarunt. Quae contra monuit Reitzius, merae nugae sunt.

C. 16. p. 289. 290. ἔτι δὲ καὶ ἡ κνίσσα ἡ τῶν σκευαζομένων ἐς τὸ δεῖπνον ἀπέκναιέ με. Alter schol. explicat ἐφόνευέ με. Lat. interpr. *enecabat me.* Videntur legisse ἀπέκαινέ με. Voces hae saepius confusae sunt, sed vulgata praestat. Nigrin. c. 8. T. 1. p. 18. ὡς οὐ μετρίως με ἀποκναίεις περιάγων dial. mort. 23, 1. T. 1. p. 179. ὁ οὖν ἔρως τῆς γυναικὸς οὐ μετρίως ἀποκναίει με. — In praecedentibus post ἐμακάριζον comma ponendum erat, nam qui sequuntur accusativi non ab hoc verbo pendent, sed a praegresso ὁρῶν, quod et Latinus interpres secutus est. — In seqq. verba ἑαυτὸν ἐξυπτιάζων recte schol. explicare videtur per γαυριῶν, ὑπερηφανῶς περιπατῶν. Aliis tamen locis idem valet, quod *delicatulus*, *remissus*, *qui solutam vitam amat.* Sic Herodian. 3, 20. ὡς δὲ ἀπηγγέλη τῷ Ἀλβίνῳ μὴ μέλλων ὁ Σεβῆρος, ἀλλ' ἤδη παρεσόμενος ὑπτιάζοντι καὶ τρυφῶντι. Juvenal. 1, 66. et multum referens de Maecenate *supino.*

C. 18. p. 291. Πλῆρες ἤδη τὸ σκάφος· αὐτοῦ περίμενε· ἐς αὔριον ἕωθέν σε διαπορθμεύσομεν. Malim distinguere: αὐτοῦ περίμενε ἐς αὔριον. ἕωθεν κ. τ. λ. Nam in vulgata interpunctione praepositio ἐς nullum locum habere videtur. — In fine hujus capitis Micyllus, qui nando flumen trajicere studet, in scapham non receptus, καὶ μήν, ait, ἴσως ὑμῶν καὶ προκαταχθήσομαι; ad quem locum Solanus haec: „Diu me vox haec torsit. Video tandem, quid significet. κατάγομαι est *diversari*, *hospitio excipi*: uterque interpres aliter et intellexit et vertit." Imo κατάγεσθαι est de navibus, quae ad terram appellunt: προκαταχθήσομαι ὑμῶν, *ante vos adveniam in altera ripa.*

C. 19. p. 291. μέμψῃ δὲ οὐδέν, ἢν εὐῆρες καὶ καρτερόν μοι ἐρετμὸν δῷς μόνον. Homericum epitheton εὐῆρες ἐρετμόν Od. 11, 124. 128. Originem vocis quaerunt in ἐρέσσειν, ut sit proprie, quod ad remigandum aptum est. Sed videtur ab ἄρειν, ἀραρίσκειν, deduci posse, quod aptum et habile est tractanti, ut ἀρηρώς et similia. Inde Hippocr. de medic. c. 3. T. 1. p. 46. (de instrumentis chirurgicis) τὰ δ' ὄργανα πάντα εὐήρη πρὸς τὴν χρείαν ὑπάρχειν δεῖ τῷ (F. καὶ) μεγέθει καὶ βάρει καὶ λεπτότητι.

C. 20. in fine p. 292. Micyllus sutor postquam hortante

Mercurio suam quoque vicem comicis lamentationibus deplorasset, his verbis tandem cessat: *ἱκανῶς τεθρήνηται σχεδὸν δὲ ἤδη καὶ καταπεπλεύκαμεν.* Verum aut omnia me fallunt, aut haec verba Mercurio tribuenda sunt, qui, ut incipere, ita desinere eum jubet.

C. 21. p. 293. *παίζεις, ὦ Χάρων, ἢ καθ' ὕδατός, φασιν, ἤδη γράφεις, παρὰ Μικύλλου ἤδη τινὰ ὀβολὸν προςδοκῶν.* In hoc loco *ἤδη* non solum repetitum offendit, verum neutrubi aptum est. Dudum jam suspicionem foveram, hoc *ἤδη* alicubi excidisse, et margini codicis allitum varias sedes occupasse; at quamnam divinare non poteram. Nunc video optimum codicem Gorl. in Charontis responsione (*ὢ καλῆς ναυτιλίας καὶ ἐπικερδοῦς τήμερον· ἀποβαίνετε δ' ὅμως· ἐγὼ δὲ ἵππους καὶ βοῦς καὶ κύνας καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα μέτειμι· διαπλεῦσαι γὰρ κἀκεῖνα δεῖ*) tertium *ἤδη* post *διαπλεῦσαι γάρ* inserere. Delendum itaque videtur in duobus prioribus locis, quos male occupavit; et post *γάρ* e cod. Gorl. restituendum; ibi enim vim loci egregie auget.

C. 23. p. 294. *ὦ Ῥαδάμανθυ, πρὸς τοῦ πατρὸς, ἐμὲ πρῶτον ἐπίσκεψαι παραγαγών.* Rhadamanthus, qui judex sedet, non *παράγει* eos, de quibus judicium ferendum est. Hoc potius foret Mercurii. Forsan scribas: *παραλαβών.*

C. 24. p. 295. *ποῦ γὰρ ἐγὼ στιγματίας ἐγενόμην;* Scribe *ποῦ γὰρ ἂν ἐγὼ κ. τ. λ.* Nam *ποῦ ἐγενόμην* est, *ubi factus sum*, *ποῦ ἂν ἐγενόμην*, *ubi factus essem.* Illud est concedentis, hoc vero negantis. Negare vero Cyniscum, sibi notas inustas fuisse, monstrat ipsa particula *γάρ*, quam notissimum est in respondendo sic elliptice poni, ut is, qui respondet, aliquid taceat, cujus tamen causam addit. Sic h. l. cum Rhadamanthus Cyniscum exui jussisset, et nudum adstare, quo notas ei inustas inspiceret, Cyniscus respondet: nescio, quas tu notas inspicere vis; *nam* ubi eae mihi inustae essent? — Explicat jam Rhadamanthus, quas intelligit notas *ὁπόσα ἄν τις ὑμῶν πονηρὰ ἐργάσηται παρὰ τὸν βίον, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἀφανῆ στίγματα ἐπὶ τῆς ψυχῆς περιφέρει*, ubi quaenam vocat *ἀφανῆ στίγματα?* Quodcunque facinus aliquis patrat, in animo relinquit *στίγμα* sive notam inustam; sed id *στίγμα* non est *ἀφανές*, *visum effugiens: φαίνεται* semper, sed in leviori peccato *ἀμαυρόν ἐστι καὶ ἀσαφές* (quae voces mox de eodem occurrunt), in atrociori vero nota prorsus caerulea et livida apparet (cf. c. 28.). Talem

ψυχὴν Plato in Gorg. c. 61., e quo fonte Lucianum hoc figmentum hausisse interpretes jam annotarunt, διαμεμαστιγωμένην καὶ οὐλῶν μεστὴν vocat. Quid, quod ipse noster Cyniscus, antequam philosophiam amplecteretur, πονηρός et propterea multa nactus στίγματα, mox philosophiae ope ea omnia paulatim ex animo eluit, sed tamen ita, ut Rhadamanthus adspiceret ἴχνη καὶ σημεῖα τῶν ἐγκαυμάτων ἐξαληλιμμένα ἢ μᾶλλον ἐκκεκομμένα. Haec sane ἐγκαύματα sive στίγματα neutiquam ἀφανῆ initio fuisse credenda sunt. Vox sine dubio corrupta videtur; quod neminem interpretum animadvertisse miror, ni forsan excipias Wielandium, qui, uno vocabulo addito, vertit: *eine fast unmerkliche Brandnarbe*, quod tamen et ipsum nondum satisfacit. Varia conjeci, ut αἰθαλῆ στίγματα, sed nihil mihi placet; locum aliis felicioribus emendandum relinquo*). — In verbis proxime sequentibus ὥςτε ἀναζήτει ταῦτα, ἅπερ σὺ φῂς τὰ στίγματα, posses interpungere ταῦτα, ἅπερ σὺ φῂς, τὰ στίγματα, ut ταῦτα τὰ στίγματα conjungantur, non ἅπερ τὰ στίγματα. Sed bene se habet relativum, addito articulo, quamvis rariuscule ejusmodi nexus verborum reperiatur. Soph. Antig. v. 403.

ταύτην γ' ἰδὼν θάπτουσαν, ὃν σὺ τὸν νεκρὸν
ἀπεῖπας

ubi, quod Bothius edidit, οὗ σὺ τὸν νεκρόν, et ego olim conjeceram, sed nunc nihil muto**). „Amant Graeci cum pronomine relativo jungere nomen, quod in altero membro poni debebat. Vid. Herm. ad Vig. p. 712, 35. Heind. ad Plat. Gorg. p. 121. Matth. Gr. Gr. §. 474.“ Verba sunt Erfurdtii in ed. sec. hujus dramatis. Sed haec non prorsus huc pertinent. Nam quin pro οὗτός ἐστιν ὁ ἀνὴρ, ὃν εἶδον saepissime dicatur, οὗτός ἐστιν, ὃν εἶδον ἄνδρα, nemo dubitabit; verum quaeritur, utrum quoque dici possit, ὃν εἶδον τὸν ἄνδρα. Herm. ad Vig. l. l. nullum ejusmodi exemplum laudat, nec Fisch. ad Well. T. 3. 1. p. 340., quem Herm. citat. Matthiae l. l. nostrum Sophoclis locum affert et e Platone duos, Polit. p. 29. Rep. 1. p. 61., qui non sunt ad manus. Sed ne quis dubitet, multa ex solo

---

*) „An διαφανῆ vel οὐκ ἀφανῆ, ut negatio saepe excidit.“
Fr. Gräfe.

**) Mire quoque dictum foret, sepelio *eum, cujus cadaver* sepelire interdictum est.

Platone congessit Heind. l. c. atque attulit jam Schol. Sophoclis locum Cratini:

ὅνπερ Φιλοκλέης τὸν λόγον διέφθορεν.

et praeter locum Luciani nunc allatum vide quoque Lucian. de merc. cond. c. 25. T. 1. p. 314. ὧν μὲν γὰρ ἕνεκα τῶν μαθημάτων ἐπιθυμεῖν φήσας παρείληφέ σε. Hermot. c. 20. T. 1. p. 352. πῶς οὖν οἷόν τέ σοι ἦν, ἀφ' ὧν ἔφησθα ἐκείνων τῶν γνωρισμάτων διορᾶν τὸν ὀρθῶς φιλοσοφοῦντα ἢ μή;

Ibid. οὐκ οἶδα δὲ ὅπως ἐξαλήλειπται. Piscat. c. 36. T. 1. p. 266. καὶ τὰ βιβλία ἐξαλήλειπται. Sed utroque loco rescribendum est ἐξαλήλιπται, quae sola proba est hujus perfecti forma, ut Lucian. Alex. c. 30. T. 1. p. 533. ἀληλιμμένον, apol. pro imagg. c. 26. T. 2. p. 27. ἐξαληλίφθω, ubi in uno codice idem vitium ἐξαληλείφθω reperitur. Reduplicatione attica abjecta Theodorus Prod. ultimae Graecitatis auctor, p. 242. habet ἐξηλειμμένους. [Plura dabit Lobeck ad Phryn. p. 32. 33., unde patet, recentiores a forma ἤλειμμαι non abstinuisse. cf. Galen. de potest. simpl. l. 2. p. 26, 8. ed Bas. (alium locum e libro primo laudat Lobeck, quem ex alia editione citatum nunc conferre non vacat) praeterea Vers. LXX. Numer. 3, 3. Lactant. 4, 7, 7. ubi ipse codex Regiomontanus vitiosam scripturam ἠλιμμένος, pluribus exemplis a Lobeckio adstructam, praebet. Alio modo corruptum est, quod habet Schol. Luc. Jov. trag. c. 36. T. 2. p. 134. συναλιμμένον, ubi bene Cod. G. συναληλιμμένον.

Ibid. ἀγαθῷ γε, οὗτος, καὶ ἀνυσιμωτάτῳ χρησάμενος τῷ φαρμάκῳ. Exclamationem οὗτος hic nullum locum habere facile largietur, quisquis usum ejus perspexit; lego ex duobus codd. οὕτως sc. ὅτι φιλοσοφεῖν ἦρξω.

C. 25. p. 296. Μεγαπένθης ὁ Λακύδου ἡκέτω. Articulum addidit Schmiederus e duobus codd. Male, nam in foro et negotiis civilibus articulus ante genitivum nominis patris omitti solet. cf. Herm. ad Vig. p. 701. Matth. Gr. Gr. §. 273.

C. 26. p. 296. ἐπεὶ δὲ τοὺς θρασυτάτους κ. τ. λ. Legendum ἐπειδὴ etc. quod nulla probatione eget. [Minime necessarium est.] — Mox in verbis ῥάδιον γοῦν ἄν τις τὸν ἥλιον ἢ τοῦτον ἀσκαρδαμυκτὶ προςέβλεψεν sine dubio rescribendum est ῥᾷον. Idem vitium in eadem voce commissum Platoni abstersit Heind. ad Phaed. c. 41.

C. 27. p. 297. πλὴν ἀλλὰ ἐθεασάμην γε πολλὰ καὶ ἄῤῥητα καὶ πᾶσαν ὕβριν ὑπερπεπαικότα. Pro postrema voce in nonnullis codd. ὑπερβεβηκότα legitur, quod ex rarioris vocis interpretatione natum esse, jam Reitzius vidit; qui addit, Stephanum in Thesauro hoc verbum ὑπερπαίειν duabus aliis auctoritatibus probare. Stephanum evolvere non licet; verum cf. Lucian. abdicat. c. 15. T. 1. p. 496. μάλιστα εἰ τηλικαύτη τις ἡ εὐεργεσία τυγχάνοι, ὡς πάντα ὑπερπαίειν τὰ μετὰ ταῦτα, ubi ὑπερβαίνειν in uno cod. Imag. c. 9. T. 2. p. 8. μέγα τι θαῦμα καὶ θέαμα, πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην εὐμορφίαν ὑπερπεπαικός. Heliod. 7, 9. p. 269. τότε δὲ πλέον ὑπὸ θέας ἀμάχου τῆς Θεαγένους καὶ τὰς πώποτε εἰς πεῖραν ἐλθούσας ὄψεις ὑπερπαιούσης ἀνακαόμενον. Ceterum obiter moneo, in eodem cap. imaginum paulo ante male legi ὑπεφαίνοντο (οἱ ὀδόντες) γοῦν αὐτὸ δὴ τῷ τοῦ Ὁμήρου ἐλέφαντι τῷ πριστῷ ὅμοιοι, lege ὑπεφαίνοντο γοῦν, αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ Ὁμήρου, ἐλέφαντι τῷ (haec vox forsan ejicienda) πριστῷ ὅμοιοι. cf. Matth. Gr. Gr. §. 432. 5. Lucian. Nigrin. c. 6. T. 1. p. 18.

C. 28. p. 297. τίνα ἂν κολασθείη τρόπον. Sic pro τίνα οὖν κολ. bene Schmiederus e duobus codd. Nam hoc sine ἂν soloecum est; verum praestat forsan τίνα οὖν ἄν. Contrarium vitium insidet Nigrin. c. 10. T. 1. p. 19. ubi in verbis οὐδὲν ἂν οὖν αὐτῶν ἔτι σοι δεῖ πρὸς ἐμέ sine dubio vocula ἂν delenda est. At in Hippocr. de glandul. c. 14. T. 1. p. 416. pro ὥστε ὅτι οὖν ἀποκερδάνωσιν ἀπὸ τῶν ὀχετῶν, τοῦτο ἕλκουσι πρὸς σφέας, leg. ὅ τι ἂν ἀποκ. — Mox pro εἰ θέλοις ex uno cod. et editione pr. scribendum est εἰ θέλεις. Nam ubi haec verba urbanitatis causa ita interponuntur, Graeci semper indicativo usi sunt, εἰ θέλεις, εἰ βούλει, non optativo, εἰ θέλοις sive βούλοιο. — In fine tandem hujus dialogi pro κατὰ τὸν βίον scribam cum cod. Par. παρὰ τὸν βίον ut cap. 23. et 24. —

DE MERCEDE CONDUCTIS.

De cap. 10. T. 1. p. 306. cf. ad Heliod. Aeth. 5, 2.

C. 26. T. 1. p. 315. Σὺ δ' ἄθλιος, τὰ μὲν παραδραμὼν — — ἱδρωκάς τε καὶ πνευστιᾷς. Lege Σὺ δ' ὁ ἄθλιος. Articulo hic carere non possumus; cf. dial. mort. 8. T. 1. p. 149. κληρονόμον ἀκούσιος καταλέλοιπα, κατασοφισθεὶς ὁ ἄθλιος.

APOLOGIA PRO MERCEDE CONDUCTIS.

C. I. T. 1. p. 324. *Εἰ τοίνυν μὴ ἐγὼ κακὸς μαντικὴν δοκῶ μοι ἀκούειν σου λέγοντος· εἶτα τίς οὗτος; αὐτὸς ὁ ταῦτα γεγραφὼς καὶ κατηγορίαν οὕτω δεινὴν κατὰ τοῦ τοιούτου βίου διεξελθὼν, ἔπειτα πάντων ἐκλαθόμενος, ὀστράκου φασὶ μεταπεσόντος, ἑαυτὸν φέρων ἐς δουλείαν οὕτω περιφανῆ καὶ περίβλεπτον ἐνσέσεικε;* Sic hunc locum constituendum credidi; edebatur antea *εἶτά τις αὐτὸς ταῦτα γεγραφὼς* etc. Haec e cod. Paris. 2954 emendata dedimus; tum *φασί* pro *φησί* scripsimus, ipsa sententia jubente; tum post *μεταπεσόντος* participium *ἑκών* exsulare jussimus, quod aperte glossatori debetur, qui illud explicandi *φέρων* causa adscripsit. De hoc *φέρων* nihil est quod addamus post diligentiam Hemsterhusii ad Lucian. dialog. mort. 6, 3. T. 1. p. 349. Amstelod. Dorv. ad Charit. p. 517. Lips. Herm. ad Vig. 777. 778., quibus addi potest, si Diis placet, Reitz. ad Lucian. de merc. cond. c. 24. T. 1. p. 680. qui, mirum dictu, Hemsterhusii prolixam et doctam disputationem in eodem volumine haud ita magno spatio praegressam ignorasse videtur. Verum in tot locis, quos hi viri afferunt, nunquam *ἑκὼν φέρων* dictum est, quod ferrem, si esset *ἑκὼν καὶ φέρων*. Sed ut hoc *καί* in nostrum locum inferri sinam, vetat, ni fallor, ordo verborum; dicendum enim esset *ἑκὼν καὶ φέρων ἑαυτὸν κ. τ. λ.* Nihil vituperari posset, si pro participio *ἑκών* adverbium positum esset, ut in Heliod. Aeth. 9, 2. p. 350. *ὀργὴν τὸ πρᾶγμα ποιησάμενος, εἰ τὴν ἀρχὴν ὅλως ἀνιστῆναι διενοήθησαν, ἀλλὰ μὴ παρὰ τὴν πρώτην ἑκοντὶ φέροντες αὐτοὺς ἐνεχείρισαν κ. τ. λ.*, quamquam etiam ibi cum Dorvillio l. c. ex cod. Taur. *ἑκοντὶ καὶ φέροντες* praeferendum videatur. In fine *ἐνσέσεικε* pro *ἐνῆκε* Schmiederus jam e quinque codd. recepit, atque in textum recepturus jam videbatur Hemsterhusius, si eo usque telam pertexere licuisset. Nam ita ille l. c. *φέροντα, ἐμβάλλειν, ἐνσεῖσαι ἑαυτὸν, ἐκτραχηλίσῃ φέρων, φέρων ἑαυτὸν ἀφῆκεν, ὤθησεν ἑαυτὸν φέρων*, cujusmodi ex scriptore nostro multa subministrabit index. Sed ubi praeter hunc apologiae locum *ἐνσεῖσαι φέροντα* Lucianus dixerit, nescio.*)

*) Liceat hic monere, prius nos semper usos esse editione Bipontina; hic Regiomonti e bibliotheca publica nactos quidem esse Amstelodamam editionem, sed indicibus illam carentem.

C. 3. T. 1. p. 325. *Πάλαι μὲν, ὦ φιλότης, ὡς εἰκὸς, εὐδοκίμηταί σοι τουτὶ τὸ σύγγραμμα, καὶ ἐν πολλῷ πλήθει δειχθὲν, ὡς οἱ τότε ἀκροασάμενοι διηγοῦντο, καὶ ἰδίᾳ παρὰ τοῖς πεπαιδευμένοις, ὁπόσοι ὁμιλεῖν αὐτῷ καὶ διὰ χειρὸς ἔχειν ἠξίωσαν· ἥ τε γὰρ τῶν λόγων παρασκευὴ οὐ μεμπτὴ, καὶ ἡ ἱστορία πολλὴ καὶ ἡ ἐμπειρία τῶν πραγμάτων καὶ ὅτι ἕκαστα σαφῶς ἐλέγετο· καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι χρήσιμα πᾶσιν ἦν, καὶ μάλιστα τοῖς πεπαιδευμένοις, ὡς μὴ ὑπ' ἀγνοίας σφᾶς αὐτοὺς εἰς δουλείαν ὑπάγοιεν. ἐπεὶ δέ σοι μετέδοξε βελτίω ταῦτ' εἶναι, καὶ τὴν μὲν ἐλευθερίαν μακρὰ χαίρειν ἐᾷν, ζηλῶσαι δὲ τὸ ἀγεννέστατον ἐκεῖνο ἰαμβεῖον,*

ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δουλευτέον,

ὅρα ὅπως μηδεὶς ἔτι ἀκούσεταί σου ἀναγινώσκοντος αὐτό. Scripto libro *de mercede conductis* Lucianus ipse munus publicum in Aegypto acceperat, unde in nonnullorum reprehensionem incurrit, quibus in hac apologia se defendit. Jam in his verbis, quae modo descripsimus, primum ipsius liber ab amico quodam laudatur tum ex aliis causis, tum quod utilis fuerit, ne quis inscitia duram servitutem subiret. Jam pergit Luciani amicus *ἐπεὶ δέ σοι μετέδοξε βελτίω ταῦτ' εἶναι, verum cum mutata sententia haec meliora judicasti*, ubi quo refertur *ταῦτα?* non ad *δουλείαν*, sive *δουλεύειν*; multo minus ad ea, quae praeterea praecesserant. Legendum videtur *τἀναντί' εἶναι. ea, quae iis, quae scripto docuisti, prorsus contraria sunt.*

C. 4. p. 326. pro *ἄλλου τοῦ γενναίου ἀνδρός* lege *ἄλλου του γενν. ἀνδρ.*

C. 7. p. 328. *παρηνόμει*, ut Amor. c. 20. T. 1. p. 620. *παρηνόμησε*, quasi verbum e *παρά* et *ἀνομέω* compositum esset. Sed cum idem Lucian. de saltat. c. 3. T. 1. p. 546. *παρανενομῆσθαι* dicat, ut et ceteri omnes probi scriptores *παρενόμουν*, vitiosum illud augmentum librariis imputare malo, ex suae aetatis mala consuetudine sic scribentibus. Sic *παρηνόμουν* Ignat. epist. p. 232. *παρηνόμημαι* Theod. Prod. p. 153.

C. 11. p. 330. *καὶ τοσοῦτον ἐοικότας ἀλλήλοις τοὺς βίους, ὅσον μολιβδὸς ἀργύρῳ, χαλκὸς χρυσῷ, καὶ ἀνεμώνη ῥόδον καὶ ἀνθρώπῳ πίθηκος.* Lege, quod conjectura inventum, a multis codicibus jam firmatum video: *καὶ ἀνεμώνη ῥόδῳ.* Similiter in eodem capite *οὐκ ἂν εἰκότως ἐκ μόνου τοῦ μισθοῦ διαβάλοιντο καὶ ἐς ὁμοιότητα καὶ κοινωνίαν τῆς κατηγορίας καθέλκοιντο,* legendum esse *διαβάλλοιντο* diu videram; firmatum vidi postea

ab uno codice. Nonne vero pudet editorum Amstelodami et recentissimi Hallensis, tot lectiones e codicibus oblatas, quae vel absque codicum ope reponendae essent, spernentium?

C. 14. p. 332. *εἰ μὲν οὖν τοῦτον ἐτεθείκειν τὸν νόμον, μηδένα μηδὲν πράττειν*, aut fallor aut scripsit Lucianus *μηδένα μηδὲν μισθοῦ πράττειν.*

C. 15. p. 332. *ἀλλὰ τῷ ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου* lege *ἀλλά τῳ ἐκ τ. π. δ.*

PRO LAPSU IN SALUTANDO.

C. 2. T. 1. p. 334. *ὡς ὁ τοῦ Εὐριπίδου Πολυνείκης ἤδη τελευτῶν τὸν βίον, καὶ*

χαίρετ', ἤδη γάρ με περιβάλλει σκότος.

male *καὶ* a versu avulsum est; nam in Eurip. Phoeniss. 1467. exstat

καὶ χαίρετ', ἤδη γάρ με περιβάλλει σκότος.

Ceterum male Fabricius in Bibl. Gr. ex h. l. inter deperdita Euripidis dramata *Polynicem* recenset, non correctus ab Harlesio.

HERMOTIMUS.

C. 1. T. 1. p. 341. *ἐνενόεις γοῦν τι μεταξὺ προϊὼν, καὶ τὰ χείλη διεσάλευες, ἠρέμα ὑποτονθορύζων καὶ τὴν χεῖρα ὧδε κἀκεῖσε μετέφερες, ὥςπερ τινὰ ῥῆσιν ἐπὶ σεαυτοῦ διατιθέμενος· ἐρώτημα δὲ, ἤ τι τῶν ἀγκύλων συντιθεὶς ἢ σκέμμα σοφιστικὸν ἀναφροντίζων, ὡς μηδὲ ὁδῷ βαδίζων σχολὴν ἄγοις κ. τ. λ.* Tolle molestam interpunctionem post *διατιθέμενος*; nam quae sequuntur participia *συντιθείς* et *ἀναφροντίζων* non minus cum *μετέφερες* cohaerent, quam ipsum *διατιθέμενος*. Interpunctione vero sublata oratio facili nexu destituta est; nam ante *ἐρώτημα* vocula *ἤ* requiritur et post *ἐρώτημα* molestum est illud *δέ*; quod utrum Gesnerus animadverterit, necne, nescio; vertit autem, quasi legisset *ἢ ἐρώτημα ἤ τι τῶν ἀγκύλων συντιθείς.* Sed nondum sic vulnus sanatum est. Nam tum *ἐρώτημα* sic simpliciter positum displicet, cum ceteris ejusdem commatis membris additum sit aliquid (*τινὰ ῥῆσιν, τὶ τῶν ἀγκύλων, σκέμμα σοφιστικόν*), tum vero quid sit *ἐρώτημα συντιθέναι*, nescire me fateor. Vertit Gesnerus, *altercationem componere;* sed ab altercatione multum differt *ἐρώτημα*. Praeterea *ἐρώτημα* et *σκέμμα* vix distingui poterunt; nam *σκέμματα* sunt semper *περὶ ἐρωτημάτων*, unde etiam

ipsum σκέμμα Gesnerus *quaestionem* vertit. Quapropter mihi quidem duo haec verba ἐρώτημα δέ ejicienda videntur, quae adscripserat margini aliquis, τὸ σκέμμα σοφιστικόν interpretaturus. Ejectis vero his vocibus, optime locus cohaeret, neque vereor, ne quis objiciat alium locum ex nostro dialogo c. 79. p. 387. καὶ οἶδεν ὡς χρὴ ἐρέσθαι καὶ σοφίσασθαι καὶ πανουργῆσαι καὶ εἰς ἄφυκτα ἐμβαλεῖν. Nam ut ἐρέσθαι ad ἐρώτημα, σοφίσασθαι ad σοφιστικὸν σκέμμα, ἐς ἄφ. ἐμβαλεῖν ad τὰ ἀγκύλα referri possit, ita tamen πανουργῆσαι haud cum ῥήσει convenit. Contineat potius omnia haec, ἐρέσθαι, σοφίσασθαι, πανουργῆσαι καὶ εἰς ἄφυκτα ἐμβαλεῖν descriptionem ejus, qui σκέμμα σοφιστικὸν ἀναφροντίζει et in adversarium torquet. Moneo praeterea, ejectis duabus istis vocibus, concinniorem periodum etiam in eo fieri, quod cuique participio (διατιθέμενος, συντιθεὶς, ἀναφροντίζων) unum tantum objectum addatur. In postremis verbis Belinus conjicit ὡς ἂν μηδὲ . . . ἄγοις, in quo V. D. ratio particulae ἄν latuit, ut multis aliis in locis. Nostrorum quidem grammaticorum ratio postularet ὡς — ἄγῃς. Verum nulla in re inconstantior veterum usus reperitur, quam in constructione harum particularum, quae finem, cujus causa aliquid factum sit, designant. In Luciano quae observaverimus, et quo haec spectent, alio loco dicemus. Quae mox sequitur adverbii forma ἐγρηγόρως prorsus soloeca est; sed rescribendum erat, ut dudum alii viderunt, ἐγρηγορώς. mutato tantum accentu.

C. 2. p. 342. δοκεῖς δέ μοι ἀλλ' οὐδὲ ὄναρ ποτὲ ἀνιέναι σαυτόν, οὕτως ὅλος εἶναι ἐν τῷ πράγματι. Bene quidem ὅλος a Reitzio in textum receptum est, cum antea legeretur ὅλως, pro quo Solanus ex uno cod. ὅλον voluit. Bene idem Reitzius monuit, accusativo ὅλον accito, legendum quoque esse ὄντα pro εἶναι. Verum si ita scriptum esset, οὕτως ὅλον ὄντα ἐν τ. πρ., nihil equidem desiderarem. Ut nunc vero locus scribitur, eum a vitiis immunem esse, nemo mihi persuadebit. Non solum displicet asyndeton, sed ipse etiam infinitivus quo se tueatur non habet. Nam hoc, Hermotimum totum esse in philosophia ediscenda, non opinatur, sed certo scit Lycinus. Itaque non potest dicere: *videris mihi sic totus in hac re esse.* Lege οὕτως ὅλως εἶ (sive εἶς) ἐν τῷ πράγματι. *) Errorem pepererat male

*) Sic c. 13. p. 348. παῖδας εὖ ἴσθι οἰήσῃ ἅπαντας ὡς πρὸς σέ·

intellectum vocis compendium in antiquo aliquo exemplari. Planiorem rem etiam exemplo faciemus. Non dubium est, quin recte dicatur: *Tu profecto ditissimus es: tantas impensas in culinam erogas.* Verum quisnam ita dicturus est? *credo te ditissimum esse, tantas te impensas in culinam erogare*, cum posterius hoc non *credat* sed *sciat*. Imo dicendum est, *credo te ditissimum esse: tantas impensas in culinam erogas**). In fine hujus capitis pro οὐδὲν γὰρ ἐκώλυέ με etc. legendum esse οὐδὲν γὰρ ἂν ἐκώλυέ με bene Belinus monuit; sic statim cap. 3. πάμπολυ γὰρ ἂν ἡμῖν ἤνυστο. Similiter in fine ejusdem cap. 3. pro ὅσον (ὅσον pro ὅσῳ ex uno cod. Paris. bene recepit Schmiederus; idem jam doctissimus Solanus vel invitis omnibus libris rescribi jusserat.) γοῦν ἐπ' ἐκείνῳ πάλαι ἀνεσπάσμην ἄνω lege πάλαι ἂν ἀνεσπάσμην ἄνω, ubi causa omissionis statim in oculos incurrit. In Luciano quidem nunquam hoc ἄν in his et similibus omissum esse, alio tempore docebimus.

C. 4. T. 1. p. 342. 343. πλὴν ἀλλὰ τίνα σοι ἐλπίδα ὑποφαίνει ὡς δήποτε ἀναβησομένῳ; „interea quam tibi spem ostendit, quando futurum sit, ut enitaris" ita bene vers. Lat. Verum hoc est ὡς δὴ πότε. — Particulas interrogandi etiam in oratione pendente et ante participia a Graecis poni notissimum est: sic c. 27. p. 355. τίσι λέγεις; τοῖς κατὰ ποίαν ὁδὸν ἐλθοῦσιν; ἢ τίνι τῶν ἡγεμόνων ἀκολουθήσασιν; Pergit jam nostro loco sic jocari: ἐς νέωτα εἴκαζεν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἔσεσθαί σε, οἷον μετὰ τὰ μυστήρια τὰ ἄλλα, ἢ Παναθήναια; Cave corrigas ἐπὶ τοῦ ἄκρου cf. quos citat Matth. Gr. Gr. §. 586. c. Sic noster catapl. c. 19. T. 1. p. 291. Charoni quaerenti ποῦ νῦν καθεδεῖται; respondet Mercurius ἐπὶ τοὺς ὤμους τοῦ τυράννου. Toxar. c. 39. T. 2. p. 50. οὕτω γὰρ ἐσκηνώσαμεν τότε — ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς ὄχθας τοῦ Τανάϊδος. Sed quaenam intelligit μυστήρια τὰ ἄλλα. Lat. interp. „post mysteria altera," quod non magis intelligo. Wieland. „die nächsten Mysterien." Belinus

---

τοσοῦτον ὑπερφρονήσεις αὐτός. Non dixit ὑπερφρονήσειν, quod ab οἰήσῃ penderet. Adde Toxar. c. 30. T. 2. p. 45.

*) Nostrum locum Gesnerus ita vertens: *videris autem mihi adeo totus in hac re esse, ut ne per somnum quidem te remittas*, nexu orationis aliter disposito, difficultatem non superavit, sed vitavit. Eum tamen presso pede sequitur Wielandius noster.

„les mystères," omittens τὰ ἄλλα prorsus in versione. Corruptum locum fortasse sanabis legendo τὰ μεγάλα.

C. 5. p. 313. καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου εὐδαιμονοῦσι θαυμάσιόν τινα βίον τὸν λοιπὸν βιοῦντες, οἷον μύρμηκας ἀπὸ τοῦ ὕψους ἐπισκοποῦντές τινας τοὺς ἄλλους. Legendum videtur καὶ οἷον μύρμηκας κ. τ. λ. Nam in eo solo, quod reliquos velut formicas despiciunt ex alto, felicitas philosophorum, qui ad fastigium montis δυςαναβάτου pervenerunt, ubi sapientia sedem fixit, non posita est; sed hoc extrinsecus accedit ad hanc felicitatem. Innumeris vero locis librarios peccasse in particula καί vel omittenda vel prave inculcanda notissimum est.*) In postremis verbis pronomen τινάς Solanus asterisco notaverat; idque jure, nam nullo modo hoc retineri potest, quicquid contradicat Reitzius, qui quorsum hic asteriscus spectaret ignoravit. Nam quod dicit vel τινάς vel τούς abesse posse, sed usitatum esse pleonasmum, in eo valde erravit; τούς enim nullo modo abesse potest, τινάς quidem facilius, sed ubi τὶς praedicato in ejusmodi formulis additur, hoc non fit pleonasmo, sed idiomate quodam, quod Germanis cum Graecis commune est. Sed in eo haesit Solanus, quod τινάς a μύρμηκας tanto intervallo sejunctum est; nam si scriptum esset οἷον μύρμηκάς τινας ἀ. τ. ὕ. ἐπισκοποῦν-

*) Leguntur in nostro opusculo c. 2. p. 341. haec verba: σχεδὸν εἴκοσιν ἔτη ταῦτά ἐστιν, ἀφ' οὗ σε οὐδὲν ἄλλο ποιοῦντα ἑώρακα ἢ παρὰ τοὺς διδασκάλους φοιτῶντα καὶ ὡς τὸ πολὺ ἐς βιβλίον ἐπικεκυφότα, ὑπομνήματα τῶν συνουσιῶν ἀπογραφόμενον κ. τ. λ. Affert Schmiederus ex uno cod. Paris. lectionem καὶ ὑπομνήματα etc. Verum hoc καί, quod prorsus necessarium est, adest jam in omnibus editionibus, quae Reitzianam praecesserunt, ut casu, sive malis culpa typothetae, excidisse videatur. Hujusmodi παροράματα plura sunt in hac editione, quae inde in posteriores fluxerunt, magno sane legentium incommodo. Sic c. 85. p. 390. in verbis ταῦτα πάντα, ὦ φιλότης, ὁπόσα εἶπον, μή με νομίσῃς κατὰ τῆς στοᾶς παρεσκευασμένον, ἔχθραν τινὰ ἐξαίρετον πρὸς Στωϊκοὺς ἐπανῃρημένον εἰρηκέναι, carere quidem possemus particula ἤ, quam cod. Par. addit, verum cum in omnibus editionibus antiquioribus reperiatur, etiam in ipsa Graevii vitiosissima quin eadem typothetae culpa in Reitziana exciderit, noli dubitare. Neque immunis ab hac labe ea pars est, quam Hemsterhusius curavit. Sic in Dial. deor. 1. c. 1. T. 1. p. 76. ubi exstat nunc in Schmiederiana, ἀνθ' ὧν ἡμῖν τοιαῦτα ζῶα, τοὺς ἀνθρώπους, ἔπλασας, articulum τούς, maxime illum necessarium, e cod. Par. se restituisse profitetur editor; verum adest ille jam in omnibus editionibus ante Amstelodamam.

τες τοὺς ἄλλους, nihil esset, quod vituperari posset. Cf. Schol. ad Soph. Oed. Tyr. v. 107.

C. 7. p. 344. τὰ δὲ δὴ ἄνω ὅτι εὐδαίμονα, καὶ τοιαῦτα, ὡς πάντα χρῆν ὑπομεῖναι δι' αὐτὰ, πόθεν ἔχεις εἰδέναι; Imperfectum χρῆν quo se tueatur, nescio. Lege ὡς πάντα χρή σ' ὑπομεῖναι. De confusione literarum *N* et *Σ* alibi diximus. Firmatur conjectura nostra loco simillimo c. 63. p. 377. τί οὖν ἑκατὸν ἔτη χρὴ βιῶναι, καὶ τοσαῦθ' ὑπομεῖναι πράγματα; ubi non additum est σέ, quoniam Hermotimus ipse loquitur, ad quem in nostro loco oratio dirigitur.

C. 7. p. 345. ἀλλὰ τίνα φησὶ τἀγαθὰ, εἰ μὴ ταῦτα, ἕξειν πρὸς τὸ τέλος τῆς ἀσκήσεως ἐλθόντας; In his et sequentibus paululum turbatum ab ipso Luciano videtur. Antea semper sermo fuerat de uno Hermotimo, quaenam ipsum felicitas maneret, si τὸ ἄκρον τῆς φιλοσοφίας ascendisset. Nunc repente plurali numero utitur, quod per se non vituperandum est, nam intelligit Hermotimum omnesque ejus similes, qui ad philosophiam adspirent. Sed cum antea reliqui illi nondum nominati fuerint, deberet saltem esse ἕξειν τοὺς πρὸς τὸ τέλος τῆς ἀσκήσεως ἐλθόντας. Attamen, ni obstent sequentia, haec quoque verba ad unum potius Hermotimum traham; levissima mutatione obrescribens ἕξειν πρ. τ. τελ. τ. ἀσκ. ἐλθόντα σε; sed forsan obstant, ut dixi, sequentia, quae paulo accuratius examinanda sunt. Respondet Hermotimus: Σοφίαν (sc. τἀγαθὰ εἶναί φησιν ὁ διδάσκαλος) καὶ ἀνδρίαν καὶ τὸ καλὸν αὐτὸ καὶ τὸ δίκαιον καὶ τὸ πάντα ἐπίστασθαι βεβαίως πεπεισμένον, ᾗ ἕκαστα ἔχει. Quod cum Gesnerus ita vertat: *Sapientiam, et fortitudinem, et ipsum honestum* (*et justum* in versione omittit) *et quod firma persuasione novit, quomodo se habeant singula*, πεπεισμένον ille pro masculino habuisse videtur, quasi scriptum esset, τὸ αὐτὸν πεπεισμένον εἶναι, pro quo tamen Lucianus potius scripsisset καὶ τὸ αὐτὸν π. ἐπ. βεβ. πεπεῖσθαι. Sed ponamus recte ita locum verti posse, quod longe secus est, quisnam ille est ὁ πεπεισμένος? Num discipulorum unus, qui ascenderit, quo tota orationis series ducit? Sed tum rursus transitus a plurali (ἐλθόντας) ad singularem nos offendit. An ipse magister, qui, quae ipse assecutus sit bona, enarrat? Eum vero non intelligi posse, sequentia docent. Verum πεπεισμένον non est masculinum, sed neutrum; τὸ βεβαίως πεπεισμένον est ἡ βεβαία πίστις, firma persuasio, de

quo notissimo Graecismo cf. Matth. Gr. Gr. §. 570. *πάντα ἐπίστασθαι* sc. *αὐτοὺς τοὺς ἀνελθόντας*. Jam ita Hermotimus pergit: *πλούτους δὲ καὶ δόξας καὶ ἡδονὰς καὶ ὅσα τοῦ σώματος, πάντα ταῦτα κάτω ἀφῆκε καὶ ἀποδυσάμενος ἀνέρχεται, ὥςπερ φασὶ τὸν Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ κατακαυθέντα θεὸν γενέσθαι.* Habemus jam ipsum singularem; quem quo referas, haerere possis. Wielandius quidem praeceptorem intelligit, sed tum esset *ἀνῆλθε*, haud *ἀνέρχεται*, nam praeceptor *ἀκρότατος ἤδη ἐστίν*. Neque licentiam styli historici mihi quisquam objiciat, quippe qui hic non aptus foret. Quem Gesnerus intellexerit, haud liquet. Sine dubio intelligendus est is, qui strenue philosophiae operam dat; hic enim omnia haec, quae vulgo bona putantur, infra reliquit, et ubi iis exutus fuerit, *ἀνέρχεται*, *ascendere conatur*. Sed videamus reliqua. In comparatione cum Hercule *) ita pergit Hermotimus: *καὶ γὰρ ἐκεῖνος* (Hercules) *ἀποβαλὼν ὁπόσον ἀνθρώπειον εἶχε παρὰ τῆς μητρὸς, καὶ καθαρόν τε καὶ ἀκήρατον φέ-*

---

*) Herculem in omnibus sibi exemplar proponebant stoici, unde multus ipsis de eo sermo. Haec revocant mihi in mentem notissimum locum Juvenalis, male, ut videtur, ab interpretibus intellectum, 2, 19—21.

sed pejores, qui talia *verbis*
Herculis invadunt, et de virtute locuti
clunem agitant.

Verba Herculis intelligunt nonnulli, talia verba, qualia Hercules prolaturus esset adversus vitia, quae explicatio minime in Herculem, verborum parcum, quadrat. Alii vero, ut Ruperti, explicant verba gravissima ac severissima, qualibus Hercules voluptatem increpuit et a se repulit, atque ad Herculem Prodicium in Xenoph. Memor. 2, 1, 21 seq. respici opinantur. Sed hi Xenophontem ne inspexerunt quidem; nam Hercules prorsus mutus est. Verba Herculis sunt verba, nil nisi virtutem et justitiam loquentia, quibus stoici vitia, ethica haec monstra, exstirpare conantur, quemadmodum Hercules monstra physica; ut adversus haec Hercules clava usus est, ita ejusmodi verbis severis et sesquipedalibus stoici vitia aggrediuntur. cf. Hermeam ap. Athen. 13, 15. p. 563. D., ubi ita poëta stoicos alloquitur:

κᾆθ' ἁλίσκεσθε
ἐναντία πράττοντες, οἷς τραγῳδεῖτε,

παιδοπῖπαι ὄντες, ubi tragica verba eadem sunt, quae Juvenalis verba Herculis vocat. Verba postrema, *παιδοπῖπαι ὄντες*, quae in metrum peccant (nec quidquam proficitur Schweighäuseri emendatione *καὶ παιδοπῖπαι ὄντες*) non ut partem versus describi curavimus, quum verisimile videatur, Athenaeum brevitatis causa e versu, in quo inerant, neglectis ceteris, haec sola excitasse.

ρων τὸ θεῖον ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεούς, διευκρινηθὲν ὑπὸ τοῦ πυρός, ubi non est, quod *εὐκρινηθείς* cum Munkero, vel *διευκρινηθείς* cum Belino scribas. Nam *τὸ θεῖον* in Hercule *καθαρόν* et *ἀκήρατον* factum est eo, quod *διευκρινήθη* antea ab igne. Jam quo haec cum Hercule comparatio spectet, ita Hermotimus explicat: *καὶ οὗτοι δὴ ὑπὸ φιλοσοφίας, ὥςπερ ὑπό τινος πυρὸς, ἅπαντα ταῦτα περιαιρεθέντες, ἃ τοῖς ἄλλοις θαυμαστὰ εἶναι δοκεῖ, οὐκ ὀρθῶς δοξάζουσιν, ἀνελθόντες ἐπὶ τὸ ἄκρον εὐδαιμονοῦσι, πλούτου καὶ δόξης καὶ ἡδονῶν ἀλλ' οὐδὲ μεμνημένοι ἔτι, καταγελῶντες δὲ τῶν οἰομένων ταῦτ' εἶναι.* Luce clarius est, non ipsum magistrum cum Hercule comparari sed discipulos eos, qui fideliter philosophiae praecepta addiscant. Sed quantopere a Luciano ipso turbatum sit, omnibus jam patere credo; initio ad solum Hermotimum oratio directa erat, tum transit in pluralem (*ἐλθόντας*), postea in singularem (*ἀφῆκε* et *ἀνέρχεται*) hinc rursus in pluralem (*περιαιρεθέντες, ἀνελθόντες, εὐδαιμονοῦσι*). Ad *ἐλθόντας* vero quod attinet, manent ea, quae supra scripsimus, aut *τοὺς — ἐλθόντας* rescribendum esse, aut *ἐλθόντα σε*. Mihi posterius hoc praeplacet, quia sic Lycinus omnia ad unum Hermotimum referret, Hermotimus vero respondens de omnibus sui similibus loqueretur.

C. 8. p. 345. *ἀλλ' ὃς ἂν ἀποτελεσθῇ πρὸς ἀρετὴν, οὔτε ὀργῇ, οὔτε φόβῳ, οὔτ' ἐπιθυμίαις ὁ τοιοῦτος ἂν δουλεύῃ, οὐδ' ἂν λυποῖτο, οὐδὲ ὅλως πάθος ἔτι τοιοῦτον πάθοι ἄν.* Legendum esse *δουλεύοι* jam Guyetus vidit. Suo tamen more Reitzius, vir subtilioris grammatices Graecae prorsus ignarus, obloquitur, *quia subjunctivus sese tot exemplis tueri possit.* Verum in ejusmodi constructione subjunctivus soloecus est, ubique ex probis scriptoribus exstirpandus. Locorum ex Hermotimo allatorum alter, qui est cap. 13. huc non pertinet, quia *ἄν* ibi non additum est, *ῥᾷον γὰρ οὕτω μάθῃς*: lege vero *μαθήσῃ*. Alter, qui est c. 22. *οὐδὲν ἂν εἴδῃς*, optimam jam ope cod. Paris. medicinam accepit, rescripto, quod unice verum est, *ἴδοις*. Nam *εἴδῃς* non solum soloecum est, sed etiam barbarum; *εἴδοις* vero, quod Guyetus voluit, barbarum. Sic in Scyth. c. 5. T. 1. p. 406. *οὐ γὰρ ἂν, ὡς φῂς, ἀπέλθοις, οὐδ' ἂν ἀφίῃ σε ῥᾳδίως ἡ πόλις*, legendum esse *ἀφείη* Schmiederus vidit. Eadem vox restituenda est in opusculo de saltatione c. 18. T. 1. p. 551. *οὐκ ἂν ἀφίῃ τὸ βέλος Αἰθίοψ ἀνὴρ . . . εἰ μὴ πρότερον ὀρχήσαιτο* etc. Philops.

c. 4. T. 2. p. 306. εἰ γοῦν τις ἀφέλοι μυθώδη ταῦτα ἐκ τῆς Ἑλλάδος, οὐδὲν ἂν κωλύσῃ λιμῷ τοὺς περιηγητὰς αὐτῶν διαφθαρῆναι legendum κωλύσαι s. κωλύσειε. de luctu c. 20. T. 2. p. 287. ἂν λέγῃ ταῦτα ὁ νεκρὸς ἐπιστραφεὶς . . . οὐκ ἂν οἰώμεθα δικαιότατα ἂν αὐτὸν εἰπεῖν; legendum οἰοίμεθα. Verum in opusculo de domo c. 4. T. 2. p. 394. καὶ οὐκ ᾐσχύνετο γέρων ἄνθρωπος (Socrates) παρακαλῶν παρθένους (Musas) συνεσομένας τὰ παιδεραστικά· ἐς δὲ οὕτω καλὸν χωρίον οὐκ ἂν οἰώμεθα καὶ ἀκλήτους αὐτὰς ἐλθεῖν, bene se habet vulgata; nam ἄν pertinet ad ἐλθεῖν: *in locum adeo pulchrum* (quam haec domus est) *non putemus etiam non vocatas illas venturas esse?* *) Verum in loco proxime praecedente erat: *non putemus*, *eum dixisse*, non *dicturum esse*. Alio modo corruptum est, quod legitur contempl. c. 17. T. 1. p. 218. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ χαίρων, ὅτι ἄῤῥενα παῖδα ἔτεκεν αὐτῷ ἡ γυνὴ . . . εἰ ἠπίστατο, ὡς ἑπταέτης γενόμενος ὁ παῖς τεθνήξεται, ἆρα ἄν σοι δοκῇ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ γεννωμένῳ. Lege δοκεῖ, quod optimus cod. Paris. praebet; ἄν pertinet ad χαίρειν. Interrogatione sublata dixisset Lucianus, εἰ ἠπίστατο . . . οὐκ ἂν ἔχαιρεν, *si sciret . . . non gauderet;* quod cum nunc interrogando expressum sit, ἄν infinitivo adhaeret, qui pendet ab ἆρα δοκεῖ. Simile est, quod legitur de merc. cond. c. 6. T. 1. p. 304. ἄλλοι δὲ πενίαν μὲν αὐτὴν οὐκ ἂν φοβηθῆναι οὐδὲ καταπλαγῆναί φασιν, εἰ ἐδύναντο τοῖς ἄλλοις ὁμοίως πονοῦντες ἐκπορίζειν τὰ ἄλφιτα etc., ubi ἂν φοβηθῆναι pendet a φασίν, qua voce omissa foret οὐκ ἂν ἐφοβήθησαν οὐδὲ κατεπλάγησαν; cf. Matth. Gr. Gr. §. 598. Sed redeamus ad ἄν cum conjunctivo positum. Hi sunt loci, qui nunc in Luciano mihi occurrunt;

---

*) Οὐκ οἰώμεθα et οὐκ ἂν οἰοίμεθα ad sensum non differunt; ut ποῖ βῶ, ποῖ βήσομαι et ποῖ ἂν βαίην. Verum συνεσομένας, in qua lectione plurimae editiones conspirant, etiam Aldina secunda, aperte vitiosum est; quod alii voluerunt συνησομένας a συνίημι propter formam medii mihi suspectum est. (συνήσει activ. Sextus Empir. adv. Mathem. 1. §. 303. et 310. ed. Fabric. συνήσουσιν ibid. §. 315.). Magis placet Solani συνοψομένας, cum in nonnullis συνεψομένας legatur. Verum, si quid video, legendum est συνεισομένας a σύνοιδα. Ceterum ut ad οἰώμεθα revertamur, bene se habet sine ἄν locus calumn. n. tem. cred. c. 17. T. 2. p. 370. πόσους οἰώμεθα — ἀπολαῦσαι, *quot putemus*, *fructum tulisse* etc. ubi ante Schmiederum vulgatum erat οἰόμεθα.

consulto enim eos omisi, ubi vel relativum vel interrogativum vel aliqua particula praeterea adest, de quibus alibi dicemus. Emendatos praeterea in Schmiederi editione jam hos invenies dialog. mort. 13, 6. T. 1. p. 164. ἂν παύσῃ, ibid. 23, 1. p. 179. ἂν τύχῃ, contempl. c. 4. T. 1. p. 208. ἂν εἰδῆτε, ibid. c. 23. p. 221. ἂν εἴπῃς, Scyth. c. 5. T. 1. p. 406. (loco supra citato) ἂν ἀπέλθῃς, quod primus Schmiederus e codd. mutavit, quo minus de alterius vocis ἀφίῃ correctione dubitandum sit. Jam si rationem ineas, quot centeni loci in solo Luciano rectam loquendi consuetudinem servent, pauci hi, qui restant, quin ad eandem normam refingendi sint, non dubitabis. Ceterum moneo in praecedentibus Lycini verbis pro τὸ δέ μοι εἰπέ scribendum esse conjunctim τόδε μοι εἰπέ, ut Ald. 2. jam habet.

C. 9. p. 346. ἐκεῖνον αὐτὸν, ἐπεὶ τὸν μισθὸν, οἶμαι, μὴ ἀπεδίδου κατὰ καιρὸν, ἀπήγαγε παρὰ τὸν ἄρχοντα ἔναγχος etc. Ex sententia Buttmanni V. D. (Gr. Gr. §. 135.) scribendum est ἐπεὶ — οὐκ ἀπεδίδου. Nonnulla tamen contrarii exempla observavi, c. 19. p. 351.: ἐπείπερ μηδὲ ὁρῶσι. c. 21. p. 353.: ἀνάγκη γὰρ οὕτως, ἐπεὶ σὺ μὴ ἐθέλεις σαφέστερον εἰπεῖν, εἰδὼς ἄμεινον. c. 47. p. 368.: ἐπεὶ μηδενὸς ἡγεμόνος τοιούτου ἔς γε τὸ παρὸν εὐπυροῦμεν. Quom. hist. s. conscr. c. 3. Jov. trag. c. 51. Philops. c. 8. Aelian. V. H. 14, 28. Long. Past. 3, 4. p. 288. Bod. Clem. Alex. T. 1. p. 81. Qui loci an omnes correctione egeant, decernere non audeo, cum tota doctrina de adhibendo vel οὐ vel μή nondum sat firmis fundamentis nitatur. Ad secundum ex nostro dialogo locum quod attinet, Ald. sec. et reliquae quae ad manus sunt editiones veteres (Hagen. sec., Graeviana) praebent inverso ordine ἐπεὶ μὴ σύ. Possit inde suspicio oriri, σύ corruptum esse ex οὐ*), (praesertim cum σύ nullam hoc loco emphasin habeat) et fluctuantem scripturam indicium esse variae lectionis. Sed nondum quidquam statuo. Moneo praeterea initio hujus capitis pro καὶ πῶς (quod unde in Reitzianam venerit, nescio) legendum esse καί πως cum omnibus meis editionibus. Contrario modo peccatum est c. 52. p. 371. ἀδύνατον δέ γε ἡμῖν ἐφαίνετο, πολλῶν προτεθέντων, ἑλέσθαι τὸ ἄριστον, εἰ μὴ ἐπὶ πάντα ἴοι τις πειρώμενος· εἶτά πως μακρὰ ἡ πεῖρα ὤφθη. Scribe εἶτα

*) σύ et οὐ confusa etiam alibi, ut in Xenophonte cf. Sturz. Lex. Xen. s. v. γάρ num. 2.

πῶς μακρὰ etc.; et Icarom. c. 1. T. 2. p. 176. — Mox in *ὀργίζετο* pro *ὠργίζετο* sphalma typographicum editionis Reitzianae securi omnes recentiores propagaverunt.

C. 10. p. 346. *δέον, ὦ Ἑρμότιμε, ἀναγαγεῖν κἀκεῖνα* etc. H. l. *δέον* est pro *δέον ἐστίν* i. e. *δεῖ*. Dialog. mort. 22, 2. T. 1. p. 178. *σὺ δ᾽ οὐκ ᾔδεις, ὡς κομίζειν δέον.* Eurip. Phoen. 404. Pors. *τὰς τῶν κρατοῦντων ἀμαθίας φέρειν χρεών.* Quint. Smyrn. I. 758. *οὐ γὰρ ἀμείνονι φωτὶ χρεὼν κακὸν ἀντιφερίζειν.* et addito verbo substantivo Herod. 7, 6. *ἔλεγε τόν τε Ἑλλήςποντον, ὡς ζευχθῆναι χρεὼν εἴη ὑπ᾽ ἀνδρὸς Πέρσεω* etc. Sed in Lucian. catapl. c. 11. T. 1. p. 285. *πολλά με ἀνακρίνεις· ἐμβῆναι δέον*, interpunctio mutanda est, commate post *ἀνακρίνεις* posito.

C. 12. p. 347. Hermotimo interroganti *ἐκράτησε δὲ πότερος, ὦ Λυκῖνε, ὁ διδάσκαλος ἢ ὁ Εὐθύδημος; εἴ τι καὶ τοιοῦτον ἔλεγεν ὁ Μίδας* respondet Lycinus: *τὰ μὲν πρῶτα φασίν, ὦ Ἑρμότιμε, ἀγχώμαλά σφισι γενέσθαι.* Legendum esse *φησίν* sc. *ὁ Μίδας* facile patet. Saepissime hoc modo peccatum esse notum est. Sic in Nigrin. c. 18. T. 1. p. 22. *οὕτω δὴ βουλευσάμενος, καὶ καθάπερ ὁ Ζεὺς τὸν Ἕκτορα, ὑπεξαγαγὼν ἐμαυτὸν ἐκ βελέων, φασίν, ἔκ τ᾽ ἀνδροκτασίης, ἔκ θ᾽ αἵματος ἔκ τε κυδοιμοῦ*, idem hoc *φησίν* sc. *Ὅμηρος* reponi debere, Lobeckius V. D. me monuit.

C. 13. p. 348. *σὺ δέ, ἤν τι βούλῃ, ἐρώτα μεταξὺ καὶ ἀντίλεγε· ῥᾷον γὰρ οὕτω μάθῃς.* Conjunctivus hic prorsus soloecus est. Belinus *ῥᾷον γὰρ ἂν οὕτω μάθοις*, bene ad Graeci sermonis indolem. Faciliori tamen correctione scribas *ῥᾷον γὰρ οὕτω μαθήσῃ.* Graeci enim *μαθήσομαι* dixerunt, non *μαθήσω*, quapropter Belinus in Hermot. c. 24. T. 1. p. 390. *μεταμαθήσῃ* non debebat immutare in *μεταμαθήσεις*.

C. 14. p. 348. *τὸ δέ γε ἀληθὲς οἶμαι πάντως που ἓν ἦν αὐτῶν, ἀλλ᾽ οὐ πάντα διάφορά γε ὄντα.* Hunc locum Wielandius non intellexit, ita vertens: „Das Wahre, denke ich, wird wohl bei allen eben dasselbe seyn; aber nicht Alles wird wahr seyn, weil sonst keine Verschiedenheit der Meinungen statt fände.“ *αὐτῶν* retulit ad philosophos, quod ad *διάφορα* in praecedentibus spectat; postrema ita vertit, quasi scriptum esset *ἐπεὶ οὐ διάφορα ἂν ἦν.* Vertendum est: *Das Wahre, denke ich, wird durchaus eines von allen diesen verschiedenen seyn: aber nicht alles, eben weil es verschieden ist.*

C. 17. p. 350. *οἴει Μαργίτῃ διαλέγεσθαί τινι, ὡς πιστεῦσαι*

ὅτι Ἑρμότιμος, ἀνὴρ συνετὸς, ἔτη τότε γεγονὼς τεσσαράκοντα, περὶ φιλοσοφίας καὶ φιλοσόφων ἀνδρῶν τοῖς ἰδιώταις ἐπίστευσε, καὶ κατὰ τὰ ὑπ' ἐκείνων λεγόμενα ἐποιεῖτο τὴν αἵρεσιν καὶ τῶν κρειττόνων ἀξιῶν. Ultima quatuor verba nemini nisi Guyeto suspecta fuerunt, qui ἀξίαν corrigit. Corrupta ea esse monstrat constructio, verum ex interpretibus nihil proficies. Lege ἀξίωσιν. Nam τὰ κρείττω vocat, quae antea c. 15. τὰ βελτίω vocaverat, i. e. eam philosophorum sectam, quae praeferri mereatur. Jam ἀξίωσις τῶν κρειττόνων est judicium de hac secta, cui adhaereat; sive ut eodem c. 15. dixit τῷ σὺ πιστεύσας τοὺς μὲν ἄλλους εἴας, ἐξ ἁπάντων δὲ προελόμενος, ἅπερ προῄρησαι, ἀξιοῖς κατὰ ταῦτα φιλοσοφεῖν. Sensus itaque est: Hermotimum, virum prudentem, annos tunc natum XL, de philosophia et philosophis fidem habuisse idiotis, et secundum illorum dicta fecisse electionem et judicium optimae sectae.

C. 19. p. 351. τί ἂν πάθοι τις, εἰ τυφλὸς ὢν ἐπιθυμοίη φιλοσοφεῖν; Legebatur olim εἰ τυφλὸς ἂν etc.; mutatum est ex conjectura Jensii, quam postea collati codices firmarunt. Quod vero Jensius addit: „*non gravor particulam ἂν ita continuo iteratam*,“ in eo vehementer fallitur. Iterari enim saepius ἂν notissimum est, sed in uno eodemque periodi membro. Ubi vero, ut hic, in duobus membris haec vocula scripta esset, ibi sua utrique esset vis. Verum cum conditionali εἰ conjungi nequit ἄν. Nam ἂν cum indicativo vel optativo *) semper inservit apodosi, praecedente membro, quod conditionem explicat, ex qua apodosis concludendo elicitur. εἰ πλούσιος ἦσθα, ἐδίδοις ἂν — εἰ σωφρονοίης, τοῦτο ἂν ποιοίης. Conditio vero haec etiam participio vel alio modo exprimi potest, ut: πλούσιος ὢν ἐδίδοις ἂν — σωφρονῶν τοῦτο ἂν ποιοίης — ἄνευ καμάτου (i. e. εἰ μὴ κάμνοις) οὐκ ἂν τοῦτο ἔχοις. Hinc factum est, ut protasis saepe prorsus desit, vel in praecedentibus latens, ut, si quis quaerenti παρῆν δὲ ὁ πάτηρ; respondeat, οὐ γὰρ ἂν τοῦτο ἔπαθεν, hoc significat, *non affuit: nam*, si affuisset, *hoc non passus esset*; vel penitus suppressa, unde saepe ἂν cum optativo vim futuri

*) Taceo hic de usu hujus vocis, ubi post relativa cujuscunque generis cum conjunctivo ponitur, qui ejus usus non divellendus est ab usu particularum ἐάν, ἐπειδάν, similium. Neque magis huc pertinet, ubi ἂν cum indicativo positum actionem repetitam significare dicitur, cf. Pors. ad Eurip. Phoen. 412.

obtinet, quod exemplis, in quavis veterum scriptorum pagina obviis, firmare non opus est. Ex his, quae breviter sed quantum satis est ad instituti nostri rationem attigimus, apparet, voculam ἄν conjunctioni conditionali εἰ fere contrariam esse, ita ut utraque conjuncta altera alteram subvertat. Hinc efficitur in probatis saltem scriptoribus ubicunque εἰ — ἄν reperiatur, locum corruptum esse. Quae nobis se obtulerunt exempla, pleraque facilem emendationem admittunt. Nunc vero Lucianea tantum tractabimus. Sed eximenda hic sunt omnia ea loca, ubi non est conditionale *si*, sed in interrogatione indirecta pro Latinorum *num* vel *an* adhibetur. Nam ut interrogatio directa τί ἂν ποιοίης in indirectam οὐκ οἶδα, τί (vel ὅ, τι) ἂν ποιοίης recte immutatur, ita non minus recte directa ποιοίης ἂν τοῦτο in indirectam οὐκ οἶδα, εἰ τοῦτο ἂν ποιοίης transit. Huc pertinent in Luciano haec exempla: de merc. cond. c. 13. T. 1. p. 308. σκέψαι δ' αὐτὸς ἑξῆς ἀκούων, εἴ τις ἂν αὐτὰ ὑπομεῖναι δύναιτο. Hermot. c. 80. T. 1. p. 387. καί μοι δὸς ἐνταῦθα ἤδη ἔρεσθαί σε, εἰ ἐθέλοις ἂν ἔξω τῶν λόγων τὰ ἄλλα ἐοικέναι τῷ διδασκάλῳ. contempl. c. 22. T. 1. p. 220. οἶσθ' οὖν, εἰ δύναιντ' ἂν ἔτι ἀνελθεῖν. Phal. alt. c. 10. T. 1. p. 516. τούτων γὰρ οὐκ οἶδα, εἴ τι μεῖζον, εἰ σωφρονεῖτε, ἢ ἀναγκαιότερον ἡγήσασθε ἄν, ubi lege ἡγήσαισθε ἄν. cf. quae notavimus ad c. 8. Sed pergamus ad eos locos, ubi εἰ vere est conditionale. Amor. c. 39. T. 1. p. 629. εἰ γοῦν ἀπὸ τῆς νυκτέρου κοίτης πρὸς ὄρθρον ἂν ἴδοι τις ἀνισταμένας γυναῖκας etc. Facillimum esset conjungere ἀνίδοι, sed hujus verbi sic positi exempla mihi desunt. Multa alia licet hariolari*), sed optimum videtur, ἄν prorsus delere; saepissime enim a librariis ut omissum ita inculcatum est, quod demonstrare non est hujus loci. Lexiph. c. 21. T. 1. p. 583. ἄμεινον δὲ, εἰ καὶ κάτω διαχωρήσειεν ἂν ἔνια. Dele ἄν. Fluxit forsan ex varia lectione διαχωρήσειεν et διαχωρήσειαν. Abdicat. c. 11. T. 1. p. 494. οὕτω δὴ καὶ σὺ, ὃν ἐξῆν μηκέτι ἀναλαμβάνειν, εἰ μὴ ἂν ἄξιος ἐδόκει τοῦ γένους, τοῦτον εἰ χρηστὸν ἡγησάμενος εἶναι πάλιν ἀνείληφας, οὐκέτ' ἀποκηρύττειν ἕξεις. Nisi

*) Conjeceram quoque προσορθρινάς, vel προορθρινάς. Nam cum προορθρίζω occurrat, quidni etiam haec adjectiva? adjectivo utitur postea Lucianus c. 44. p. 632. ubi mares feminis opponit ὄρθριος ἀναστάς etc.

mavis αὖ, quod saepe cum ἂν confusum, etiam hic variam lectionem agnosce εἰ μὴ ἄξιος et εἰ ἀνάξιος*). Patet hinc, quam male cap. 31. T. 1. p. 358. pro ἢ εἴποι τις ἂν Gesnerus conjecerit, ἢ εἰ εἴποι τις ἄν.

C. 20. p. 351. Dixerat antea cap. 18. Hermotimus, se ad stoicorum sectam traductum esse, quod videret eos κοσμίως βαδίζοντας, ἀναβεβλημένους εὐσταλῶς, φροντίζοντας ἀεὶ, ἀῤῥενωποὺς, ἐν χρῷ κουρίας τοὺς πλείστους. Quibus Lycinus primum objicit, quid de coecis futurum sit, si velint philosophiae operam dare, cum haec externa adspicere non possint. Tum ita pergit: οἱ δὲ δὴ βλέποντες, κἂν πάνυ ὀξυδερκεῖς ὦσι, τί ἂν δύναιντο συνιδεῖν τῶν τῆς ψυχῆς ἀπό γε τῆς ἔξωθεν ταύτης περιβολῆς; ὃ δὲ βούλομαι εἰπεῖν, τοιόνδε ἐστὶν, οὐχ ὅτι τῆς γνώμης τῶν ἀνδρῶν ἔρωτι προςήεις αὐτοῖς καὶ ἠξίους ἀμείνων γίγνεσθαι ἐς τὰ τῆς γνώμης; In postremis verbis haereo; vertit Gesnerus in hunc modum: „Quod autem dicere volo, ejusmodi est. Nonne *verum est*, te amore quodam mentis *et sententiarum* in his viris ad eos accessisse et mente *ac sententiis* fieri voluisse meliorem?“ In his secutus est interpretationem Gronoviorum patris et filii, quorum hic in nota sic habet: „At particula οὐχ est hic accipienda per interrogationem . . . Adscripsit vere pater: *Quod enim dicere volo, sic se habet. Nonne scientiae virorum eorum causa ad illos accedis et* —“. Verum ὅτι post οὐχ in ejusmodi interrogatione non apte positum est; scribendum esset, majori distinctione post ἐστὶν posita, οὐχὶ τῆς γνώμης etc. Nam οὐχ ὅτι est vel *non quod* vel *non solum* aut *non solum non:* cf. Herm. ad Vig. num. 253. Locus itaque sic vertendus foret, vel: „*quod autem dicere volo, ejusmodi est, non te amore quodam doctrinae horum virorum ad eos accessisse, neque te voluisse meliorem fieri doctrina,*“ vel: „*quod autem dicere volo, ejusmodi est: non solum amore quodam doctrinae horum virorum ad eos accessisti et voluisti melior fieri doctrina.*“ Prior harum explicationum prorsus menti auctoris contraria est; in posteriori vero deest alterum membrum, quod per ἀλλὰ καί inciperet; quod cum majus quiddam exprimere debeat, quam quod

*) Similis error commissus videri possit in Heliod. Aethiop. 4, 6. T. 1. p. 144. οὐ γὰρ δὴ μὴ ἀνάξιοί γε ὄντες τῷ Χαρικλεῖ κηδεύσομεν. Sensus sibi enim constaret, si legeres οὐ γὰρ δὴ ἀνάξιοι vel οὐ γὰρ δὴ μὴ ἄξιοι. Sed praefero ibi οὐ γὰρ δέος, μὴ etc.

priori membro indicatur, haud facile dixeris, quid illud majus sit, ad quod adspiret Hermotimus, nisi hoc ipsum, *ut melior fiat*. Benedictus itaque sic vertit, quasi scriptum esset ἀλλὰ καὶ ἠξίους, quam scripturam Graevius probat. Verum quae ita distrahuntur et quasi opponuntur, jungenda sunt. Nam qui amore doctrinae ad stoicos accedit, hac doctrina melior fieri vult. Absurdum itaque est dicere, non solum amore doctrinae ad stoicos accessisti, sed etiam hac doctrina melior fieri voluisti. Quomodo Solanus locum intellexerit, ex ejus nota non patet; est vero ea sic: „οὐχ ὅτι. In hujusmodi vocabulis ut venustas linguae, ita etiam difficultas consistit. Saepissime sic apud nostrum collocatur illud οὐκ.“ Difficultatem non sane levem hoc loco video, venustatem nullam. Utinam vero vel unum exemplum sic positi οὐκ addidisset, quod mihi, quamvis saepius totum Lucianum perlegerim, non se obtulit. Quoniam itaque interpretes hunc locum, ut patet, non recte intellexerunt, nostram jam qualemcunque conjecturam de eo promamus. Equidem mihi hoc loco lacunam invenisse visus sum, hoc fere modo explendam: ὃ δὴ βούλομαι εἰπεῖν, τοιόνδε ἐστὶν, οὐχ (ὅτι τὸ σχῆμα καὶ τὸ βάδισμα τῶν στωϊκῶν μιμεῖσθαι ἐπιθυμῶν, ἀλλ᾽) ὅτι τῆς γνώμης τῶν ἀνδρῶν κ. τ. λ. Facilis vero aberratio fuit oculi librarii a priori ὅτι ad alterum, quo pacto saepissime in describendis veterum reliquiis peccatum esse, quis nescit? Illud saltem credo in vocibus οὐχ ὅτι — ἀλλ᾽ ὅτι restituendis me non errasse. Quae interjecta sunt verba quin alio modo a Luciano prolata esse potuerint, non intercedo.

Ibid. p. 352. καὶ εἰ ψεύδεται ἢ ἀληθεύει. Solano sic bene ex sola Bas. 2. (cui nunc ex meis accedit Basil. 4.) emendanti non obtemperavit Reitzius, maximam linguae ignorantiam in nota appicta prodens; neque magis Schmiederus verum vidit.

C. 21. ead. pag. οὐδὲν γὰρ ἄν σοι ἀρέσκει, ὧν ἂν εἴπω. Soloeca haec est oratio. Solanus, qui solus praeter Hemsterhusium ex editoribus Luciani graece doctus fuit, ex cod. W. ἄν delere voluit, sed magis Lucianeum est ἀρέσκοι. Prorsus simile est dialog. deor. marin. 14, 2. T. 1. p. 135. ἢ ὃν ἂν ἴδῃ, οὐκ ἄν τι ἄλλο μετὰ ταῦτα ἴδοι, ubi bene οὐκ ἄν τι pro οὐκ ἔτι e cod. recepit Schmiederus. Mox in οὐκ, ὦ ᾽γαθέ· ἀλλ᾽ οὐδὲν ἐθέλεις εἰπεῖν, ὁποῖον ἄν με ἀρέσειεν assentior Solano, μοι rescribenti, nil Reitzii nugas morans.

C. 26. p. 355. ἐφ' ἣν γὰρ ἂν ἔλθω αὐτῶν (sc. multarum harum viarum), ἀνὴρ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀτραποῦ ἑ κ ά σ τ η ς (obtemperandum erat Jensio, hoc pro vulgari ἕκαστος rescribi jubenti) ἐφεστὼς ἐν τῇ εἰςόδῳ μάλα τις ἀξιόπιστος ὀρέγει τε τὴν χεῖρα, καὶ προτρέπει κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀπιέναι, λέγων ἕκαστος αὐτῶν μόνος τὴν εὐθεῖαν εἰδέναι, τοὺς δ' ἄλλους πλανᾶσθαι, μήτε αὐτοὺς ἐληλυθότας, μήτε ἄλλοις ἡγήσασθαι δυναμένοις ἀκολουθήσαντας. Postrema haec mirum quomodo Latine expresserint interpretes. Edit. Salmur.: *qui neque eo ipsi pervenerint, neque aliis sequentibus praeire possint.* Basil. 4.: *neque unquam eo pervenisse neque aliorum insequentium duces esse posse.* Gesn.: *qui nec ipsi inde venerint, nec deducere alios sequentes possint.* Hoc secutus adscripsit Schmiederus, se malle δυναμένους ἀκολουθήσουσι, ubi δυναμένους a Basil. 4. jam repraesentatur, quae αὐτούς quoque praebet. Sed longe alia est mens scriptoris: in initio cujusque viae vir stat, qui se solum ducem, suamque viam solam rectam profitetur; nam ceteros, qui duces se exhibeant, errare; non enim duces esse posse, cum nunquam in urbe fuerint, *quo neque ipsi* (αὐτοί) *per se venerint, neque alios, qui ipsis praeire potuissent, sequentes.* Construe: ἐληλυθότας μήτε αὐτοὺς, μήτε — ἀκολουθήσαντας.

Ibid. ead. pag. τ ό τ ε τοίνυν τὸ πλῆθος τῶν ὁδῶν καὶ τὸ ἀνόμοιον αὐτῶν οὐ μετρίως ταράττει με. Solanus articulum ante πλῆθος exsulare jusserat, adstipulantibus cod. M. et edit. Basil. 2. cui accedit Basil. 4. Lepida sunt, quae Reitzius profert ad vulgatam tuendam. Sed possis forsan minori cum mutatione legere τ ό δ ε τοίνυν τ ὸ πλῆθος.

C. 27. p. 355. 356. Lycini ἀπορίαν, quaenam via eligenda sit, cum nesciat, quaenam in urbem ducat, belle ita solverat Hermotimus, fidem esse habendam iis, qui viam illam ante fecerint; sic errari non posse. Jam haec sunt Lycini verba: τίσι λέγεις; τοῖς κατὰ ποίαν ὁδὸν ἐλθοῦσιν· ἢ τίνι τῶν ἡγεμόνων ἀκολουθήσασιν; αὖθις γὰρ ἡμῖν τὸ αὐτὸ ἄπορον ἐν ἄλλῃ μορφῇ ἀναφαίνεται ἀπὸ τῶν π ρ α γ μ ά τ ω ν ἐπὶ τοὺς ἄνδρας μ ε τ ε λ η λ υ θ ό σ ι. Prima ἀπορία fuerat, qua via incedendum esset, quibus ducibus utendum. Responderat Hermotimus, exquirendum esse ex iis viris, qui jam in urbem pervenerint. Jam haec eadem ἀπορία est, sub alia forma latens; ante incerti eramus de viis, quaenam eo ducerent, nunc sumus de viris, quinam vere se

ibi fuisse contendant. *Τὸ ἄπορον* itaque *μετῆλθε* a viis ad viros. Sed quomodo hoc verba postrema significare possunt? Quaenam intelligit *πράγματα*, opposita scilicet viris. Lego: *ἀπὸ τῶν ἀτραπῶν ἐπὶ τοὺς ἄνδρας μετεληλυθός*. Voce *ἀτραπῶν* usus erat paulo ante c. 26. init. *μετεληλυθός*, quod dudum conjeceram, confirmatur a cod. W. et 2954., atque eodem spectat, quod cod. 3011. praebet *μετεληλυθώς*.

Eod. cap. p. 356. *ἢ δέον εἰς Κόρινθον ἐλθεῖν*. Bene vulgatam *ἡδέως* correxerunt Solanus et Gesnerus; sed legendum est: *ἢ εἰ, δέον κ. τ. λ.* quod accuratius totam periodum examinanti patebit. Mox pro *εἴγε οὐ μόνη πόλις ἐστὶν ἡ Κόρινθος* legendum est *ἐπείγε οὐ κ. τ. λ.*, quod non solum grammatica, sed etiam sententia flagitat. Sed de grammatica ratione, quae *οὐ* post *εἰ* poni vetat, alio loco dicemus.

C. 28. p. 357. *τῶν πολλῶν τρωθήσεσθαι*. Bene Guyetus *τῶν πολλῶν τι τρωθήσεσθαι*, quo aperte ducit Pell. *τι τροθήσεσθαι* exhibens. Tum cum Solano, Elsnero et Gesnero scribe *πνεούσῃ* pro *πλεούσῃ*. In fine capitis lege *τηλικοῦτον τὸν κλύδωνα*, ubi vulgo male articulus deest.

C. 29. p. 357. *μὴ ἀνελθεῖν με εἰς τὴν Κόρινθον*. Scribe disjunctis vocibus *μὴ ἂν ἐλθεῖν*. In fine capitis lege *ἄχρις ἂν εὕρωμεν τὸν τἀληθῆ ὑπισχνούμενον*, ubi articulus ante *τἀληθῆ* vulgo deest.

C. 32. p. 359. pro verbis corruptissimis *καὶ ἀνατρέπει γε αὐτά, προςθεὶς αὐτός* vide, num legi possit *καὶ ἀνατρέπει γε, ἄλυτα προθεὶς αὐτοῖς*; cf. c. 79.

C. 33. p. 359. *οὐχ ἡδέα γελάσαντας ἂν* male e cod. 3011. Schmiederus recepit. Adversativa *δέ* carere non possumus. Optime se habet vulgata: *οὐχὶ δὲ ἀναγελάσαντας*, unde quomodo alterum istud ortum sit, facile apparet.

C. 35. p. 361. *μόνον τὰ τῶν στωϊκῶν ἐκμαθόντα* et mox *μόνον τοῖς στωϊκοῖς λέγουσι τἀληθῆ*. Bene duo codd. Pariss. praebent *μόνα τὰ τῶν* et *μόνοις τοῖς στωϊκοῖς*. Sic antea c. 34. *μόνοις τοῖς στωϊκοῖς ξυνών* et *μόνῳ Πλάτωνι ὡμιληκότων*, cf. quoque c. 36., ubi scripti et editi non minus variant. — Ibidem pro *μή τις ἄρα εἴη πέντε ἢ ἑπτὰ λέγων* fortasse scribendum est: *ὁ πέντε ἢ ἑπτὰ λέγων*. — De infinitivo *εἰδέναι* c. 36. p. 362. conferantur, quae sunt dicta ad Heliod. Aeth. 7, 17.

C. 39. p. 364. *καὶ γὰρ αὖ τὸ τὴν πολλὴν ἀπορίαν παρεχό-*

μενον. Lege *αὐτὸ τὸ τὴν κ. τ. λ. αὐτό* jam in quibusdam exemplaribus exstat.

C. 40. p. 365. *κάλπις ἀργυρᾶ πρόκειται, ἱερὰ τοῦ θεοῦ· ἐς ταύτην ἐμβάλλονται κλῆροι μικροὶ . . . ἐπιγεγραμμένοι· ἐγγράφεται δὲ ἐς δύο μὲν ἄλφα ἐν ἑκατέρῳ· ἐς δύο δὲ τὸ βῆτα· καὶ ἐς ἄλλους δύο τὸ γάμμα, καὶ ἑξῆς κατὰ τὰ αὐτά, ἢν πλείους οἱ ἀθληταὶ ὦσι, δύο ἀεὶ κλῆροι τὸ αὐτὸ γράμμα ἔχοντες.* Postrema haec verba ob grammaticum nexum sic stare nequeunt. Excidit fortasse post *ὦσι ὥστε* et pro *ἔχοντες* legendum *ἔχουσι.* De verbis subsequentibus dixi ad. Plat. Alcibiad. I. p. 108. D. E.

C. 43. p. 366. *τί δαί, εἰ ἐξελόντες ἀτάκτως πέντε γράμματα ἐξ ἁπάντων, τὸ Χ καὶ τὸ Σ καὶ τὸ Ζ καὶ τὸ Θ, τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τέτταρα διπλᾶ ἐπὶ τῶν κλήρων τῶν ὀκτὼ γράφωμεν, τὸ δὲ Ζ μόνον ἐπὶ τοῦ ἐννάτου, ὃ δὴ καὶ δηλοῦν ἔμελλεν ἡμῖν τὸν ἔφεδρον, τί ποιήσεις πρῶτον εὑρὼν τὸ Ζ; τῳ διαγνώσῃ ἔφεδρον ὄντα τὸν ἔχοντα αὐτό, ἢν μὴ ἐπὶ πάντας ἐλθὼν εὕρῃς οὐδὲν αὐτῷ συμφονοῦν;* Pluribus vitiis hic locus laborat, aliis levioribus, et ex incuria novissimi editoris profectis, duobus vero gravioribus. Leviora sunt, quod *τῳ* sine accentu hic ut sexcentis aliis locis scripsit, quamquam sit interrogativum, et quod sphalma ed. Bip. *συμφονοῦν* pro *συμφωνοῦν* non correxit. Graviora sunt, quod *εἰ* cum conjunctivo junctum reperitur, quae constructio nusquam in orationis solutae scriptoribus locum habet [num haec inconsideratius scripserim, alio loco disputabitur], et quod illud *γάρ* post *μέν* prorsus abundat. Sed pro *εἰ — γράφωμεν,* cujus loco nonnulli codd. *γράφομεν* habent, scribe *εἰ — γράφοιμεν* ut statim initio cap. seq. p. 367. *τί γὰρ εἰ μηδὲ γράμματα γράφοιμεν ἐπὶ τῶν κλήρων* etc. Tum importunum illud *γάρ* vel invitis libris ejiciendum erat; nunc vero video in codice Solani etiam defuisse. Neque quemquam moretur Reitzii nota, hoc *γάρ* defendentis. Is enim hic, ut saepissime aliis locis, egregie nugatur.

C. 45. p. 367. Non erat a Schmiedero mutanda vulgata lectio *ἡμεῖς δὲ οὐκ αὐτὸ* (pro quo Schmiederus recepit *αὐτοῦ*) *μόνον καλοῦ, ἀλλὰ τοῦ καλλίστου δεόμεθα.* Mox scribe *πεπρᾶχθαι,* in quo accentu mirum quantum ubique peccant editiones.

C. 49. p. 370. pro *οὐχ οὕτως ἐλέγομεν* legendum videtur *ἦ οὐχ οὕτως ἐλέγομεν.*

C. 47. p. 374. pro *θυσιάζῃ τῷ,* pro quo Marcilius voluit

θυσιάζῃ θεῷ lege *θυσιάζῃ τῳ* i. e. *τινί.* — c. 61. p. 376. *καὶ ὃς ἀφελὼν τοῦ πυροῦ, οὗπερ ἦν, ἀνέδωκέ σοι δεῖγμα εἰς τὴν χεῖρα.* Lege *ἀφελὼν τοῦ πυροῦ, ὅςπερ ἦν ἄνω, ἔδωκέ σοι.* — c. 62. p. 377. *οὐκ ἂν ἀποθάνοιο προςενεγκάμενος.* Miror editores, qui nondum ex certissima et lenissima Solani conjectura rescripserunt: *ἀποθάνοι ὁ προςενεγκάμενος.*

C. 74. p. 385. *κἀκείνη γὰρ* (sc. Geometria) *τοὺς ἐν ἀρχῇ ἀλλόκοτά τινα αἰτήματα αἰτήσασα καὶ συγχωρηθῆναι αὐτῇ ἀξιώσασα, οὐδὲ συστῆναι δυνάμενα, σημεῖά τινα ἀμερῆ καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα* etc. Ultimum hoc (*τὰ τοιαῦτα*) corruptum esse vidit Jensius, et male e praecedentibus iteratum censet. Sed legam ejus loco *τὰ λοιπά.* Geometria, falsis postulatis et principiis innixa, putribus his fundamentis *reliqua* inaedificat. [Affero hic locum Sexti Empir. adv. rhet. 3, 10. p. 312. qui mirum quantum ad locum Lucianeum explicandum facit: *κἂν γὰρ μυριάκις αὐτὸ ὑποτιθώμεθα σαθροῖς, ὥς φασι, θεμελίοις, οὐκ ἀκολουθήσει τὸ συμπέρασμα τῆς ζητήσεως ἐξ ἀνυπάρκτων ὁρμωμένης ἀρχῶν*].

C. 76. p. 386. *ὑποθέμενοι δὲ ταύτην φιλοσοφίαν ὀρθὴν εἶναι τῶν στωϊκῶν.* Lege vel *τὴν στωϊκῶν* vel *τὴν τῶν στωϊκῶν.* Paulo post pro *τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμαστάς τινας, ἡνίκα εὐδαιμονήσουσιν* rescribendum esse *ἡλίκα εὐδαιμ.* jam alii, ut nunc video, notaverunt. Corruptissima sunt ultima verba hujus capitis, quod solus Gesnerus animadvertit, cujus tamen versionem nemo facile Graece doctus probabit. Equidem pro *εἰ δὲ τοῦτο οὐχί* tentabam *εἶδες οὖν ἢ οὐχί,* et verba *οὐδέπω εὐδαίμων* pro glossa habebam praecedentis *ἀτελής.*

C. 77. p. 386. *παραδεδράμηκέ σε ὁ βίος ἐν ἀηδίᾳ καὶ καμάτῳ καὶ ἀγρυπνίαις κάτω νενευκότα.* Aut omnia me fallunt, aut legendum est *σοι — νενευκότι,* quod longe aliud quid sonat, quam *σε — νενευκότα.*

C. 82. p. 389. pro *ἐξεργάσασθαι* malim *ἐξειργάσθαι* ob sequens *παραδεδόσθαι.* —

HERODOTUS SIVE AETION.

C. 1. T. 1. p. 392. *ἃ δὲ ἐποίησεν* (Herodotus) *ἐπὶ τοῖς συγγράμμασι, καὶ ὡς πολλαχῶς τοῖς Ἕλλησι γνώριμος ἐν βραχεῖ κατέστη, καὶ ἐγὼ καὶ σὺ καὶ ἄλλος ἂν μιμησαίμεθα.* Vox *πολλα-*

χῶς nullum idoneum sensum praebuit. Non enim *multiplici ratione*, vel, ut vers. Lat. habet, *multis in locis* innotescere Graecis voluit, sed, uti ex sequentibus patet, quam celerrime et minimo labore *omnibus* Graecis. Scribo ὡς πολλοῖς οὖσι τοῖς Ἕλλησι etc. Quod egregie firmatur his verbis, quae statim sequuntur: ἐπεβούλευε δὲ, εἰ δυνατὸν εἴη, ἀθρόους που λαβεῖν τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. Mox cap. 2. p. 393. exstat πάνδημόν τινα κοινὴν ψῆφον, ubi vel κοινήν delendum est, vel καὶ κοινήν scribendum. Posterius praefero. Vitii originem v. in not. ad Nigrin. c. 11.

HARMONIDES.

C. 1. T. 1. p. 401. ἐπεὶ τό γε αὐλεῖν αὐτὸ (non *ipsum* sed *solum*) ἄνευ τοῦ ἔνδοξον εἶναι δι' αὐτὸ οὐκ ἂν δεξαίμην. Leges grammaticae postulare videntur ἄνευ τοῦ ἔνδοξος εἶναι. Sed ἔνδοξον quodammodo excusari posse video. Contrarium vero vitium sine dubio tollendum Phalar. alt. c. 5. T. 1. p. 515. ἐπεὶ πάντων ἂν εἴη τοῦτ' ἀτοπώτατον, πέμψαντά τινα μεγαλοπρεπὲς οὕτω δῶρον θεῷ, τὴν καταδικάζουσαν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ψῆφον λαβεῖν, καὶ μισθὸν κομίσασθαι τῆς εὐσεβείας τὸ κεκρῖσθαι μηδὲ τοῦ ἀνατιθέναι ἄξιος. ubi lege ἄξιον. Asin. c. 29. T. 2. p. 79. πρῶτον μὲν ὑψηλὸν ὄρος ἀναβαίνειν ἔδει, ὀρθὴν δεινῶς ὁδὸν, εἶτα καὶ ἀνυπόδητος ὄρει ἐν λιθίνῳ, ubi lege ἀνυπόδητον. Eandem confusionem agnovit jam Reitzius in Anach. c. 30. T. 2. p. 274. οἶδα γὰρ ὡς αὐτίκα ἕλοιο ἂν ἐκ πρώτης προσόψεως . . . συνεστηκὼς καὶ συγκεκροτημένος εἶναι μᾶλλον ἢ θρύπτεσθαι καὶ διαῤῥεῖν καὶ λευκὸν εἶναι etc., ubi optime correxit λευκὸς εἶναι. [Correctio in his et similibus, ubi de permutatione literarum *N* et *Σ* agitur, facilis sane est. Sed necessariam eam esse, nunc non contendam. Etenim „nonnunquam fit, praesertim in longiori orationis complexu, ut scriptoris animo sola relatio ad subjectum obversetur, sed immemor ejus, quod subjectum ipsum in accusativo praecesserit, usitatiorem loquendi modum inferat, nominativum ponens.“ Sic jam in programmate paschali a. 1816. de similibus nominativis, qui anacoluthiae speciem prae se ferunt, locuti sumus, exemplis appositis, altero Herodoti 2, 118. altero Plat. Lachet. c. 11. p. 186. A. Adde Herodot. 1, 2. fin.: λέγουσι Πέρσαι . . . τοὺς δὲ (τοὺς Ἕλληνας) ὑποκρίνασθαι, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνοι Ἰοῦς τῆς Ἀργείης ἔδοσάν σφι δίκας

τῆς ἁρπαγῆς, οὐδὲ ὧν *αὐτοὶ* δώσειν ἐκείνοισι. Cf. Schweigh. ad Herod. 1, 27. 1, 63. Et sic quoque, collato Platonis loco, explicandum censeo notissimum locum Soph. Phil. 54—64. Sed omnia haec exempla sunt nominativi pro accusativo; utrum vero accusativus etiam poni possit, ubi nominativum expectes, nunc non definio.] Nihil frequentius permutatione literarum *Σ* et *N* in scriptis Graecorum. Exempla jam olim dedimus in Observ. in Prop. p. 73. Similiter in Isocrat. Paneg. c. 8. οὐδεὶς γὰρ ἂν δύναιτο *δωρεᾶς* τοσαύτης τὸ μέγεθος εὑρεῖν, ἥτις ἴση τοῖς πεπραγμένοις ἐστίν, optime emendavit jam Wolfius *δωρεὰν τοσαύτην*. Noster Quom. hist. s. conscr. c. 33. T. 1. p. 428. ὥςτε οἰκοδομεῖ τι ἤδη καὶ αὐτός, ὡς δείξῃς οὐκ ἀνατρέψαι μόνον τὰ τῶν ἄλλων γεννάδας ὤν, ἀλλά τι καὶ αὐτὸς ἐπινοῆσαι *δεξιὸν* etc., ut nunc verba leguntur, jungendum est δεξιόν τι: sed malo scribere *δεξιός*; junge ὡς δείξῃς οὐ μόνον γεννάδας ὤν, ἀλλὰ καὶ δεξιὸς ὤν. — Mox cap. 2. p. 402. articulus τοῦ excidisse videtur in verbis ἐρᾷς μέν, ἔφη, εὖ ἴσθι οὐ μικροῦ πράγματος, ἐπαίνου καὶ δόξης, *καὶ (τοῦ)* ἐπίσημος εἶναι καὶ γιγνώσκεσθαι πρὸς τῶν πολλῶν. Articulus, quem addidimus, prorsus necessarius est; sed forsan καί delendum est, ἐπαίνου καὶ δόξης, τοῦ ἐπίσημος εἶναι καὶ γιγνώσκεσθαι etc., ita ut duo hi infinitivi explicandi causa ad duo illa substantiva adjecta sint.

SCYTHA.

C. 2. T. 1. p. 405. Κατὰ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν ἔδοξεν ἡ Ἀρχιτέλους γυνή, Ἀρεοπαγίτου ἀνδρός, ἐπιστάντα οἱ τὸν Σκύθην κελεῦσαι εἰπεῖν Ἀθηναίοις, ὅτι παύσονται τῷ λοιμῷ ἐχόμενοι, ἢν τοὺς στενωποὺς οἴνῳ πολλῷ ῥάνωσι. τοῦτο συχνάκις γενόμενον, οὐ γὰρ ἠμέλησαν οἱ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες, *ἔπαυσε μηκέτι λοιμώττειν* αὐτούς· εἴτε ἀτμούς τινας πονηροὺς ὁ *οἶνος* σβέσας τῇ ὀδμῇ, εἴτε ἄλλο τι πλέον εἰδὼς ὁ ἥρως ὁ Τόξαρις, ἅτε ἰατρικὸς ὤν, συνεβούλευσεν. Pro ἔπαυσε μηκέτι λοιμώττειν αὐτούς alii habent ἐποίησε μ. λ. α., cujus mutationis duae causae fuisse videntur; altera quod offenderent in infinitivo loco participii. Sed παύειν cum infin. satis exemplis fulserunt Reitz. ad h. l. Matth. Gr. Gr. §. 550. not. 3. (ed. I.) Alteram vero causam suspicor fuisse in μηκέτι, quae negatio ex nostro sensu prorsus abundat, cf. Heind. ad Plat. Lysid. c. 4. Phaedon. c. 153.

Soph. c. 43. Musgr. ad Soph. Antig. 263. Sic Lucian. adv. indoct. c. 3. T. 2. p. 347. *ἄφες ἐν τῷ παρόντι τὸ μὴ σύμπαντα σαφῶς εἰπεῖν.* Prometh. c. 6. T. 1. p. 69. *εἰ μὲν οὖν ἔξαρνος εἶ μὴ εἰργάσθαι αὐτά* etc. Lapith. c. 32. T. 2. p. 549. *ἀλλ' ἐκεῖνο οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο μὴ οὐχὶ φάρμακον ἀποδόσθαι* etc. (ubi cave *ἐκείνου* corrigas. Sic et Plat. Lys. c. 4. p. 8. Heind. *τὸ ἐρᾶν ἔξαρνος εἶ.*) Demosth. de cor. c. 51. p. 348. Harl. *ἀπειπεῖν τοῖς Ἀμφισσεῦσι τοῦ λοιποῦ μὴ ἐπιβαίνειν.* Plat. Charm. c. 35. *τὰ δ' ἀπιστεῖται σφόδρα μήποτ' ἂν τὴν ἑαυτῶν δύναμιν πρὸς ἑαυτὰ σχεῖν.* Palaeph. praef. *ἀπιστοῦσι τὸ παράπαν μηδὲν γίνεσθαι τούτων.* id. c. 32. *ὁπότε δὲ ἐπηρνοῦντο (ἀπηρνοῦντο) μὴ ἔχειν.* Haec exempla propterea addidi, quo appareret, iterari hoc *μή* ante solum fere infinitivum. Nam quae aliorum modorum exempla afferuntur, ea vel aliam explicationem admittunt, vel dubia etiamnum sunt. Hinc patet, cur, *μηκέτι* addens Lucianus, participio non uti potuerit, quod Solanus sensisse sed non explicare potuisse videtur. —Moneo vero praeterea, in ultimis verbis notabile *ἀκόλουθον* esse; nam *ὁ οἶνος σβέσας* cum reliqua oratione non conjunctus est. Melius procederet oratio, si Lucianus scripsisset *ἔσβεσε.* Sed scripsit *σβέσας*, quia ex antecedentibus adhuc *ἔπαυσε τὸν λοιμόν* in animo habuit; mox vero mutata constructione transiit in modum finitum, *ὁ Τόξαρις συνεβούλευσεν.* Non dissimile est, quod legitur Philops. c. 4. T. 2. p. 306. ubi pro *ἀποφαίνονται* exspectes *ἀποφαινόμενοι.*

VERA HISTORIA.

Lib. 1. c. 20. T. 1. p. 447. *κατὰ τάδε συνθήκας ἐποιήσαντο οἱ Ἡλιῶται καὶ οἱ σύμμαχοι πρὸς Σεληνίτας καὶ τοὺς συμμάχους . . . συμμαχεῖν δὲ τῇ ἀλλήλων, ἥν τις ἐπίῃ.* Sine dubio rescribendum *ἢ ἄν τις ἐπίῃ* [Lucianus expressit Thucyd. 1, 44. *ἐπιμαχίαν δὲ ἐποιήσαντο τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν, ἐάν τις ἐπὶ Κέρκυραν ἴῃ ἢ Ἀθήνας ἢ τοὺς τούτων ξυμμάχους.* Ita ut de correctione jam dubitem, sed differunt tamen inter se hi duo loci; nam apud Thucydidem regionis mentio fit, ubi socii auxilio sint, quam Lucianus non addidit].

C. 24. T. 1. p. 449. *ἔντερον δὲ ἐν αὐτῇ οὐδὲ ἧπαρ φαίνεται.* Correxeram olim *ἔντερον δὲ οὐδὲν ἐν αὐτῇ*, fere ut l. 2. c. 30. p. 470. dixit *δένδρον δὲ οὐδὲν οὐδὲ ὕδωρ ἐνῆν.* Sed vulgata bene se habet. Parasit. c. 53. T. 2. p. 254. *ἡ ὀργὴ αὐτοῦ χαλε-*

πὸν μὲν οὐδὲ σκυθρωπὸν οὐδὲν ἀπεργάζεται. Saturnal. c. 2. T. 2. p. 513. ἐν αὐταῖς δὲ ταῖς ἑπτὰ σπουδαῖον μὲν οὐδὲ ἀγοραῖον διοικήσασθαί μοι συγκεχώρηται, quem locum male sollicitarunt. Hippocrat. popul. l. 3. §. 63. T. 1. p. 724. οὖρα πολλὰ λεπτὰ κρίσιμον οὐδὲ χρηστὸν οὐδὲν ἔχοντα. cf. Beck. ad Demosth. de pac. c. 1. p. 43. 44.

C. 31. T. 1. p. 452. κατὰ μέσον δὲ καὶ λόφοι ἦσαν, ἐμοὶ δοκεῖν ἐκ τῆς ἰλύος ἣν κατέπινε συνιζάνουσα. Quo ultimum hoc participium referatur, non video; nam cum voce γῇ conjungi nequit propter interjectam vocem λόφοι; praestat συνιζανούσης, ut ad ἰλύος trahatur: ἐκ τῆς ἰλύος συνιζανούσης ἦσαν οἱ λόφοι. [Imo, si quid video, corrigendum est συνιζάνοντες, ad λόφοι referendum.]

C. 34. p. 454. ἀπηνείχθημεν. Scribe ἀπηνέχθημεν. Ionicam formam in scriptore attico vel atticissante non fero. V. vel in hujus ipsius scripti l. 2. c. 3. p. 459. προςηνέχθημεν c. 10. p. 462. προςηνέχθημεν. c. 20. p. 466. ἐπενηνεγμένη. c. 43. p. 476. κατενεχθῆναι. Icarom. c. 27. T. 2. p. 197. ἀνηνεγμένον (lege ἀνενηνεγμένον*) etc. Sed ipsum hoc ἀπηνείχθημεν hic a Schmiedero demum receptum est, cum in vulgatis exstet ἀπήχθημεν; quo minus de orthographia emendanda dubito.**) — Mox cap. 35. leguntur verba συμμαχίαν τε καὶ φιλίαν πρὸς ἑαυτοὺς πεποιημένοι, ubi πρὸς ἑαυτούς est pro πρὸς ἀλλήλους, quem illius pronominis usum ab Eust. ad Od. ε, 481. vituperatum exemplis ex Heliodoro, Thucydide et Sophocle petitis adstruxit Cor. ad Heliod. p. 7. Praeter Luciani locum addere quoque potes Xenoph. Hell. 2, 1, 7. ἐκ δὲ τῆς μάχης ταύτης συνέβησαν οἱ στρατιῶται αὐτοὶ αὑτοῖς; ubi αὐτοί est *sponte*, et αὑτοῖς pro ἀλλήλοις.

C. 37. p. 455. ἀπέθανον δὲ τῶν μὲν πολεμίων ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν, ἡμῶν δὲ εἷς καὶ ὁ κυβερνήτης τρίγλης πλευρᾷ δια-

---

*) Sic ἠνέχθω et ἠνεγμένον male scriptum est ap. Archimed. p. 83. l. 22. et l. 50. (ed. Bas. 1540) pro ἐνηνέχθω et ἐνηνεγμένον. Melior scriptura exstat ead. pag. l. 32. et 33. [Reduplicationis hujus omissionem verbo tantum tetigit Lob. ad Phryn. p. 33. Apud seriores multa ejus exempla exstant, quae utrum ipsis scriptoribus, an librariis imputare debeam, nescio.]

**) Atque nunc, addenda ad tomum priorem in tomo posteriori Schmiederi evolvens, ipsum ἀπηνέχθημεν e cod. Gorl. enotatum video.

παρεὶς τὸ μετάφρενον. Ridiculum loquendi genus, *e nostris cecidit unus et gubernator* etc. nam unus et gubernator sunt duo; quod si voluisset, scripsisset Lucianus sine dubio *ἡμῶν δὲ δύο, ὧν ὁ κυβερνήτης*, sive tale quid. Praeterea id quoque, quod gubernatoris genus mortis enarrat, in illo *uno* vero de eo tacet, satis asperum est. Quare non dubito, Lucianum dedisse *ἡμῶν δὲ εἷς, ὁ κυβερνήτης* etc. Et nunc video idem Gesnero et Schmiedero placuisse. — Mox c. 38. in verbis *τὴν ἡσυχίαν ἦγον*, articulus e nostro sensu abundat. Et sic sine articulo legitur jud. vocal. c. 2. T. 1. p. 31. *ἡσυχίαν ἀγαγόντα*, dial. marin. 15, 3. T. 1. p. 137. *ἡσυχίαν ἄγοντες*, ver. hist. 2, 20. p. 466. *σχολὴν ἄγοντα*, Hippocr. de aër. aq. et loc. c. 51. T. 1. p. 357. *ἡσυχίην ἔχουσι*, idem popular. 7, 10. T. 1. p. 836. *ἡσυχίην ἔσχεν*, Herod. 1, 11. *ἡσυχίην εἶχεν*, 2, 45. *ἡσυχίην ἔχειν*, Plut. Phoc. c. 34. *ἡσυχίαν ἦγεν*, Demosth. de cor. c. 12. *ἐὰν ἔχηθ' ἡσυχίαν*, Isocr. Areop. c. 20. *ἡσυχίαν εἶχον — εἰρήνην ἦγον*, Diod. 2, 19. *ἡσυχίαν ἔσχεν*, Long. Past. 3, 2. *σχολὴν ἄγων*, Arist. Ran. 324. *ἡσυχίαν ἄγειν*, Dio Cass. 36, 1. *ἡσυχίαν ἦγε*, id. 37, 15. *ἡσυχίαν ἦγεν*, id. 37, 52. *ἡσυχίαν ἔχειν*, Plato Phaedon. c. 154. p. 263. Heind. *ἡσυχίαν ἄγετε*, id. Protag. c. 113. p. 629. *ἡσυχίαν ἔχειν.* Cf. quoque Demosth. de cor. c. 20. 96. 97. Julian. in Constant. p. 15. Schaef. *ἄγειν εἰρήνην.* Sed nihil propterea mutandum est. Lucian. dial. deor. 15, 3. T. 1. p. 98. *τὴν ἡσυχίαν ἄγει*, Piscat. c. 27. T. 1. p. 262. *τὴν ἡσυχίαν ἄγειν*, Isocr. Paneg. c. 48. *τὴν ἡσυχίαν ἄγειν*, Dio Cass. 36, 7. *τὴν ἡσυχίαν ἦγον*, id. 36, 9. *τὴν ἡσυχίαν ἄγειν*, id. 36, 13. *τὴν ἡσυχίαν ἤγαγεν*, id. 38, 12. *τὴν ἡσυχίαν ἦγε*, id. 38, 14. *τὴν ἡσυχίαν ἀγαγόντος*, Demosth. de cor. c. 14. *ἤγετε τὴν εἰρήνην — ἦγον τὴν εἰρήνην*, Julian. in Constant. p. 4. Schaef. *ἦγον τὴν ἡσυχίαν* id. p. 21. *τὴν εἰρήνην ἄγειν.* Hoc aliquantulum uberius persecuti sumus, ut monstremus, quam caute in his procedendum sit. Similiter in ver. hist. 2, 1. p. 458., ubi nunc legitur *ἡμέρας μὲν ἑπτὰ καὶ νύκτας ἴσας*, exspectares *νύκτας τὰς ἴσας*, ut scriptum est 1, 10. p. 442. *ἑπτὰ δὲ ἡμέρας καὶ τὰς ἴσας νύκτας.* Arist. ran. 648. *οὐ καὶ σὺ τύπτει τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί*; sed cf. nostrum ver. hist. 2, 35. p. 473. *ἡμέρας μὲν οὖν τριάκοντα καὶ ἴσας νύκτας.* Apollod. bibl. 1, 7, 1. *ἐφ' ἡμέρας ἐννέα καὶ νύκτας ἴσας.*

TYRANNICIDA.

C. 5. T. 1. p. 481. ἐκεῖνος (sc. junior tyrannus, filius senioris) ἦν ὁ τοὺς δορυφόρους συνέχων, ὁ τὴν φρουρὰν κρατύνων, ὁ τοὺς ἐπιβουλεύοντας φοβῶν, ἐκεῖνος ὁ τοὺς ἐφήβους ἀνασπῶν, ὁ ἐνυβρίζων τοῖς γάμοις· ἐκείνῳ αἱ παρθένοι ἀνήγοντο καὶ εἴ τινες σφαγαὶ καὶ εἴ τινες φυγαὶ καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις καὶ βάσανοι καὶ ὕβρεις, πάντα ταῦτα τολμήματα ἦν νεανικὰ, ὁ γέρων δ' ἐκεῖνος ἠκολούθει καὶ συνηδίκει etc. Vides, ter illud ἐκεῖνος ad filium referri; quapropter in verbis postremis scribo ὁ γέρων δ' ἐκείνῳ ἠκολούθει etc. Mox c. 10. p. 483. in verbis εἰ γάρ τίς ἐστι τῶν πρὸ ἐμοῦ τιμᾶσθαι δίκαιος articulum τῶν corruptum esse, jam Gesnerus vidit. Scribo τούτων. *Si quis horum* (coronam andientium significat) *mihi praeferri meretur.*

ABDICATUS.

C. 6. T. 1. p. 492. ὅπερ καὶ αὐτὸ τοῦτο τοῦ πονήρως καὶ ἀνηκέστως ἔχειν ἐστὶ τεκμήριον legendum videtur ὅπερ καὶ αὐτοῦ τούτου τοῦ etc. Reitzii ad. h. l. ineptias nihil moror; mox pro ᾤκτειρον ἀξίαν οὖσαν, quod ambigue dictum interpretes exercuit, lego ᾤκτειρον ἀναξίαν οὖσαν, quod stabilitur verbis statim sequentibus καὶ παρὰ τὸ προςῆκον δυςτυχοῦσαν.

PHALARIS ALTER.

C. 8. T. 1. p. 516. χρὴ γὰρ τἀληθῆ πρός γε ἡμᾶς αὐτοὺς λέγειν, καὶ, τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ποιητῶν, ἄσπαρτα ἡμῖν καὶ ἀνήροτα φύεται τὰ πάντα. Respexit Lucianus Hom. Od. 9, 109. ἀλλὰ τάγ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται. Quapropter sine dubio rescribendus est singularis ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ; poëtam κατ' ἐξοχήν Homerum dici notissimum est, sicque parasit. c. 24. T. 2. p. 242. ὅτι δὴ μόνος κατὰ τὸν σοφὸν Ὅμηρον οὔτε φυτεύει χερσὶ φυτὸν, οὔτε ἀροῖ, ἀλλὰ τὰ ἄσπαρτα καὶ τὰ ἀνήροτα πάντα νέμεται, ubi lege: ἀλλ' αὐτὰ ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα etc. [vel potius ἀλλὰ τάγ' ἄσπαρτα πάντα κ. τ. λ. secundum τά enim sine dubio corruptum est.]

ALEXANDER.

C. 6. T. 1. p. 522. Ἀποσιτίζω falso legi apud Lucianum (Tom. 5. p. 70.) notat Schneiderus in Lexico. Sine dubio in-

tellexit hunc locum, ubi pro *ἐπεσιτίσαντο* cod. P. habet *ἀπεσιτίσαντο*. Verum legitur eadem vox quoque apud Aristaenet. 1, 3. Sermo est de avibus: *ὁ μὲν ἐπὶ πέτρας ἀναπαύει τὼ πόδε καθ' ἕνα· ὁ δὲ ψύχει τὸ πτερόν· ὁ δὲ ἐκκαθαίρει· ὁ δὲ ᾖρέ τι ἐκ τοῦ ὕδατος· ὁ δὲ εἰς τὴν γῆν κατανένευκεν, ἀποσιτίσασθαί τι ἐκεῖθεν*, ad quem locum haec sunt Abreschii verba: „Vereor, ne correctores hic loquantur, quibus cum parum videbatur procedere *ἐπισιτίσασθαί τι ἐκεῖθεν*, procuderint nobis illud *ἀποσιτίσασθαι*. Adde quod solenne sit verbum de iis, qui victui prospiciunt; accedit denique, quod descripta sint *αὐτολεξεί*, modo *κατανένευκεν* excipias, ex Philostr. p. 776., cujus verba jam apposuit Mercerus.“ Verum in Philostrati verbis, ut a Mercero citata sunt, etiam *ἀποσιτίσασθαι* legitur, atque differre *ἐπισιτίζεσθαί ποθεν* et *ἀποσιτίζεσθαί ποθεν* facile demonstrari possit. Haec avicula non *ἐπισιτίζεται ἐκ τῆς γῆς*, quod formicae faciunt, sed ubi aliquid, quod comedere possit, conspexit, hoc statim *ἀποσιτίζεται*.

C. 8. p. 523. *ῥᾳδίως κατενόησαν τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ὑπὸ δυεῖν τούτοιν μεγίστοιν τυραννούμενον, ἐλπίδος καὶ φόβου, καὶ ὅτι ὁ τούτων ἑκατέρῳ ἐς δέον χρήσασθαι δυνάμενος τάχιστα πλουτήσειεν ἄν· ἐν ἀμφοτέροις γὰρ, τῷ τε δεδιότι καὶ τῷ ἐλπίζοντι, ἑώρων τὴν πρόγνωσιν ἀναγκαιοτάτην τε καὶ ποθεινοτάτην* etc. Lat. interpr. „in utroque enim horum, quoties vel metueretur aliquid vel speraretur, videbant futuri scientiam et maxime necessariam et inprimis desiderabilem esse.“ Sed *τὸ δεδιός* est id, quod metuit, *τὸ ἐλπίζον* id, quod sperat; et propterea Graecismo non infrequenti illud *δέος*, hoc *ἐλπίδα* significat; hac ratione interpretatio Latina ita fere refingi posset, „in utroque enim et metu et spe“ etc. Sed malim voculam *ἐν* prorsus delere, ut e praecedenti *ἄν* ortam, ut sensus sit, ambobus enim, et ei, qui metuit, et ei, qui sperat, maxime necessariam esse hanc futuri scientiam. Nam ad homines Lucianum hoc retulisse monstrant quae sequuntur statim verba, *τῶν ἀνθρώπων ἀεὶ* etc. Exempla vitiosae lectionis ex iterata proxima syllaba ortae jam ad dial. deor. 6, 5. dedimus. Addo nunc Hippocr. de venis c. 14. T. 1. p. 302. *ἡ δὲ ἡπατῖτις ἐν ὀσφυ῏ μέχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου, κατώθεν δὲ σπονδύλοισι προςδιδοῖεν, ἐντεῦθεν μετέωρος δι' ἥπατος καὶ διὰ φρενῶν ἐς καρδίην*. Lege *προςδιδοῖ*.

C. 22. p. 529. *μάλιστα δὲ εὐδοκίμουν παρ' αὐτῷ αἱ κυτμίδες, ἀκόπου τι ὄνομα πεπλασμένον, ἐκ λίπους αἰγείου συντεθειμένον.* Nomen hujus remedii non est *συντεθειμένον*, sed ipsum remedium. Quapropter lege *συντεθειμένου*. Fefellit librarium praecedens *πεπλασμένον*, cui *συντεθειμένον* simile esse debere credidit.

C. 25. p. 530. *ἐρομένου γάρ τινος, τί πράττει ἐν ᾅδου ὁ Ἐπίκουρος; μολυβδίνας, ἔφη, ἔχων πέδας ἐν βορβόρῳ κάθηται.* Legebatur *μολυβδαίνας*. Quod nunc scriptum exstat, conjecerat Solanus, et, quamvis Reitzio contradicente, tamen, quum in uno cod. Paris. exstet, a Schmiedero receptum est. De veritate correctionis non dubitatum fuisset, si editores animadvertissent, efficere haec verba tetrametrum iambicum catalecticum, quod Wielandium non latuit.

C. 46. p. 538. *ἐς κόρακας, οὐκέτι τὸν τοιοῦτον οὔτε στέγη τις ἐδέχετο, οὔτε πυρὸς ἢ ὕδατος ἐκοινώνει.* Utique corrigendum *στέγῃ*. Nam subjectum est *οὔτις*, non quisquam [cf. Eurip. Orest. 46. ἔδοξε δ' Ἄργει τῷδε μήθ' ἡμᾶς στέγαις, μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προςφωνεῖν τινα μητροκτονοῦντας.]

C. 55. p. 542. *καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν θαῦμα τοῖς ὁρῶσιν ἔδοξεν, οὕτω μοι ῥᾳδίως γενομένης μεταβολῆς.* Luciano mutatio non facilis fuerat, sed Alexandro; verum Lucianus mutatus erat. Lege itaque vel *οὕτω μου* vel *οὕτως οἱ*. Posterius hoc praefero propter ordinem verborum.

DE SALTATIONE.

C. 14. T. 1. p. 551. *ἐν μέν γε Θεσσαλίᾳ τοσοῦτον ἐπέδωκε τῆς ὀρχηστικῆς ἡ ἄσκησις, ὥςτε τοὺς προστάτας καὶ προαγωνιστὰς αὐτῶν προορχηστῆρας ἐκάλουν. καὶ δηλοῦσι τοῦτο αἱ τῶν ἀνδριάντων ἐπιγραφαὶ, οὓς τοῖς ἀριστεύουσιν ἀνίστασαν. Προὔκρινε γάρ, φησι, προορχηστῆρα ἁ πόλις. καὶ αὖθις, Εἰλατίωνι τὰν εἰκόνα ὁ δᾶμος εὖ ὀρχησαμένῳ τὰν μάχαν.* Lege *προὔκρινε γάρ, φασι*, etc. Refertur ad inscriptiones. Sensit vitium Gesnerus vertens *ait una*, sed vox *una* sic non deesset. [Nunc nihil mutandum censeo.]. Mox c. 21. p. 552. ubi in verbis *οἳ τὸν Πρίαπον* etc. pronomen illud *οἳ* constructionem prorsus turbat, ita ut Solanus et Gesnerus *φασί* excidisse suspicati sint, pro *οἳ* potius *ἐστί* legendum videtur, quod praecedentibus annectatur. Confusionem genuit male intellectum scripturae compendium.

C. 30. p. 554. πάλαι μὲν γὰρ αὐτοὶ καὶ ᾖδον καὶ ὠρχοῦντο. Lege οἱ αὐτοί, quod Gesnerus versione expressit.

C. 70. p. 563. τὰ τρία μέρη αὐτῆς (τῆς ψυχῆς) καλῶς ὁ ὀρχηστὴς δείκνυσι, το θυμικὸν, ὅταν ὀργιζόμενον ἐπιδείκνυται, τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὅταν ἐρῶντας ὑποκρίνηται, τὸ λογιστικὸν, ὅταν ἕκαστα τῶν παθῶν χαλιναγωγῇ. Pro ἐπιδείκνυται legendum esse ἐπιδεικνύηται videri posset, ut ὑποκρίνηται et χαλιναγωγῇ sequuntur. Sed ipsum illud ἐπιδείκνυται conjunctivus est, producta vocali υ, de cujusmodi conjunctivis et optativis verborum in υμι monuerunt nuperrime Matth. Gr. Gr. §. 209. Buttm. Gr. Gr. p. 223. Heind. ad Plat. Phaedon. c. 58. Adde Nostrum Harmonid. c. 3. T. 1. p. 403. εἰ τοῖς ἁπανταχόθεν ἀνθρώποις ἐπιδεικνύμην τοὺς λόγους, ubi, quod cod. unus Par. habet ἐπιδεικνύοιμεν (et hoc vitiose pro ἐπιδεικνυοίμην), ex interpretatione rarioris formae fluxit; interpolatum hunc codicem reliqua in hoc loco lectionis varietas monstrat. Nicol. Damasc. in Creuzeri fragm. hist. Gr. p. 208. (ipsa enim Nicolai excerpta non sunt ad manum) καὶ ὁ παῖς εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἀνασχὼν, ὦναξ Ἄπολλον καὶ θεοὶ πάντες, εἶπεν, οὕστινας ὁ πατὴρ ἐτίμησεν, ἔλθετε νῦν γε ἡμῖν βοηθοὶ, καὶ μὴ συναπόλλυται Κροίσῳ πᾶσα ἀνθρώπων εὐσέβεια, ubi συναπόλλυται pro συναπολλύηται. Sed καὶ μή praeterea vitiosum est; legendum videtur ἵνα μή. Hippocr. de morb. l. 1. c. 7. T. 2. p. 9. καὶ λεχοῖ ἐπὶ γαστρὸς ὀδύνη ἣν δοίη (leg. δώῃ) τι ὁ ἰητρὸς, καὶ κακῶς σχῇ ἢ καὶ ἀπόλλυται, ὁ ἰητρὸς αἴτιος. [Galen. T. 2. p. 6, 8. εἰ ἐξετάζοιτο . . . εἰ δὲ καὶ μὴ μίγνυτό ποτε.]

AMORES.

C. 31. T. 1. p. 625. πλὴν ἐπεὶ τοῦτ' ἀμήχανον, - - - ξένοι τε ἐπ' ἀλλοτρίας γῆς ἀπειλείμμεθα. Ultimam vocem, quod mireris, Latinus interpres ab ἀπολείπω derivavit. Lege ἀπειλήμμεθα; „ἀπολαμβάνειν quoniam omnino significat *intercludere, intercipere*, de vento quoque a proposito itinere excludente proprium est vocabulum. V. Dorvill. ad Char. 3, 3. p. 363. ed. Lips. et conf. Wessel. ad Herod. 2, 115.“ Sic de hoc verbo Heind. ad Plat. Phaedon. c. 3.

IMAGINES.

C. 19. T. 2. p. 13. εἰκάσθω οὖν καὶ αὐτὴ Θεανοῖ τε ἐκείνῃ

etc. Verba καὶ αὐτή, ut accuratius totum locum legenti statim patebit, hic nullum locum habent. Nam significarent, alias jam foeminas cum Theano etc. collatas fuisse, quod a sententia prorsus abhorret. Lego κατ' αὐτά sc. τὸ ἥμερον καὶ τὸ προςηνές, quae praecedunt.

APOLOGIA PRO IMAGINIBUS.

C. 12. T. 2. p. 19. 20. ταῦτα μὲν ἔλεγεν ἐκείνη. σὺ δὲ σκόπει, ὦ Λυκῖνε, ὅπως μετακοσμήσῃς τὸ βιβλίον, καὶ ἀφαιρήσῃς τὰ τοιαῦτα μηδὲ σφαλῇς πρὸς τὸ θεῖον, ὡς ἐκείνη πάνυ γε αὐτὰ ἐδυςχέραινε, καὶ ὑπέφριττε μεταξὺ ἀναγινωσκομένων, καὶ παρῃτεῖτο τὰς θεὰς ἵλεως εἶναι αὐτῇ, καὶ συγγνώμη, εἰ γυναικεῖόν τι ἔπαθε. καίτοι, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ αὐτῷ ἐμοὶ τοιοῦτόν τι εἰπεῖν ἔδοξε· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἀκούων, οὐδὲν ἐπλημμέλησα, ἐνορῶν τοῖς γεγραμμένοις· ἐπεὶ δὲ ἐκείνη ἐπεσημήνατο, καὶ αὐτὸς ἄρχομαι τὰ ὅμοια γιγνώσκειν περὶ αὐτῶν· etc. Verba haec nonnullis vitiis inquinata sunt; pro συγγνώμη legendum vel συγγνώμην, vel, qūod magis placet, συγγνῶναι. [Causam mutationis nunc nullam video.] Tum τοιοῦτόν τι εἰπεῖν sensu idoneo prorsus caret, quod jam Solanus vidit. Desideraveram olim pro εἰπεῖν, συμβῆναι vel tale quid. Cod. unus praebet παθεῖν, sed tum deberet esse αὐτὸς ἐγὼ ἔδοξα. Nunc jam simplicissimum videtur rescribere τοιοῦτόν τι εἶναι. εἶναι sc. ἐν τῷ βιβλίῳ, τοιοῦτόν τι, sc. οἷον ἡ Πανθέα εἶπεν. Mox recte jam ab aliis emendatum est οὐδὲν πλημμέλημα ἐνεώρων.

C. 29. p. 28. μακρὰ γὰρ εἴρηταί σοι ταῦτα, (sic legendum e cod. Gorlic.) καὶ ὑπὲρ τὸ ὕδωρ τὸ ἐγχυνόμενον. ubi ante Solanum in omnibus et scriptis et editis exaratum erat ἐκχυνόμενον. Similiter cum cap. 15. legeretur οὔτε ὕδατος ἡμῖν ἐκχυθέντος, eodem sponsore nunc excusum est ἐγχυθέντος. Neque ego quidquam contra monere audeam, cum semper in hac forensi formula ἐγχεῖν ὕδωρ occurrat. Ἐγχύνω vero non minus in ordinem recipi meretur, quam ἐκχύνω, quod suo loco Schneiderus habet, ad ἀνηνεμία nos ablegans.

JUPITER CONFUTATUS.

C. 1.

Πλοῦτον, ἢ χρυσὸν, ἢ βασιλείαν αἰτῶν. Tres codd. optimae notae habent καὶ χρυσὸν καὶ βασιλείαν. Parum inter-

est. *Καί* et *ἤ* saepius confusa, cf. §. 15. Quod post *πλοῦτον* praeterea *χρυσόν* infert, quamquam et ipse ad *πλοῦτον* referatur, solito hoc facit pleonasmo, praesertim in vividiori oratione; cf. Saturn. c. 2. *τὰ μεγάλα δὲ ἐκεῖνα, τὸν πλοῦτον καὶ τὸ χρυσίον ὁ Ζεὺς διαδίδωσιν, οἷς ἂν ἐθέλῃ.*

ἅπερ εὐκταιότατα τοῖς πολλοῖς. Melius ita scribitur, quam, quod in cod. Ox. invenitur, *τοῖς ἄλλοις*, solita confusione. Nam *οἱ ἄλλοι* omnes reliquos se solo excepto includeret, quod arrogantis esset. Cod. 3011. utrumque in textu habet *ἄλλοις πολλοῖς*, cujusmodi *διττογραφίας* non raro librarii in textum receperunt, incerti, utram lectionem eligerent. Sic Aristaen. Ep. 1, 2. *μόλις, ἔφησαν, κατέβημεν καιρὸν εὔκαιρον εὑροῦσαι, λαβοῦσαι*, ubi vel *εὑροῦσαι*, vel *λαβοῦσαι* sufficit.

τὰ πολλά plerumque, ne cum *παρακούοντα* jungas. — *ἐβουλόμην* saepius ita, contra morem Atticorum, pro *ἠβουλόμην* in optimo quoque scriptore reperies.

ὡς φῄς sic e duobus codd. (P. et G.) et editione Juntina dedi pro *ὡς ἔφης*. Hoc enim plerumque ad verba refertur paulo remotiora, *ὡς φῄς* vero dicitur, ubi ad proxime antecedentia spectatur. Sic Dial. deor. 18, 1. *μεθύων, ὡς φῄς*, quod refertur ad ea, quae Juno dixerat, *διεφθαρμένος ὑπὸ τῆς μέθης*. Contempl. c. 18. Anach. c. 13. Jup. confut. c. 4. 7. 9.

ἀπόκριναι δή μοι. Medium omittunt nonnulli, male. Est *responde jam mihi* sc. quoniam me non repulsam laturum promisisti.

μικρά γε ὡς ἀληθῶς ἡ εὐχή. Quod pro postrema voce Cod. P. offert, *ἡ αἴτησις*, ex interpretatione fluxisse videtur, hausta illa ex initio capitis *βασιλείαν αἰτῶν*. Ceterum *ὡς*, quod ante *ἀληθῶς* legitur, vim hujus adverbii intendere, notissimum est. Ponitur praecipue sic ante superlativa et *ἀληθῶς*. Neque tamen desunt loci, ubi aliis adverbiis adjunctum est. Sic Demosth. de coron. c. 96. p. 574. Harl. *ὡς ἑτέρως*, ubi Toupius erravit; *ὡς ἐπίπολυ* Thucyd. 1, 12. cf. Heind. ad Platon. Phaedon. c. 50. Viger. Idiot. p. 563. Mox *εὐχὴ πρόχειρος* est *votum, quod facile impleri potest.*

ἰδοῦ ταῦτα, ὦ Ζεῦ. Est respondentis, qui ea, quae interroganti obscura adhuc sunt, explicaturus est.

ἀνέγνως γὰρ δηλονότι. Legisti enim *sine dubio.* Sic dial. deor. marin. 12, 2. *οἱ δὲ ἀνασπάσαντες σώσουσι δηλονότι*

ubi male verba *σώσουσι δηλονότι* e glossemate repetiit Schmiederus. dialog. mort. 18, 2. *ἄμορφα δηλονότι αὐτῷ δόξει.*

εἰπὲ οὖν μοι, εἰ ἀληθῆ ἐστιν. Cod. Oxon. omittit *εἰ*, quod omitti quidem potest; cum tamen reliqua omnia exemplaria id retineant, probumque sit, locum suum retinuit. Mox in nonnullis *εἱμαρμένης*, etiam in Ald. sec., male exaratum est pro *εἱμαρμένης*.

ἄφυκτα εἶναι, ὁπόσα ἂν αὗται ἐπινήσωσι γεινομένῳ ἑκάστῳ. Ex Homero petitum notarunt jam interpretes Iliad. 20, 127. 128.

ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται, ἅσσα οἱ Αἶσα
γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ.

Patet vel ex hoc loco in citandis poetae alicujus aut alia dialecto scriptis verbis, etiam ubi non ipsa verba, sed sensum tantum verborum afferunt, non semper poetica verba vulgaribus mutasse, neque, quae alia dialecto, ut ionica, prolata essent, in atticam transtulisse. Sic *γεινόμενος* pro *γεννώμενος* sive *γεννηθείς* (qua forma Lucianus utitur dial. mort. 30, 2. ad eundem Homeri locum respiciens) poetarum est epicorum. Quintus Smyrn. 11, 273. sqq. *Αἶσα*

ἅζετο δ' οὔτε Ζῆνα πελώριον, οὔτε τιν' ἄλλων
ἀθανάτων· οὐ γάρ τι μετατρέπεται νόος αἰνὸς
κείνης, ὅντινα πρῶτον ἐπ' ἀνδράσι γεινομένοισιν,
ἀνδράσιν ἢ πολίεσσιν, ἐπικλώσηται ἀφύκτῳ
νήματι.

qui locus mire cum Lucianeo nostro congruit. Sic in Hermotimo, cum initio Hippocrateum illud, *βραχὺς μὲν ὁ βίος, μακρὴ δὲ ἡ τέχνη*, ipsis medici verbis protulisset auctor, iterum c. 63. ad ea respiciens inverso ordine dixit: *εἴ γε ἀληθῆ ἔλεγες ἐν ἀρχῇ, ὡς ὁ μὲν βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρή*, servato ionismo in *μακρή*. Imag. c. 12. *ἄμειψαι αὐτῷ τῷ μέτρῳ, φασίν*, (scribe *φησίν*, respicit enim ad Hesiodum, nisi forte proverbii vim obtinuerunt haec verba) *ἢ καὶ λώϊον, δύνασαι γάρ*, ubi *λώϊον* ex Hesiodo remansit, ceteris verbis mutatis. Pro *ἄφυκτα* in nostro Luciani loco omnes et scripti et editi, etiam Ald. 2. et Basil. 4., habent *ἄφευκτα*; emendatum est ex margine Ald. 1. Similiter in Quom. hist. s. conscr. c. 62. omnes praebent *ἄφευκτον* (Ald. 2. et Hag. quoque), ubi Solanus e conjectura edidit *ἄφυκτον*. Et vero sic saepissime in Luciano occurrit; indicaverunt locos jam

Solanus et Reitzius. Dial. deor. 17, 1. *ἔπειτα δὲ συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν ἱκέτευε*, ubi scribendum esse *ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενος, αὐτὸν ἱκέτευε* jam supra monuimus. Herm. c. 79., ubi tamen pro *ἄφυκτα* longe plurimae editiones, etiam Ald. 2. et Hagan., habent *ἄφικτα*, quod ferri nequit. Anach. c. 2. 29. 32. de luct. c. 2. de dips. c. 2. Per se *ἄφευκτος* damnari nequit; *φευκτὸς* et *ἀνέκφευκτος* offert Reitzius, quamvis sine exemplo; adverbium *ἀφεύκτως* Stephanus, ipsum *ἄφευκτος* Schneid. in Lex., neque tamen ulla auctoritate munitum. Quapropter, praesertim ob constantem usum Lucianeum *ἄφυκτα* reliqui; Quintus quoque l. c. *ἀφύκτῳ νήματι*. Etiam in sequentibus verbis magnam cum Quinto similitudinem agnosces, cum uterque eodem verbo *ἐπικλώθειν* utatur. Conf. quoque dialog. mort. 30, 2. *ἐπεκέκλωστό μοι ὑπὸ τῆς μοίρας*, ibid. 19, 2. *οὐ γὰρ ἐγὼ τούτων αἴτιος, ἀλλ' ἡ μοῖρα, καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς οὕτως ἐπικεκλῶσθαι*, contempl. c. 16. *κατόψει καὶ Μοίρας ἄνω ἐπικλωθούσας ἑκάστῳ τὸν ἄτρακτον*. Ceterum Cod. 3011. habet *καὶ ὁπόσα ἂν* etc., quod ad innumera illa exempla pertinet, ubi *καί* a librariis intrusum est.

οὐδὲν γάρ ἐστιν, ὅ,τι μὴ αἱ Μοῖραι διατάττουσιν. Scribere potuit Lucianus *οὐδὲν γάρ ὅ,τι οὐ αἱ Μοῖραι διατάττουσιν*. Sed praetulit pleniorem orationem, in qua recte *μή* poni, docuit Buttm. Gr. Gr. §. 135. sub. fin. cf. Heind. ad Plat. Phaedon. c. 136. Sed invenitur etiam *οὐ*. Exemplum habet ex argumento Athenaei Herm. ad Vig. no. 29. p. 709. Nec dissimile est illud Lycurgi adv. Leocratem c. 11. *οὐκ ἔστιν ἥτις ἡλικία οὐ παρέσχετο αὐτήν*. Lucian. Piscat. c. 32. *οὐκ ἔστιν, ὅςτις οὐ φιλοσοφίαν αὐτὴν ᾐτιᾶτο*. Demon. c. 10. *οὐκ ἔστιν ὅντινα οὐκ οἰκεῖον ἐνόμιζεν*. Cf. quoque Demosthen. de coron. p. 422. et p. 430. Harl. Plat. Protag. c. 22. Mox in fine hujus capitis pro *ἄλλως γενέσθαι* malim *ἄλλως γίγνεσθαι*, nam aoristi nullum hic usum video.

ὑπὸ τῷ ἀτράκτῳ στρεφόμενα non sunt ea, quae *ὑπὸ τοῦ ἀτράκτου στρέφονται*, sed quae *ἀτράκτου στρεφομένου* simul *στρέφονται*, ut Parcae, colum versantes, simul ea nent, quae homini eventura sunt. Sic. c. 7. *καὶ ἀΐδιος ἡ δουλεία γίγνεται, ὑπὸ μακρῷ τῷ λίνῳ στρεφομένη*.


C. 2.

ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς ποιήσεως. Iliad. 20, 336. Solanum vero et Reitzium male habuit, quod, cum in eodem Iliados libro hic versus reperiatur, Lucianus dicat *ἐν ἑτέρῳ μέρει*, quo Odysseam significari debuisse contendunt. Verum dixit *ἐν ἑτέρῳ μέρει* pro *ἐν ἄλλῳ μέρει*, ut saepius *ἕτερος* pro *ἄλλος* ponitur. *Ἄλλον* autem sive *ἕτερον μέρος* et tum dici potest, ubi versus aliquis alio ejusdem libri loco reperitur. Caeterum in ipso Homeri versu vitia librariorum haec reperiuntur: *δὴ δόμον* cod. Oxon. *ἀΐδιος* plurimae edd. vett. *Αἶδος* Bas. quart.

καὶ τὰ τοιαῦτα cf. Odyss. 1, 34.

γίγνεσθαι ἔξω τοῦ νόμου est *fieri contra legem*, ut *γίγνεσθαι ὑπὲρ τὸ λίνον*, *fieri aliter, quam filum illud neverant Parcae*, ut *ὑπὲρ μοῖραν* erat *aliter, quam Parca voluit.* Cod. Gorl. et 3011. inverso ordine praebent *ἂν οὕτω γένοιτο*, nisi quod posterior *γείνοιτο* habet, cum menti librarii obversaretur praecedens *γεινομένῳ*. Tum *οὐδὲν ὑπὲρ τὸ λίνον* Cod. Gorl., quod vividioris esset orationis, quae hic non convenire videtur. Scholion ad *ἔξω τοῦ νόμου*, quamvis mihi non intellectum, hic repraesentabo:

Πλατωνικὸν τὸ θεώρημα,



ἐκ τῶν Μουσῶν κατεχόμενοι ᾄδουσιν. Sic semper fere in hac phrasi *ἐκ* pro *ὑπό*. Etiam in aliis passivis *ἐκ* pro *ὑπό* usurpatur, Xenoph. exped. Cyri p. 192, 6. *ἐκ βασιλέως δεδομέναι.* Soph. Antig. 973. Sic quod Procop. hist. arc. c. 9. dixit *καταταθεὶς ὑπὸ βασάνου*, idem p. 92. extulit *ἐκ τοῦ βασάνου καταταθείς*. Pro *ᾄδουσιν* scribendum esse *ᾄδωσιν* uberius monstratum est in disputatione de relativorum *ὃς ἄν*, *ὡς ἄν* et similium varia constructione apud Lucianum, quae disputatio criticis notis in Lucianum est praemissa.

καὶ καθ' αὑτοὺς ποιῶσι, *et cum soli per se* (non a Musis invitati) *canunt.* Sic philops. c. 22. *κατ' ἐμαυτὸν εἰς τὴν ὕλην ἀπῄειν.* Toxar. c. 48. *καθ' ἑαυτὸν οὐκ ἀξιόμαχος ὤν.* Soph. Oed. Tyr. 62.

τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἕν' ἔρχεται
μόνον καθ' αὑτόν, κοὐδέν' ἄλλον.

Plut. Jul. Caes. c. 43. αὐτοὶ καθ' ἑαυτούς. Herodotus in eadem significatione praepositione ἐπί usus est 2, 2. ἐντειλάμενος (τὰ παιδία) ... ἐν στέγῃ ἐρήμῃ ἐπ' ἑωυτῶν κέεσθαι αὐτὰ —. Ceterum ποιεῖν de poetis notissimum est, cf. Athen. 13, 81. p. 603. F. 14, 23. p. 627. D. Diog. Laert. Praef. p. 3. et 2, 42.

καὶ ξυγγνώμη, εἰ etc. Sic pro συγγνώμη e codd. Pariss. Schmiederus. Ellipsis verbi substantivi post συγγνώμη frequentissima est: de merc. cond. c. 8. ἀλλὰ συγγνώμη, εἴ τις ἡδονῇ χαίρει. Mox ἐῤῥαψῴδει nihil aliud est, nisi ᾖδεν; nam Musae sunt, quae per poëtas, ex poëtarum ore, canunt. Jam vero cum ea, quae poetae veteres de deis eorumque factis cecinere, Christianis nugae et mendacia visa sint, hinc factum est, ut ῥαψῳδίας in malam partem de nugis et mendaciis intelligerent. Ῥαψῳδία, φλυαρία, λόγων συναφὴ, ἀδολεσχία et ῥαψῳδῆσαι, φλυαρῆσαι Suidas. Ipsum vero nomen ῥαψῳδός eodem quoque modo usurpatur, quod Lexica hucusque ignoraverunt. Ignat. Epist. 11. p. 240. edit. 1608. de cacodaemone: τὸ δὲ πλανὸν πνεῦμα ἑαυτὸ κηρύττει, ἑαυτὸ δοξάζει· τύφου γάρ ἐστι μεστὸν, ψευδολόγον ὑπάρχει, ἀπατηλὸν, θωπευτικὸν, κολακευτικὸν, ὕπουλον, ῥαψῳδὸν, φλύαρον, ἀσύμφωνον, ἀμετροεπὲς, γλίσχρον, ψοφοδεές.

οὕτω φήσομεν. Cave corrigas φήσωμεν; nam in ejusmodi primis personis et conjunctivus et indicativus futuri bene se habet.

οὐ τρεῖς αἱ Μοῖραί εἰσι, Κλωθὼ, Λάχεσις, οἶμαι, καὶ Ἄτροπος. Articulum αἱ male omittit cod. Oxon. Mox καὶ Λάχεσις cod. Oxon. et Gorl., ita tamen, ut nescias, utrum οἶμαι retineant necne; a Gorl. saltem abesse videtur; quapropter καί addidimus, οἶμαι vero uncis inclusimus, quoniam parum apto loco positum videtur. Sed scripsit, ni fallimur, Lucianus Κλωθὼ, οἶμαι, καὶ Λάχεσις καὶ Ἄτροπος.

Πάνυ μὲν οὖν. Scholion, quod huic loco adpictum est, pertinet potius ad sequentia Jovis verba οὐ Θέμις ἅπαντά σε εἰδέναι etc. Ipsum scholion sic se habet: τοῦτο καθ' Ἑλλήνων ἠπόρησεν, (male plena distinctio posita erat,) εἴτ' ἄλλο τι δύναται εἱμαρμένη καὶ τύχη παρὰ τῆς μοίρας (lege et sententia et grammatica postulante παρὰ τὰς μοίρας; cf. Vig. 9, 6. 4. p. 644. 645.), εἴτε ἰσοδυναμοῦσι. διὸ ὡς μεγάλης οὔσης τῆς ἀπορίας ἐποίησε τὸν Δία . . . περὶ αὐτῶν ἀποκριθῆναι (ἀποριθῆναι cod. unde ἀπορηθῆναι Graevius. ἀποκριθῆναι recte Jensius

restituit.) *δυνάμενον.* Lacunam explet Jensius in hunc modum: *τὸν Δία ἀποροῦντα περὶ αὐτῶν ἀποκριθῆναι μὴ δυνάμενον*, ubi ut negativa *μή* necessaria est, ita *ἀποροῦντα* post *μεγάλης οὔσης τῆς ἀπορίας* maximopere friget, ne insulsum esse dicam. Nisi majorem lacunam spatium, quod relictum est, proderet, scriberem: *ἐποίησε τὸν Δία μὴ περὶ αὐτῶν ἀποκριθῆναι δυνάμενον.* Nunc suspicor fuisse: *ἐποίησε τὸν Δία ἐλεγχόμενον μὴ π. α. ἀπ. δ.*

C. 3.

πολυθρύλληται γὰρ καὶ αὗται. Tres codd. Oxon. Paris. 3011. et Gorl. *γὰρ πάνυ καὶ αὗται*, quod e varia lectione fluxisse videtur *πάνυ θρυλλητοί*, quamquam *θρυλλητός*, in Schneideri Lexic. deficiens, neque mihi se obtulit. Quin tamen Graecum sit, ne dubites.

τίνες πότ' εἰσὶν καὶ τί δύναται αὐτῶν ἑκάτερα. Sic bene e codd. Oxon. et Gorl. recepit Schmiederus pro vulgata, cui et meae editiones omnes adstipulantur, *τίνες εἰσὶν, ἢ τί δύναται* etc. Istud *ποτὲ* Cynisco *ἀποροῦντι* maxime convenit, et *καί* copulativum aptius esse disjunctivo *ἤ* facile apparet. Etiam alibi *ἤ* et *καί* confusa. Quod praeterea cod. Oxon. praebet *δύνανται*, librario debetur, ad praecedens *εἰσίν* respicienti. Non minus bene mox *ἤ τι* (male editi *ἢ τί*) *καὶ ὑπὲρ ἐκείνας* scriptum est ex iisdem duobus libris, ubi *καί* vulgo deest.

μηδὲν εἶναι — δυνατώτερον. Usitatus esset *οὐδὲν εἶναι δυνατώτερον.* cf. Buttm. Gr. Gr. §. 135. 2. d. Sed et *μή* sic in sermone obliquo poni, idem observat apposito exemplo Xen. Hell. 3, 2, 19. *ἐνόμισαν αὐτὸν μὴ βούλεσθαι μᾶλλον ἢ μὴ δύνασθαι.*

τίνος δ' οὖν ἕνεκα ἠρώτησας τὸ περὶ τῶν Μουσῶν; Legebatur *ἠρώτησάς ποτε περὶ* etc. Articulus receptus est jam a Reitzio, Solano monente, e duobus codd. (Oxon. et Paris.) totidemque editionibus (Junt. et Ven. 2.). Scribendum erat junctim, *ἠρώτησάς ποτε τὸ περὶ* etc., quod nos, praesertim uno cod. Paris. 3011. suffragante, admisimus. Illud *ποτέ* non minus emphasin sic habet, quam paulo ante. In verbis praecedentibus *ὦ Κυνίσκε* interjectio *ὦ* sollemni omissione in cod. Oxon. deest.

C. 4.

ἦν πρότερον. Cod. Paris. 3011. *ἦν μὴ πρότερον*, absurde.

Mox ὦ Ζεὺς pro ὦ Ζεῦ edit. Bas. 4. Eadem, vitio ut videtur typographico, ἠρῆσθαι pro ἠρτῆσθαι. Ut hic ἠρτῆσθαι ἀπὸ τοῦ λίνου τῶν Μοιρῶν, sic Contempl. c. 16. κατόψει καὶ Μοίρας ἄνω ἐπικλωθούσας ἑκάστῳ τὸν ἄτρακτον, ἀφ' οὗ ἠρτῆσθαι ξυμβέβηκεν ἅπαντας ἐκ λεπτῶν νημάτων, ubi magis proprie locutus est auctor, nam ἤρτημαι ἀπό τινος est *dependere de aliqua re*, ope alicujus vel funiculi, vel corrigii, vel alius ejusmodi rei, sed cujus ope dependeo, ἐκ τούτου ἤρτημαι. Sic ver. hist. 2, 31. ἐκ τῶν αἰδοίων ἀπηρτημένον, ubi ἀπηρτημένον est ἠρτημένον ἀπὸ τούτου, quidquid illud fuerit, de quo dependet Cinyrus. Proprie igitur h. l. dicendum esset ἠρτῆσθαι ἐκ τοῦ λίνου αὐτῶν. Nam propiorem nexum ἐκ significat, remotiorem ἀπό. Sed quoniam, quod ἔκ τινος alicui rei annexum est, semper ἀπὸ τούτου dependet, hinc saepius factum est, ut ἐκ poneretur, ubi ἀπό ponendum esset, ut in exemplo, quod affert Matth. Gr. Gr. §. 574. ex Herod. 4, 10. ἐκ τῶν ζωστήρων φορεῖν φιάλας, et mox in nostro αἰωροῦσα ἐκ τοῦ ἀτράκτου, καθάπερ οἱ ἁλιεῖς ἐκ τοῦ καλάμου. Rarius vero accidit, ut, quemadmodum in nostro loco, ἀπό locum, quem ἐκ sibi vindicat, occupavit. Sic tamen statim ἀπὸ σειρᾶς ἀναρτησόμενος et ἀπὸ νήματος κρεμάμενος.

τί δ' οὖν ἐμειδίασας; Schol. ad h. l.: τοῦ Διὸς εἰπόντος, ὅτι ἡμεῖς οἱ θεοὶ τοῦ νήματος ἠρτήμεθα τῶν μοιρῶν, ὁ Κυνίσκος ἐγέλασε, ubi non minus bene ἠρτήμεθα τοῦ νήματος pro ἐκ τοῦ νήματος. Sic, quod e Luciano modo vidimus ἀπηρτημένον ἐκ τῶν αἰδοίων, Arist. Plut. 315. extulit τῶν ὄρχεων κρεμᾷν. Lucian. Toxar. c. 6. ἐκκρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων.

ἐκείνων τῶν Ὁμήρου ἐπῶν Il. 8, 18—27.

ἃ πεποίησαι. Sic ut exquisitius pro ἐν οἷς edidi e duobus codd. (Oxon. et Paris. 3011.). Mutatum est a librariis, qui constructionem non percipientes, non viderunt ἃ referri ad δημηγορῶν.

ἀναρτησόμενος receptum est a Reitzio ex Oxon. et edit. Francof. 1546, pro ἀναρτησάμενος, quod pertinaciter ceteri omnes et scripti et editi, etiam quos contuli, tuentur. De constructione ἠπείλεις ὡς ἀναρτησόμενος, *minatus es, te suspensurum*, cf. Heind. ad Plat. Phaedon. c. 99.

ἔφης γάρ. Cod. Paris. 2954. et ed. pr. ἔφησθα γάρ. Lucianus ἔφης fere praefert. Quae mox sequuntur, sic legenda sunt: ἔφης γὰρ αὐτὸς μὲν τὴν σειρὰν καθήσειν ἐξ οὐρανοῦ,

τοὺς θεοὺς δὲ ἅπαντας, εἰ βούλοιντο ἐκκρεμαννύμενοί σε κατασπᾶν βιάζεσθαι, οὐ μὴν κατασπάσειν γε, σὺ δὲ, ὁπόταν ἐθελήσῃς, ῥᾳδίως ἅπαντας

αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαι, αὐτῇ τε θαλάσσῃ.

Αὐτὸς μὲν τὴν σειράν, quod duo codd. Solani praebuerunt, jam Schmiederus receperat; opponuntur *αὐτός* et *οἱ θεοὶ ἅπαντες*. Eundem ordinem jam voluerat Solanus, haud obtemperante Reitzio, qui more solito in nota ad h. l. nugatur. Tum *ἐκκρεμαννύμενοί σε* e conjectura nostra, *ἐρύσαι* vero, in quod jam olim incideram, ex codd. Oxon. et Gorl. et margine ed. Ald. pr. receptum est. *ἐκκρεμαννύμενοι* quoque Reitzius voluerat. Emendationes has sensus et sermo Graecus postulaverunt; *ἐκκρεμαννυμένους* nullo modo ferri poterat, neque enim cohaeret cum *τοὺς θεούς*, sed cum *οἱ θεοί*, quod latet in *εἰ βούλοιντο*. Quominus vero credas, *εἰ βούλοιντο* absolute esse positum, impedit infinitivus *βιάζεσθαι*, qui ab hoc *βούλοιντο* pendet, neque ullam grammaticam relationem ad *τοὺς θεούς* habet. Non minus propter justam orationis juncturam necessarium erat, ut *ἐρύσαι* asciretur, cum nexus membrorum hic sit: *ἔφης γὰρ, αὐτὸς — λαθήσειν — τοὺς θεοὺς δὲ — κατασπάσειν — σὺ δὲ — ἐρύσαι*, ubi, quod rursus nominativus *σύ* post accusativum *τοὺς θεούς* inferatur, qui ad subjectum in *ἔφης* respicit, id sollemni Graecorum usu factum est; cf. Demosth. de coron. p. 268. et 286. Xenoph. Anab. Cyr. 1, 3, 6. Memorabilis in hac re locus est Herodoti 2, 118., qui monstrat, quantopere huic constructioni Graeci assuefacti fuerint, uti ibi etiam eam adhiberent, ubi aliis ex causis locum habere nequeat. Verba sunt haec: (*οἱ ἱρεῖς ἔφασαν*) *τοὺς δὲ Τεύκρους τὸν αὐτὸν λόγον λέγειν τότε καὶ μετέπειτα καὶ ὀμνύντας καὶ ἀνωμοτὶ, μὴ μὲν ἔχειν Ἑλένην μηδὲ τὰ ἐπικαλεύμενα χρήματα, ἀλλ' εἶναι αὐτὰ πάντα ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ οὐκ ἂν δικαίως αὐτοὶ δίκας ὑπέχειν, ἃ Πρωτεὺς ὁ Αἰγύπτιος βασιλεὺς ἔχει*; ubi post accusativum *αὐτὰ εἶναι* nominativus *αὐτοὶ ὑπέχειν* scriptus est, qui referatur scilicet ad subjectum totius periodi; sed immemor erat Herodotus, se jam in subjecto oratione obliqua usum esse, *τοὺς Τεύκρους λέγειν*, non *οἱ Τεῦκροι ἔλεγον*. Ad ceteram in nostro loco varietatem lectionis quod attinet, *τοὺς θεοὺς ἅμα πάντας* afferunt codd. Ox. et Gorl., quod non deterius est vulgata. Tum pro *ἐκκρεμαννυμένους* duo codd., Ox. et Paris. 3011., *ἐκκρεμαμένους*, quod improbandum duximus, cum perspicua in

ἐκκρεμαννυμένους sit significatio medii, ut in Toxar. c. 6., quem locum, subministrante Reitzio, jam supra laudavimus. Denique pro *σὺ δέ* in codd. Ox. et Gorl. legitur *σὲ δέ*, quo nostra loci hujus restitutio vindicatur; nam cum ab auctore scriptum esset *σὺ δὲ* — *ἐρύσαι*, librarii, hanc constructionem incongruam existimantes, alii *σὺ δὲ* — *ἐρύσαις*, alii *σὲ δὲ* — *ἐρύσαι* emendarunt. Ad *καθήσειν* scholion est *κρεμάσαι*, ex sollemni scholiastarum more, futura per aoristos et aoristos per futura explicandi. Ceterum Homerus deos ipsos catenam a coelo suspendentes facit, quod Lucianus Jovi h. l. tribuit.

τότε μὲν οὖν. Oxon. habet *τότε μὲν δή*. Mox pro *ὑπερέφριττον*, quod ex solo hoc loco Schneiderus affert in Lexic., libenter scriberem *ὑπέφριττον*.

τὴν βίαν. Schol. *τὴν δύναμιν*.

δοκεῖ γοῦν e tribus codd. Ox. P. et Par. 3011. pro *δοκεῖ δ' οὖν* recepit Schmiederus. Oxon. praeterea mox *ἄν* omittit, quo carere non possumus.

αἰωροῦσα ἐκ τοῦ ἀτράκτου e quatuor codd. jam Reitzius recepit pro *θεωροῦσα ἐκ τοῦ ἀτράκτου*. In fine hujus paragraphi pro *ἰχθύδια* Cod. Gorl. *ὀψάρια* offert, quod primo aspectu arridere possit, ut rarius vocabulum, cujus glossa notius sit *ἰχθύδια*. Sed aut vehementer fallimur, aut *ὄψον* et *ὀψάριον* de iis tantum piscibus adhibetur, qui aut cocti apponuntur, aut ut loquuntur veneunt.

C. 5.

ὅ,τι σοι — βούλεται. Sic *quid tibi vis*. Horat. epod. 12, 1.

ἀκούσῃς μου. Cod. Paris. 2954. et Ex. Fl. *ἐμοῦ* sine causa. Quae mox sequuntur, ita legenda esse videntur: *εἰ γὰρ οὕτως ἔχει ταῦτα, καὶ πάντων αἱ Μοῖραι κρατοῦσι, καὶ οὐδὲν ἂν ὑπ' οὐδενὸς ἀλλαγείη τῶν ἅπαξ δοξάντων αὐταῖς. τίνος οὖν ἕνεκα ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι θύομεν.* Insignem nos maculam eluimus, sola majore distinctione post *αὐταῖς* posita, et una vocula *οὖν* post *τίνος* addita. Vulgatam ita vertebant: *Si enim ita se habent illa, et omnia in Parcarum potestate sunt, neque quidquam eorum, quae semel illis placuere, a quoquam porro mutari potest: cujusnam rei gratia vobis sacrificamus homines etc.;* ita ut protasis omnia ab *εἰ γὰρ οὕτως* usque ad *δοξάντων αὐταῖς* complecteretur, apodosi ab interrogante *τίνος* incipiente. Sed duplici vitio protasis laborabat, altero, quod cum *εἰ* conjungebatur *ἄν* in eodem periodi

colo, altero vero, quod οὐδέν et ὑπ' οὐδενός soloece post eandem conditionalem εἰ legebatur. De priore re disputavi ad Hermot. c. 19. p. 351., ubi nostrum locum omisi. De οὐ vero cum εἰ conjuncto notissima sunt omnia, neque ad nostrum locum tuendum quicquam facit Hermanni nota 309. ad Vigerum. Sensus loci a nobis restituti hic est: „*Si enim ita se habent illa* (summum ipsum Jovem e colo Clothonis pendere), *tum et omnia* (nam qui Jovi imperat, omnibus imperat) *in Parcarum potestate sunt, neque quidquam eorum, quae semel illis placuere, a quoquam mutari potest*" (quod enim Jupiter mutare haud valet, quomodo hoc alius quisquam mutet?). Hoc semel admisso necessaria erat altera emendatio τίνος οὖν ἕνεκα, ubi οὖν conclusionem ex praecedentibus significat: „*cujusnam itaque rei gratia* etc." Causa ejectae hujus particulae haud quaquam obscura esse potest. Cum enim librarii primum καί in καὶ πάντων αἱ μοῖραι κρατοῦσι copulativum crederent, quod varia cola ad eandem protasin pertinentia connecteret, ex apodosi hanc vocem non necessariam ejiciebant, quod quoties huic voculae acciderit, quis nescit? Post ὑπ' οὐδενός omnes editi ἔτι addunt. Deletum est auctoritate trium optimorum codicum (Gorl. Ox. Paris. 3011.), qui insigniter inter se in hoc et sequenti dialogo conveniunt.

θύομεν καὶ ἑκατόμβας προςάγομεν etc. Ed. Bas. 4. καί omittit, errore typographico, ut videtur. Pro προςάγομεν plerique editi, etiam Graeviana habet προςάγωμεν. Emendatum est a Reitzio e cod. Ox. et ex ed. Bas. 2., cui accedit Bas. 4. De reliquis codicibus tacent editores. Conjunctivus stare nequit; nam ubi de re facta quaeritur, cur eam faciamus, solus indicativus obtinet; conjunctivus adhibetur de re futura. Mox τ' ἀγαθά ex codd. nescio quibus pro τὰ ἀγαθά, quod omnes antecedentes habent, Schmiederus edidit.

οὐχ ὁρῶ γάρ, ὅ,τι ἂν ἀπολαύσαιμεν τῆς ἐπιμελείας ταύτης. Ἀπολαύω τι, *fructum aliquem percipio*, ubi non est additum, e quanam re hunc fructum percipiam. ἀπολαύω τινός, *fructum percipio ex aliqua re*, *fruor aliqua re*, ubi additum non est, quemnam fructum percipiam. Additur hic nonnunquam praepositio ἀπό, ut dial. mort. 4, 2. ὡς ἂν ἀπὸ τούτων ἀπολαύοιμι. ἀπολαύω τί τινος, *fructum aliquem percipio ex aliqua re*; dial. mort. 9, 3. οὐκ ὀλίγα τῶν ἐραστῶν ἀπολέλαυκα. In Euripid. Phoen. v. 1219. sq. Pors. vulgo sic legitur:

Κρέων δ' ἔοικε τῶν ἐμῶν νυμφευμάτων
τῶν τ' Οἰδίπου δύστηνος ἀπολαῦσαι κακῶν,
παιδός στερηθείς,

ubi sensu jubente rescribo *ἀπολαῦσαι κακόν*. Sic etiam de *ὀνίνημι*; de saltat. c. 8. *καὶ οὐ τὰ μέτρια ὤνατο τῆς τέχνης αὐτῶν*. Qui dativum adhibuerit, neminem novi, nisi Procop. Anecd. p. 96. *οὐ γὰρ Ῥωμαίων μόνον (Ῥωμαῖοι μόνοι) ἀλλὰ καὶ βάρβαροι σχεδόν τι πάντες τῇ Ἰουστινιανοῦ μιαιφωνίᾳ ἀπώναντο*. Sed nisi genitivum rescribere praetuleris, scribas forsan *ἀπώλοντο*.

ἀποτροπὰς εὑρέσθαι „*malorum depulsiones invenire*“ melius *adipisci*, *sibi comparare*. *εὑρέσθαι* proprie *sibi invenire*, inde *adipisci*, *assequi*. cf. Anyte in Anthol. Pal. I. p. 457. *ἀλλ' Ἀΐδην κηδεμόν' εὑρόμεθα*. Aesch. Prom. 267. *θνητοῖς ἀρήγων αὐτὸς εὑρόμην πόνους*. Soph. Trach. 25. Lucian. Piscat. c. 15. *μόγις γοῦν εὑρόμην πολλὰ ἱκετεύσας τό σοι φυλαχθῆναι τὴν δίκην*. Latini, quamquam rarius, sic quoque *invenire*. cf. Terent. Heaut. 2, 1, 17. Tacit. ann. 1, 74., quos citat Ruhnk. ad. Prop. 2, 16. 29. 30. His olim jam (Observv. in Prop. p. 72.) addidimus Ovid. amor. 3, 8, 54. Possidet *inventas* sanguine miles opes. Hinc quoque defenditur vulgata in Lactant. de mort. persec. c. 18. §. 5. At ille, qui orbem totum jam spe *invenerat*, ubi sine causa Galeus *inhiaverat*, Graev. et Voss. *invaserat*, Heumannus *praeceperat*, neque Bünemannus quidquam extricat.

θεόςδοτος. Haeserat Solanus in forma vocis pro *θεόδοτος*. Ejusdem tamen monetae sunt *θεόςδωρος* et *θεοςκυνής*. Hesiod. opp. et d. 318.

χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτά· θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω.

C. 6.

Οἶδα ὅθεν σοι τὰ κομψὰ ταῦτα ἐρωτήματά ἐστι, παρὰ τῶν καταράτων σοφιστῶν. cf. Tim. Lex. voc. Plat. *κομψὸς λόγος. καὶ ὁ ἀγαθὸς [δὲ] καὶ ὁ πιθανότητι ὑποδυόμενος τὴν ἀλήθειαν*; ubi confer Ruhnkenium, qui cum in universum egregie de hac voce disputet, tum haec profert, quae prorsus nostro loco conveniunt: „Plerisque autem locis apud Platonem vox habet aliquid ironiae Socraticae, ut non tam de vera et naturali, quam de nimia et adscititia venustate capienda videatur. *Sophistae inprimis*, *etiam cum rideantur*, *κομψοί appellantur*,“ quod multis Platonis locis confirmatur. Neque dubita, Lucia-

num ad Platonicum usum in hac voce respexisse, quod *σοφισταί* produnt; *φιλοσοφῶν* enim dixisset, nisi maculam aliquam aspergere voluisset, quod effecit Platonica voce adhibita. Tangit vero praecipue Epicureos.

οἳ μηδὲ προνοεῖν. Male *μὴ δὲ* ed. Ald. 2. et Graev.

καὶ τοὺς ἄλλους θύειν. *καὶ ὑπ' ἄλλους θύειν* Bas. 4.

Πλὴν οὐ χαιρήσουσί γε τὰ τοιαῦτα διεξιόντες. *Sed non impune ferent, quod ejusmodi disputationibus vacant.* Scribi quoque poterat *οὐ χαίροντες τὰ τοιαῦτα διεξιᾶσιν.* Soph. Antig. 754. *ἀλλ' οὐ . . . χαίρων ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ.* Participium plerumque adhiberi observat Herm. ad Vig. n. 207., qui verbi finiti duo exempla ex Aristoph. Plut. 64. equit. 235. laudat.

οὐ μὰ τὸν τῆς Κλωθοῦς ἄτρακτον. Nescio, unde comma post *οὐ* in Reitzianam venerit, quod in reliquas transiit. Nam post *οὐ μά* negatio *οὐ* iteratur, claro testimonio, prius *οὐ* non cum verbo sed cum obtestandi formula conjungi debere; cf. Il. 1, 86.

οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα . . . . .
οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο
σοὶ κοιλῇς παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει.

Ceterum lepide jurat per Clothonis fusum.

Ὁ δὲ λόγος αὐτὸς, οὐκ οἶδ' ὅπως ἡμῖν προϊὼν, ἐς τοῦτο ἀπέβη, περιττὰς εἶναι τὰς θυσίας. *Sed oratio ipsa nescio quomodo nobis procedens eo tandem pervenit, supervacanea esse sacrificia.* Sic locum hunc Solano obsecuti constituimus, *περιττά* quaedam resecantes. Legebatur enim in omnibus libris, etiam in iis, quos contuli: *ὁ δὲ λόγος αὐτὸς (οὐκ οἶδ' ὅπως εἰπεῖν προϊὼν ἡμῖν ἐς τοῦτο ἀπέβη) περιττὰς εἶναι τὰς θυσίας φησίν.* Magnopere turbatum fuisse, monstrat cod. Oxon., qui *εἰπεῖν* omittit, in quo a Reitzio inde obtemperaverunt editiones, verba *προϊὼν ἡμῖν* transponit, *ἐς τοὐναντίον* pro *ἐς τοῦτο*, secunda manu ut videtur, exhibet, denique *φησίν* omittit. De ceteris omnibus codd. tacetur; vellem de cod. Gorl. saltem constaret, utrum et hic comitem non deserat, an secus: ex Paris. 3011. affertur *εἶναι* deesse. Haec mihi origo mali fuisse videtur. Excidit *εἶναι*, quod margini adscriptum facile in *εἰπεῖν* transiit, et aliam sed eam incommodam sedem occupavit, quam retinuit, quamvis *εἶναι* propriam sedem sibi revindicasset. Tuentur hoc *εἰπεῖν* Jensius et Gesnerus, ille ita vertens: *ipsa vero disputatio (nescio dicere, quo-*

modo inter progrediendum eo devenerit) dicit, supervacanea esse sacrificia, hic vero: *sed ipse noster sermo (non habeo dicere, quomodo progressus huc nobis evaserit) supervacanea esse ait sacrificia.* Sed hoc esset οὐκ οἶδ' εἰπεῖν, ὅπως, quod sic transponi nequit. Praeterea interpositum hoc οὐκ οἶδ' ὅπως urbani est, qui ea, quae jam argumentando adversario extorserat, repetere non vult (sic c. 9. οὐκ οἶδ' ὅτου ἕνεκα, quamvis causam minime ignoraret Cyniscus.); οὐκ οἶδ' εἰπεῖν ὅπως esset ejus, qui revera nescit, qua ratione sermo eo devenerit, quod Cynisco minime convenit, qui maximo studio et data opera sermonem eo deflexerat. De φησίν major quaestio oriri posset, cum satis se tueatur. Verum cum idem codex illud quoque omittat, cumque facile eo carere possimus (refertur enim περιττὰς εἶναι τὰς θυσίας ad ἐς τοῦτο) nos quoque resecandum judicavimus. Tantum enim abest, ut, quae Reitzii est sententia, scholiastes illud tueatur, ut potius ex scholio in textum irrepsisse videatur. Scholion est hoc: τὰς θυσίας φησὶ] δηλονότι ὁ λόγος. Puerilis et vix puerilis annotatio, quae in ὁ λόγος . . . περιττὰς εἶναι τὰς θυσίας φησίν nos admoneat, φησίν pertinere ad ὁ λόγος. Scribe τὰς θυσίας] φησὶ δηλονότι ὁ λόγος. Monet nos scholiasta ὁ λόγος ἐς τοῦτο ἀπέβη, περιττὰς εἶναι τὰς θυσίας, idem fere esse, quod ὁ λόγος φησί etc. Unum praeterea addam, quod leviusculum et putidum forsan quibusdam videatur, quod mihi tamen non nihili esse videtur. Scholiastes habet φησί non φησίν, ut in exemplaribus Luciani legitur. Verum non ita solent scholiastae. Si in textu invenisset φησίν, hoc etiam notae suae praefixisset, quamvis consonante litera sequente. Sic Icaromen. c. 9. schol. δορυφορήμασιν] δορυφορήματα καλεῖται etc. Contra ibid. c. 8. εἰ ἐν γειτονίᾳ ἐστὶ] εἰ γειτονοῦσιν ἀλλήλοις.

διὰ βραχέων, *brevibus verbis.* cf. Platon. Tim. in., quem citat Hoogev. ad Vig. p. 587. σκέψασθε δέ μοι διὰ βραχέων Athenag. legat. pro Christ p. 18. μὴ ὀκνήσῃς. Schol. ἀπὸ κοινοῦ τὸ μὴ ὀκνήσῃς, ἵν' ᾖ καὶ ὅπως ἀσφαλέστερον ἀποκρίνῃ, μὴ ὀκνήσῃς. Quid hoc scholio faciam, nondum scio. Edit. Graev. ἵν' ᾖ καὶ ὅπερ ἀσφαλέστερον ἀποκρινόμενος μὴ ὀκνήσῃς. Reitzius ante editum fuisse ὅπεις testatur, nescio ubi.

C. 7.

Φημὶ γάρ est nostrum *ja.* φημί refertur ad φής interro-

gantis, et γάρ in ejusmodi responsione, quae id, quod interrogatur, confirmat, additur. Cf. locum Platon. Theaetet. a Zeunio allatum ad Vig. p. 449.

ὑμῖν δὲ δυνατὸν ἀλλάττειν ταῦτα καὶ ἀνακλώθειν. Sensus postulat ὑμῖν δὲ οὐ δυνατόν, quod cum editione principe oblatum sit, recipio. Non enim Cyniscus quaerit, quasi dubium esset, sed quod ab Jove jam antea concessum erat, iterum repetit, ut novi aliquid inde eliciat. Ut πάντα φῂς ἐκ τῶν Μοιρῶν γίγνεσθαι refertur ad finem c. 1., sic haec ὑμῖν δὲ οὐ δυνατὸν (sc. φῄς) ad initium c. 4. Ceterum pro ὑμῖν cod. Ox. ἡμῖν perpetua variatione. ἀνακλώθειν est τὸ ἅπαξ κεκλωσμένον ἀναλύειν.

βούλει οὖν ἐπαγάγω. Omnes editi βούλει γοῦν, nec quidquam varietatis ex ullo codice allatum vidi. Unde οὖν in Schmiederi editionem venerit, nescio.

οἱ δέ γε θύοντες οὐ τῆς χρείας ἕνεκα θύουσιν, ἀντίδοσίν τινα ποιούμενοι, καὶ ὥςπερ ὠνούμενοι τὰ ἀγαθὰ παρ' ἡμῶν, ἢ τιμῶντες ἄλλως τὸ βέλτιον. Post ἀντίδοσιν legebatur δέ, quod multis jam suspectum, et a Schmiedero, cum in duobus codd. Ox. et Gorl. desit, uncis inclusum, exulare jussimus. Nam verba haec ἀντίδοσίν τινα ποιούμενοι, καὶ (quod male ab Ox. abest) ὥςπερ ὠνούμενοι τὰ ἀγαθὰ παρ' ἡμῶν explicationem τῆς χρείας continent. Sed ἢ τιμῶντες verum esse nequit; sententia postulat ἀλλὰ τιμῶντες. Reitzius atque Gesnerus, qui ante ἢ intelligendum esse μᾶλλον contendunt, exemplis quoque prolatis, non quidquam sic proficerent. Nam οὐ μᾶλλον τῆς χρείας ἕνεκα θύουσιν, ἢ τιμῶντες ἄλλως τὸ βέλτιον longe aliud quid sonat. Vertit vero Gesnerus, quasi auctor scripsisset, οὐ τοσοῦτον τῆς χρείας ὅσον τιμῶντες, quod sententiam quidem bonam efficit, sed ex verbis, ut nunc exarata leguntur, elici nequit. Nihil melius novi, quo sententiae subveniatur, quam ἀλλά pro ἢ reponendo.

ἱκανὸν καὶ τοῦτο, εἰ καὶ σὺ φῂς ἐπὶ μηδενὶ χρησίμῳ γίγνεσθαι τὰς θυσίας, εὐγνωμοσύνῃ δέ τινι τῶν ἀνθρώπων τιμώντων τὸ βέλτιον. Prius καί ante τοῦτο, quamvis in codd. Ox. Gorl. Paris. 3011. non appareat, tamen scriptori ereptum nollem. *Satis vel hoc est*, inquit Cyniscus cum contemptu quodam. Sed postea codd. Paris. 3011. Gorl. Ox. Pol. et marg. A. 1. W. non potui non obtemperare in reci-

pienda εὐγνωμοσύνῃ pro χρηστότητι. Nam non solum quae hoc loco intelligatur χρηστότης, dubium esse potest, sed etiam propter praecedentia χρεία et χρησίμῳ, ad quae non refertur, sensum turbat. *Εὐγνωμοσύνη* vero, *benevolentia, animus benevolus*, non solum optime loco convenit; verum acerbius a Cynisco dictum esse, quis non videt? Benevoli sunt homines in deos, quoniam iis, nihil de se meritis, propter hoc solum sacrificant, quod melioris sunt naturae. τὸ βέλτιον est enim praestantior illa natura divina; in quo vero haec praestantia insit, statim a Cynisco exploratur.

καθ' ὅ, τι βελτίους φῄς. In καθ' ὅτι omnes conspirant etiam Ald. 2. et Bas. 4.; emendavit Jensius, recepit Reitzius. De φῄς cf. c. 1.

οὐ γὰρ ἀποχρήσει αὐτοῖς, τὸ ἀθανάτους εἶναι, ὡς δι' αὐτὸ ἀμείνους δοκεῖν. Non dixit τὸ ἀθανάτοις εἶναι, ὡς δι' αὐτὸ ἀμείνοσι δοκεῖν, quemadmodum Plut. Jul. Caes. c. 28. ἀπελείπετο τῷ μὲν ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι μεγίστῳ. Monui hoc, quoniam rarissimum est, in hac constructione infinitivi genitivum vel dativum sic reperiri post articulum, nam nominativi cum infinitivo post articulum, vel aliorum casuum sine articulo plena sunt omnia. Nost. dial. deor. 20, 10. ὅπως μάθῃς, ὅτι . . . μηδὲ τῷ βοῶπις εἶναι μέγα φρονῶ. Heliod. 10, 12. p. 407. ἄμφω σοι (ἀποδείξεις) τοῦ θυγάτηρ ὑμετέρα εἶναι παρέξομαι. Plat. Men. c. 4. οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ ἰσχὺς εἶναι ἡ ἰσχύς. Demosth. de cor. c. 3. ἐκ τοῦ πρότερος λέγειν ὁ διώκων ἰσχύει. Id. c. 31. p. 260. de pace 2, 5. Polyaen. p. 17. Heind. ad Platon. Protag. c. 19. De genitivo et dativo cum infinitivo sine articulo cf. Hippocr. T. 1. p. 28. προςτιθέασιν δὲ τῷ μὲν εἶναι θερμῷ, τῷ δὲ ψυχρῷ, τῷ δὲ ξηρῷ, τῷ δὲ ὑγρῷ. Id. T. 1. p. 467. ἥν τι καὶ ἄλλο σημεῖον γένηται τῶν προκεκριμένων πονηρῶν εἶναι. Long. Past. 3. p. 99. Schaef. ἱκανόν σοι δόξαι νῦν μὴ πένητι. Demosth. de cor. c. 15. συμβέβηκεν αὐτοῖς ἑαυτοὺς πεπρακόσιν ᾐσθῆσθαι. Sed haec vulgaria. Verum post articulum si constructio alium casum efflagitaret, quam nominativum, accusativus plerumque scribitur, ut in nostro loco; qui dativum posuisset, praeter Plutarchum neminem novi; Plato quidem Sympos. p. 218. D. (cf. Matth. Gr. Gr. §. 540. p. 1060.) dixit: ἐμοὶ οὐδέν ἐστι πρεσβύτερον τοῦ ὡς ὅτι βέλτιστον ἐμὲ γενέσθαι (non τοῦ ὡς ὅτι βελτίστῳ γενέσθαι). Xen. Cyrop. 4, 5, 9. (Matth. l. l. p. 1062.) ἐνταῦθα

δὴ ἐβριμοῦτό τε τῷ Κύρῳ καὶ τοῖς Μήδοις τῷ καταλιπόντας (non καταλιποῦσιν) αὐτὸν ἔρημον οἴχεσθαι.

ἐπεὶ τοῦτό γε μακρῷ χεῖρόν ἐστιν, εἴγε τοὺς μὲν, εἰ [καὶ] μηδὲν ἄλλο, ὁ θάνατός γε εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλετο, ὑμῖν δὲ ἐς ἄπειρον ἐκπίπτει τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀΐδιος ἡ δουλεία γίγνεται, ὑπὸ μακρῷ τῷ λίνῳ στρεφομένη. In codd. Paris. 3011. Ox. Gorl. legitur εἴγε τοὺς μὲν κἂν ὁ θάνατος εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλετο, omissis verbis εἰ μηδὲν ἄλλο, et tum γὲ post θάνατος. (Fieri tamen possit, ut verba εἰ μηδὲν ἄλλο in cod. Ox. adsint; deesse ea Solanus non notaverat; sed suspicor tantum, cum in reliquis etiam hic comites non deserat, eum his vocibus destitutum esse.) Sed vulgatam praefero, solum articulum ὁ, qui vulgo in omnibus, etiam iis, quos contuli, libris deest, ante θάνατος cum Schmiedero recipiens. Nam illud εἰ μηδὲν ἄλλο eleganter sic interponitur, cui γὲ saltem post ὁ θάνατος respondet. Κἂν vero i. e. καὶ ἂν nullo modo hic ferri potest: sed latet forsan in eo καί, inter εἰ μηδέν interponendum. Ceterum ad totam sententiam quod attinet, τοὺς μέν et ὑμῖν δέ non, quo vulgo solet modo, est dictum. Nam id non malum est, quod homines morte ab imperio Parcarum liberantur, sed in eo pejor est deorum quam hominum conditio, quod, cum homines a dominio Parcarum morte saltem liberari possint, diis in aeternum serviendum est. Itaque non opponuntur sibi μέν et δέ in hac phrasi, sed, quod comma per μέν incipit, aliquid toti sententiae addit, quo, quae per δέ adduntur, pejora etiam fiunt. Duo exempla hujus usus profert Buttm. Gr. Gr. §. 136, alterum e Demosth. Olynth. II., alterum ex ejusdem orat. pro cor. p. 281. (362. Harl.) αἰσχρόν ἐστιν, εἰ ἐγὼ μὲν τοὺς πόνους, ὑμεῖς δὲ μηδὲ τοὺς λόγους αὐτῶν ἀνέξεσθε. Non, dicit Demosthenes, turpe esse, quod ipse labores perferat, sed turpe esse, quod, cum ipse labores perferat, Athenienses ne mentionem quidem eorum perferre possint. Sic Lucian. navig. c. 19. ἢ νομίζεις, κιθαρῳδὸν μέν τινα σωθῆναι παρ' αὐτῶν (τῶν δελφίνων) καὶ ἀπολαβεῖν τὸν μισθὸν ἀντὶ τῆς ᾠδῆς, καὶ νεκρόν τι ἄλλο παιδίον εἰς τὸν Ἰσθμὸν ὁμοίως προκομισθῆναι, τὸν δὲ Ἀδειμάντου οἰκέτην τὸν νεώνητον ἀπορήσειν δελφῖνος ἐρωτικοῦ; Nigrin. c. 34. δεινὸν οὖν ἐποιεῖτο, εἰ στόματος μὲν ἀλλοτρίου δειπνοῦντες μὴ δέονται, μηδὲ χειρῶν, μηδὲ τῶν ὤτων ἀκούοντες,

ὀφθαλμῶν δὲ ὑγιαίνοντες ἀλλοτρίων δέονται προοψομένων. Adde Thucyd. 1, 35. Isocr. Paneg. 16.

C. 8.

Ἡμεῖς βιοῦμεν. Male cod. Ox. pronomen omittit.

διώρισται καὶ παρ' ὑμῖν τὸ πρᾶγμα. τὸ πρᾶγμα h. l. est ἡ εὐδαιμονία, quae apud deos διώρισται, non omnibus aequaliter convenit, sed divisa quasi est, aliis majorem ejus partem, aliis minorem vel omnino nullam adeptis. Mox pro ἔνεστι ed. pr. ἐστί male; nam ἔνεστι est ἐστὶν ἐν ὑμῖν.

σὺ μὲν γὰρ εὐδαίμων, βασιλεὺς γὰρ καὶ δύνασαι ἀνασπᾶν τὴν γῆν. Mirum ni scripserit Lucianus βασιλεύεις γὰρ καὶ δύνασαι.

De *ἱμονιᾷ* cf. Schol. Proprie ἱμάντα esse lorum e corio, tum vero quemcunque funem; inde ἱμονίαν funiculum, cui illigetur vas aquarium ad aquam e puteo hauriendam, atque hunc ipsum hauriendi actum, ope funiculi alicujus.

ὥςπερ ἀμέλει καὶ τὸν σὸν ἀδελφόν. Ed. Basil. 4. omittit καί. Ad τὸν σὸν ἀδελφόν cf. scholion, ubi μὴ φέρων βασίλειαν τοῦ Διός in editis deesse et a Solano sine dubio e codice suppleta monet Reitzius. Verum non accurate inspexit scholia Vossiana. Nam bis ibi hoc scholion exstat; semel mancum, semel integrum. Pro τοὺς βουλευομένους apographum Voss. priori loco solum τούτους offert, non male. Tum τὸν οὖν Ποσειδῶνα, ut priori loco scriptum est, pro τὸν δὲ Ποσειδῶνα ex eodem scribo, et ἐπὶ τῷ δουλεῦσαι pro ἐπὶ τὸ δουλεῦσαι.

τὸν Ἀπόλλω. Vulgariorem formam τὸν Ἀπόλλωνα praebent ed. Junt. et Ven. 2. Accusativum Ἀπόλλω ἀττικώτερον dicunt grammatici; cf. Phavorinus in Maitt. de dial. p. 31. Sturz. et exempla hujus accusativi ibi laudata; adde Pors. ad Eurip. Orest. 584.

οὐ πάνυ εὐδαίμονα δοκεῖ. Ante δοκεῖ inserebatur εἶναι, quod auctoritate trium codd. Paris. 3011. Ox. et Gorl. resecandum esse censeo.

εὔμοιροι propria h. l. significatione, *quibus Μοῖραι seu Parcae propitiae sunt;* hinc εὔμοιρος est *felici in conditione collocatus, propitia usus fortuna.* Suid.: *εὐμοιρία*, εὐκληρία καὶ *εὐμοιρότερον*, εὐτυχέστερον· „οἱ δὲ τοὺς ἀχρείους σφῶν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ πιεζόμενοι ἐξέβαλον ἐς τὸ μεσοτείχιον, καὶ ἐκτείνοντο εὐμοι-

ρότερον ὑπὸ τῶν πολεμίων." — „εἰς θέαν, καὶ νόησιν τοῦ ἀληθοῦς καὶ ψευδοῦς εὐμοιρίαν. Δαμάσκιος." Secundum hoc exemplum non intelligo, hoc video καὶ ψευδοῦς etiam pertinere ad νόησιν. Cum εὐμοίρῳ oppositum sit ἄμοιρον, *id quod non particeps est*, hinc fit, ut εὔμοιρον sit quoque nihil aliud quam *particeps*, sive ἔμμορον et εὐμοιρεῖν, *participem fieri*, *assequi*, nulla felicitatis notione admixta. Cf. Heliod. 6, 3. πίπτουσι δὲ σὺν αὐτῷ σχεδόν τι πάντες, οἷα δὴ κυκλωθέντες, καὶ οὐδὲ φυγῆς τόπον εὐμοιρήσαντες.

ἐν ἀκαρεῖ χρόνου. Postremam vocem omittunt codd. Paris. 3011. Ox. Gorl. Nil interest; cf. Hemsterh. ad Timon. c. 3. Etymologiam bene indicavit Schol. ad nostrum locum, cujus in verbis fere prorsus convenit Suid. s. v. ἀκαρῆ: πεποίηται δὲ ἀπὸ τῶν μικρῶν τριχῶν, τῶν διὰ βραχύτητα μὴ δυναμένων καρῆναι. Magis attice dici ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ observavit Hemsterhusius l. c. exemplum afferens ex Aristophane, quod e Suidae loco laudato est petitum. Idem Suidas s. v. ἐν ἀκαρεῖ aliud nescio cujus auctoris fragmentum affert: ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ ἐκινδύνευον διαφθαρῆναι.

οἷς τοῦτο εἵμαρτο δηλαδή. Hoc δηλαδή irrisionem acerbam significat, ut οἶμαι statim sectione sequenti: οὐ γὰρ εἵμαρτο, οἶμαι, ἁλῶναι αὐτούς, et c. 14. τὸ ἐξαπατηθῆναι τῷ Λυδῷ ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ ἐπέπρωτο, οἶμαι.

C. 9.

καί σοι τάχα μεταμελήσει αὐτῶν. Editi una voce auctiores, μεταμελήσει ποτὲ αὐτῶν. Sed codd. Paris. 3011. et Gorl. καί σοί ποτε μεταμελήσει αὐτῶν, abjecto τάχα. Patet ποτὲ glossam esse τοῦ τάχα, quae margini adscripta in nonnullis locum τοῦ τάχα invasit, in aliis alieno loco intrusa est.

ἐπεὶ οὐδ' αὐτοὺς ἐκείνους ὁρῶ τοὺς ἱεροσύλους κολαζομένους, ἀλλ' οἵ γε πλεῖστοι διαφεύγουσιν ὑμᾶς. Codd. Paris. 3011. et Ox. addunt ἅπαντας post κολαζομένους. Non recipio, nam quod addita hac voce librarii emendare voluerunt, esse tamen quosdam, qui poenas dedissent, hoc auctor ipse particula γὲ in οἵ γε significavit. Nam cum dixisset, *ne ipsos quidem sacrilegos a vobis puniri video*, addere voluit, *sed vindictam vestram effugiunt*; verum se ipse corrigens dixit, *sed, plerique saltem* (i. e. nisi omnes tamen plerique) *vos effugiunt*.

οὐ γὰρ εἵμαρτο, οἶμαι, ἁλῶναι αὐτούς. Exspectares *αὐτοῖς*, ut c. 14: *τὸ ἐξαπατηθῆναι τῷ Λυδῷ* (non *τὸν Λυδὸν*) *ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ ἐπέπρωτο, οἶμαι.* Sed videtur esse pro *οὐ γὰρ εἵμαρτο αὐτοῖς, ἁλῶναι αὐτούς*, de qua constructione accusativi cum infinitivo, dativo praecedente, ad quem accusativus referatur, cf. quos citat Matth. Gr. Gr. §. 536. fin. Sic dialog. mort. 1, 1. *σοί, ὦ Μένιππε, κελεύει ὁ Διογένης, . . . ἥκειν ἐνθάδε πολλῷ πλείω ἐπιγελασόμενον.* Necyom. c. 4. *ἔδοξέ μοι, ἐλθόντα παρὰ τοὺς καλουμένους τούτους φιλοσόφους ἐγχειρίσαι ἐμαυτόν.* Plutarch. Alex. prooem. p. 665. A. *ἡμῖν δοτέον εἰς τὰ τῆς ψυχῆς σημεῖα μᾶλλον ἐνδύεσθαι, καὶ διὰ τούτων εἰδοποιεῖν τὸν ἑκάστου βίον, ἐάσαντας ἑτέροις τὰ μεγέθη καὶ τοὺς ἀγῶνας.* Sed diversa tamen loci Lucianei ratio videtur. Nam in omnibus his exemplis suus verbo est dativus, post quem in constructione infinitivi accusativus infertur; in Luciano vero ipse ille dativus desideratur, cujus loco, quasi *εἵμαρτο* absolute esset positum, accusativus positus est, referendus ille ad infinitivum non ad verbum.

ὡς ἄρ' ἐκείνων τις εἶ. Cod. Oxon. *παρ' ἐκείνων*, quod aliquem praetulisse, aut in *ἀπ'* mutatum voluisse, quis non miretur, immo quis miretur?

οἴει ἐκείνων παιδεύματα εἶναι. Codd. Oxon. et Gorl. *ὑποπτεύεις* pro *οἴει*, e glossa ut videtur.

C. 10.

Ἐγὼ δὲ (παρὰ τίνος γὰρ ἂν ἄλλου τἀληθὲς ἢ παρὰ σοῦ μάθοιμι;) ἡδέως ἂν καὶ τοῦτο ἐροίμην σε. Sic in constituendo hoc loco nobis jam praeivit Schmiederus. Vulgo legebatur et interpungebatur: *ἐγὼ δὲ παρὰ τίνος ἂν ἄλλου τἀληθὲς ἢ* (male Basil. 4. *ὃ*) *παρὰ σοῦ μάθοιμι; ἡδέως δ' ἂν καὶ τοῦτο ἐροίμην σε.* Ex cod. Paris. 3011. accessit *γάρ*. Inportunum *δέ* post *ἡδέως*, a Schmiedero uncis inclusum, prorsus ejecimus. Neque comparebat in Exc. Fl. et M. A. 1., qui pro *δ' ἂν* praebent *γοῦν*. Saepius haec confusa.

Μοῖρά τις. Scholion, quod huic loco appingebatur, omisimus, cum plenius jam ad cap. 3. exstet, quod cum scriba animadvertisset, in media phrasi sermonem abrupit: *πάνυ γενναίως καὶ τοῦτο καθ' Ἑλλήνων ἠπόρησεν, εἴτε ἄλλο τι δύναται ἡ εἱμαρμένη καὶ τύχη παρὰ τὰς μοίρας;* patet tamen hinc, bene

nos illic emendasse pravum *παρὰ τῆς μοίρας*. Neque prorsus huc pertinet scholion, quum non de *Εἱμαρμένῃ* sed de *προνοίᾳ* sermo sit.

τίς ἡ πρόνοια ὑμῖν αὕτη ἐστὶ, μοῖρά τις, ἢ καὶ ὑπὲρ ταύτας θεὸς, ὥςπερ ἄρχουσα καὶ αὐτὴ ἐκείνων. Vulgabatur *καὶ αὐτῶν ἐκείνη*. Codd. L. et P. habent *καὶ αὐτῶν ἐκείνων*. Hinc sensu postulante ita correximus, ut scripsimus. Nam qui *ἄρχει καὶ αὐτῶν*, is praeterquam in alios, etiam in hos imperium exercet; quod huc non convenit; sed qui *ἄρχει καὶ αὐτός*, is et ipse in quosdam imperium exercet, i. e. una cum aliis imperat. Refertur vero hoc ad c. 3., ubi jam interrogaverat Cyniscus, utrum *Εἱμαρμένη* et *τύχη* eandem potestatem, quam Parcae, haberent, *ἤ τι καὶ ὑπὲρ ἐκείνας*; ubi *ἐκείνας* non minus ad Parcas refertur, quam hic *ἐκείνων*. Neque impedit, quod *ταύτας* ad easdem Parcas relatum praecessit; saepius sic *οὗτος* et *ἐκεῖνος* in eadem phrasi de eodem objecto junguntur.

ἤδη σοι καὶ πρότερον ἔφην, οὐ θεμιτὸν εἶναι πάντα σε εἰδέναι. Respicit ad finem cap. 3., ubi Jupiter dixerat: *οὐ θέμις ἅπαντά σε εἰδέναι.* Utrum *ἅπαντα* et *πάντα* consulto variaverit auctor, discernere non audeo. Sed quod nunc *οὐ θεμιτόν* posuit, cum antea sit *οὐ θέμις*, ejus causam in eo mihi reperisse visus sum quod in oratione obliqua, quantum memini, veteres non dixerunt *οὐ θέμιν εἶναι.*

τοσαῦτα πρὸς ἐμὲ λεπτολογούμενος. Editi omnes *πρός με τοιαῦτα.* Inversum ordinem et *τοσαῦτα* praebuerunt codd. L. O. P. Bene, nam *τοσαῦτα* opponitur *τῷ ἕν*, quod praecessit. Scripsimus praeterea *πρὸς ἐμέ.* Editiones veteres *πρός με.* Non me fugit, controversiam nunc motam esse huic grammaticorum veterum regulae, quae post praepositiones casus *ὀρθοτονουμένους* pronominum personalium postulat, cf. Heind. ad Plat. Protag. p. 63. Sed cum nondum ullae causae idoneae neque discrimina allata sint, veterum praeceptis obsequemur. Verum longe saepius, quam vulgo putant, macula haec libris insidet; sic Heliod. 1, 14. *πρός με.* Id. 4, 2. *πρός με.* De *λεπτολογίᾳ* philosophorum, inanibus quaestionibus subtiles nugas sectantium, nota sunt omnia. cf. Suid. s. v. *λεπτολογία.*

ἐκτὸς εἰ μὴ μεταμέλει σοι ἐκείνων. *Ἐκτός*, quod in omnibus editis deerat, e codd. O. P. recepit Solanus. De cod.

Gorl. tacet Schmiederus. Non decerno, utrum ἐκτός e glossa fluxerit, an ab aliis librariis male omissum fuerit. Unicum exemplum phraseos ἐκτὸς εἰ μή laudat Hoogev. ad Vig. p. 510. e Plutarcho. Pro μεταμέλει σοι male cod. Oxon. μεταμελήσει.

καὶ μετατίθεσαι. Male ed. pr. ἀνατίθεσαι, pejus etiam schol. κατατίθεσαι, quod per μετατίθεσαι explicat. Praepositiones μετά, κατά, et ἀνά saepius confusae.

ἀμφιςβητεῖτε τῆς ἐπιμελείας, παρωσάμενοι τὴν εἱμαρμένην. Ed. pr. εὐμελείας, pessime. Cod. Paris. 3011. προνοίας e glossa. Nam ἐπιμέλεια h. l. est *cura rerum humanarum*, quam antea providentiam, πρόνοιαν, vocaverat. Sensus vero horum verborum ambiguus est. Qui enim sunt illi *vos*, qui ἀμφιςβητοῦσιν? Aut Jupiter et reliqui dii, aut Jupiter et Parcae. Si prius sumas, sensus erit: *Vos enim, tu et reliqui dii, disceptatis de cura rerum humanarum, fatum sede sua depellentes.* Atque huic explicationi favere videtur Jovis responsum: οὐδαμῶς, ἀλλ' ἡ μοῖρα δι' ἡμῶν (*per nos, me et reliquos deos*) ἕκαστα ἐπιτελεῖ. Verum obstat, quod, cura rerum humanarum Parcis vel fato erepta, non amplius dubium esse potest, Jovem solum summum moderatorem esse universi, ita ut dici nequeat, eum et ceteros deos de hac cura universi inter se disceptare. At vero si posteriori explicationi adhaereas, sensus erit: *nisi vos, tu et Parcae, disceptatis de cura rerum humanarum, fato rejecto.* Εἱμαρμένη itaque major foret et potentior ut diis sic Parcis, quod a Cynisco jam antea ventilatum (cap. 3.) Jupiter ambiguum reliquerat, ut non appareat, qua ratione Cyniscus nunc hoc ponat. Verum sit ita: sensus itaque esset: *Vos, tu et Parcae, fatum vobis imperare jam negatis, et inter vos de eo disceptatis, utri potentiores curam rerum humanarum sibi vindicare possint.* Verum obstant huic explicationi Jovis verba, *Parcam per deos omnia perficere*, ubi ἡ μοῖρα sine dubio ἡ Εἱμαρμένη est; sed non usus hac voce esset, si modo dixisset, *Parcas fati i. e. Εἱμαρμένης imperium recusare.* Adde quod, quae hic Εἱμαρμένη et *Μοῖρα* vocatur, mox Cynisco Parcae numero plurali sunt. Sed quid multa: meliorem explicationem nunc proponamus: ἀμφιςβητεῖν τοῦ κλήρου verbum est forense, *sibi vindicare possessionem hereditatis.* cf. Suid s. h. v. ἀμφιςβητεῖν καὶ παρακαταβάλλειν λέγεται, ὅταν τελευτήσας τις ἄπαις εἶναι δοκῇ, φάσκῃ δέ τις ἑαυτὸν ἐκείνου υἱόν. Οὗτος ἀμφιςβητεῖν τοῦ κλήρου λέγε-

ται κ. τ. λ. Verum παρωθεῖν est *de possessione depellere*, quo Suidae glossa pertinet: παρωθοῦντες, ἐκβάλλοντες. Hinc verba traduxit Lucianus, *nisi vos dii hanc curam rerum humanarum vobis vindicatis*, *de possessione dejicientes fatum.*

C. 11.

εἶναί φατε. Male accentus in omnibus editionibus pingebantur, εἶναι φατέ. Sola Graeviana εἶναι φατε. Sic mox pro ἐργαλεῖα ἐστέ rescribo ἐργαλεῖά ἐστε. Quod hic ἐργαλεῖον vocat, hoc in eadem re ὄργανον dial. mort. 30, 2.

„σκέπαρνον] ὁ πέλεκυς, καὶ τὸ ἔριον, παρὰ τὸ σκέπειν (sic pro σκέπτειν corrigimus cf. Etym. locum mox laudandum) τὸν ἄρνα." — Schol. Σκέπαρνον est ἀμφίστομος πέλεκυς, cf. Hesych. s. h. v. Hom. Od. 5, 237. 9, 392. Jacobs. Anthol. Gr. T. 1. p. 154. Observat vero Photius p. 383., veteres hanc vocem quoque genere masculino extulisse; sed nullum ejusmodi exemplum occurrit. Aliam ejus vocis significationem Hesychius praeterea servavit, ἐπιδέσμου ἰατρικοῦ ὄνομα. Quae hic tertia a scholiasta nostro annectitur significatio, eam iisdem verbis memorat Etym. Magn. τὸ ἔριον, διὰ τὸ σκέπειν τὸν ἄρνα. Sed nunquam haec vox hac significatione gavisa est; fluxit vero haec glossa ex etymologico commento ὀνειροκριτῶν, quod explicat Artemid. 4, 22. T. 1. p. 333. Reiff.

οὐδεὶς δὲ ἂν εἴποι. οὐδεὶς τοίνυν δέ marg. Ald. pr. sine dubio e varia lectione mox memoranda.

ὁ τεχνίτης ἐστίν. Articulum, quo omnes editi carebant, e codd. Ox. Gorl. bene recepit Schmiederus. Comparatio pulcherrima Dei cum τεχνίτῃ exstat apud Athenag. leg. pro Christ. p. 17.

ἀνάλογον τοίνυν, ἡ μὲν ναυπηγουμένη etc. Sic ob consensum codd. Paris. 3011. Oxon. P. Gorl. editum est a Schmiedero pro οὕτως ἀνάλογον ἡ μὲν etc., quod omnes editi repraesentant.

καί, ὡς ἔοικεν, οἱ ἄνθρωποι, δέον τῇ Εἱμαρμένῃ θύειν, καὶ παρ' ἐκείνης αἰτεῖν τἀγαθά, οἱ δὲ ἐφ' ὑμᾶς ἴασι προσόδοις καὶ θυσίαις γεραίροντες. Solet sic Lucianus, nonnullis verbis interpositis, per anaphoram quandam, loco subjecti repetere ὁ δέ. cf. Toxar. c. 61. καὶ ἐπειδή ὠνείδισέ τις ὕστερον τὸν Ἀβαύχαν, διότι, προδοὺς τὰ τέκνα καὶ τὴν

γυναῖκα, ὁ δὲ Γυνδάνην ἐξεκόμισεν. Praecipue, ut in nostro loco, interposita sententia per *δέον* incipiente, Hermot. c. 27. *εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν, ἣν ἐχρῆν, ἐν ᾗ ἐπιθυμοῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ πολιτεύσασθαι, ἢ δέον εἰς Κόρινθον ἐλθεῖν, ὁ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος οἴεται Κόρινθον ἑωρακέναι.* c. 28. *ὅπερ οὐδὲ τῷ Ὁμηρικῷ τοξότῃ ὑπῆρξεν, ὃς, δέον τὴν πελειάδα κατατοξεῦσαι, ὁ δὲ τὴν μήρινθον ἔτεμεν.* Ceterum *πρόσοδοι* sunt, cum quis accedit ad deos supplicandi causa, *supplicationes*. Sic Athenag. legat. pro Christ. p. 18. *εἴτε ὁ κόσμος ἐστὶ τέχνη τοῦ θεοῦ, θαυμάζων αὐτοῦ τὸ κάλλος τῷ τεχνίτῃ πρόςειμι*, ubi mox est *προςιόντες θεραπεύομεν. Adire* sic quoque Latini. Ut *πρόσοδοι* referuntur ad *αἰτεῖν τἀγαθά*, sic *θυσίαι* ad *θύειν*. Unde patet, *θυσίαις* e codd. G. L. O. (Quid Gorl.?) et marg. Ald. pr. bene receptum esse jam a Solano pro *τιμαῖς*, quod in omnibus editis legebatur; neque quisquam *τιμαῖς* defendat ob sequens *τιμῶντες*; nam *τιμῶντες* refertur ad *γεραίροντες*, quod idem significat.

οἱ δ' οὐδὲ τὴν Εἱμαρμένην τιμῶντες ἂν εἰς δέον αὐτὸ ἔπραττον. Desunt in cod. Ox. verba *ἂν εἰς*. Invenerat forsan in codice librarius atticam formam *ἂν ἐς*, unde omisit ob ultimam syllabam in *τιμῶντες*. Nam carere his voculis, saltem *τῷ ἄν*, nequaquam possumus. Verum delendum erat importunum illud comma post *ἄν*, quod omnes editiones insederat; *ἂν* pertinet ad *ἔπραττον* et *τιμῶντες* est *εἰ ἐτίμων*.

ἀνάσχοιτ' ἄν. Sic Schmiederus e cod. Oxon. pro *ἀνάσχοιτο ἄν*, quod in omnibus reliquis inveni.

εἴ τις εἰς τοὐναντίον στρέψειε τὸν ἄτρακτον. In omnibus libris erat *τρέψειε*; emendavit Schmiederus e cod. Gorl.; bene. Nam *στρέφεσθαι* semper de *nendo* dicitur. Sic c. 1. *ὑπὸ τῷ τούτων ἀτράκτῳ στρεφόμενα.*

ἀναλύειν τὸ ἔργον, *retro torquendo fusum, id quod Parcae neverant, infectum facere, sive resolvere. ἔργον*, ut Latinorum *opus*, de penso, quod netur. *ἀναλύειν* est retro solvere, i. e. retro torquere fusum, ita ut fila resolvantur. Similiter, quamvis non in eadem re, Hor. epod. 17, 7. *citumque retro solve, solve turbinem*, ubi cf. Mitscherl.

C. 12.

Σὺ δ' ἤδη receptum a Schmiedero e codd. Par. 3011. Oxon. Gorl., nescio quam bene. Mihi quidem particula adversativa hic valde frigere videtur.

δικαίως τιμῴμεθα ἄν. Sic foedum vitium, quod in editionibus, etiam Ald. 2. et Bas. 4. erat, *τιμοίμεθα* jam diu correxeramus, antequam vidissemus, jam in ed. pr. esse *τιμῴμεθα*, quod solo apice appicto egebat. Sed ipsum *τιμῴμεθα* nunc jam in Graevii editione inveni, quo turpiores se dederunt editores recentiores, maculam illam politissimo scriptori relinquentes. *ἄν* male deest in cod. Oxon.

οἷς γε τὸ φυλάξασθαι αὐτὰ πάντως ἀδύνατον. Sic e codd. Par. 3011. Oxon. Gorl. rescribimus pro *παντελῶς ἀδύνατον.* Hoc enim e glossa fluxisse videtur; sic quoque Suidas *πάντως, παντελῶς.*

ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦτο φῄς, ὡς ὁ προμαθὼν, ὅτι ὑπ' αἰχμῆς σιδηρᾶς τεθνήξεται, δύναιτ' ἂν ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον καθείρξας ἑαυτόν. Vulgata erat, omissa voce *ἐκτὸς, εἰ μὴ παρὰ τοῦτο φῄς*, quam scholiastam quoque legisse nota ejus demonstrat, quae sic se habet: *εἰ μὴ παρὰ τοῦτο φῄς*] *ἀντὶ τοῦ κατὰ τοῦτο.* Receptum est *ἐκτός*, ejecto *παρά*, e codd. O. P. Verum enimvero sic in eadem codicis pagina bis librarios reliquos in eadem voce omittenda peccasse, non facile mihi persuaderi patior. Immo verisimilius videtur, utrumque ex glossa irrepsisse. *Παρά* quidem stare nequit, sed bene jam Marcilius emendarat, *εἰ μὴ ἄρα τοῦτο φῄς*, quae notissima est Graecorum formula, quamque parum abfuit, quin reciperem. Initialis *Π* e finali *Η* vocis praecedentis orta est. In *ὡς ὁ προμαθών* bene articulus e codd. O. P. restitutus est, qui in omnibus editionibus, etiam in iis, quas contuli, deerat. Mox *ὅτι ὑπ' αἰχμῆς σιδηρᾶς* e codd. Ox. et Gorl. scripsi pro *ὡς ὑπ αἰχμῆς σιδ.* ob cacophoniam vitandam; *ὡς* e scholio ad hunc locum ortum esse videtur. Denique pro *καθείρξας* in codd. O. P., iisdem qui nobis *τὸ ἐκτός* bis jam praebuerunt, legitur *ἐγκλεισάμενος*, manifesta glossa, ut e scholio Vossiano ad h. l. apparet, *καθείρξας*] *ἐγκλεισάμενος.* Etiam Hesychius: *καθειργμένος, ἐγκεκλεισμένος. φῄς, ὡς ὁ προμαθὼν δύναιτ' ἄν* differt a *φῄς, ὡς — δύναιτο.* Hoc enim esset, *dicis, eum posse vel potuisse* (prout in recta oratione vel *δύναται* vel *ἐδύνατο* erat). Illud vero significat: *dicis, futurum fuisse, ut posset.*

„*ὑπ' αἰχμῆς*] *Κροῖσος ὁ Λυδῶν* . . . etc." Schol. Nota historia ex Herod. lib. 1, 43. Verba ultima ex Herodoto ipso

petita sunt: *Ἄδρηστος ἀκοντίζων τὸν σῦν τοῦ μὲν ἁμαρτάνει, τυγχάνει δὲ τοῦ Κροίσου παιδός*, quae et Lucianus ipse mox fere ad verbum retinuit.

ἐξάγει. Jensius voluit *ἐξάξει*, adstipulante Reitzio. Nil opus est, praesertim cum jam in *κυνηγετήσοντα* vis futuri insit.

παραδώσει τῇ αἰχμῇ, *tradet mucroni*, tamquam carnifici; de his enim et similibus proprium verbum est *παραδοῦναι*. Sic c. 16. *Σωκράτης παρεδόθη τοῖς ἕνδεκα.*

ὁ Ἄδραστος. cf. Herod. l. c. Puerilem errorem erravit Gilbertus Cognatus, qui in nota ad h. l. *Adrastum hunc*, ait, *Argivorum regem, unum ex septem ducibus, qui profecti sunt Thebas, ut restituerent in regnum Polynicem.*

ὡς ἂν ἀπ᾽ ἰσχυρᾶς ἐντολῆς τῶν Μοιρῶν φερομένου τοῦ ἀκοντίου ἐπὶ τὸν νεανίσκον. Vulgo *ἀπ᾽ ἰσχυροῦ προστάγματος.* Nostrum est a Schmiedero e codd. Par. 3011. O. P. Gorl. Atque videtur sane vulgata interpretamentum esse. Sic Hesych. *ἐντείλασθαι, προστάξαι.* Suid. *ἐντεῖλαι, προστάξαι.* *Ὡς ἂν φερομένου* proprie est elliptica ratio loquendi, quam sic expleas *ὡς ἂν φονεύοι τις, φερομένου* (i. e. *εἰ φέροιτο*). cf. Alexand. c. 8. *ὡς γὰρ ἂν δύο κάκιστοι καὶ μεγαλότολμοι καὶ πρὸς τὸ κακουργεῖν προχειρότατοι, ἐς τὸ αὐτὸ συνελθόντες, ῥᾳδίως κατενόησαν*, i. e. *ὡς γὰρ ἂν κατανοήσειαν δύο, συνελθόντες* (*εἰ συνέλθοιεν*), *οὕτως ῥᾳδίως κατενόησαν.* Nigrin. c. 13. *αὐτὸς μὲν ᾤετο ζηλωτὸς εἶναι πᾶσι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ὡς ἂν εὐδαίμων ἀποβλέπεσθαι*, ubi, nisi malueris *καὶ ὡς πανευδαίμων*, expleas, *καὶ, ὡς ἂν εὐδαίμων ἀποβλέποιτο, ἀποβλέπεσθαι.* Apol. pro merc. cond. c. 6. *καὶ ἐῴκει ἡ Ἀδράστεια τότε κατόπιν ἐφεστῶσά σοι εὐδοκιμοῦντι, ἐφ᾽ οἷς κατηγόρεις τῶν ἄλλων, καταγελᾶν, ὡς ἂν θεὸς εἰδυῖα τὴν μέλλουσάν σοι ἐς τὰ ὅμοια μεταβολήν*, i. e. *ὡς ἂν θεὸς ἐφεσταίη, εἰδυῖα* etc. Hermot. c. 32. *ἡμεῖς τὰ μὲν στωϊκῶν καὶ πάνυ ἐκμανθάνομεν, ὡς ἂν κατὰ ταῦτα φιλοσοφεῖν ἀξιοῦντες* i. e. *ὡς ἂν ἐκμανθάνοιεν οἱ κατὰ* etc. Ibid. c. 34. *ὁ Πλάτων δ᾽ ἄν μοι δοκεῖ καὶ διηγήσασθαί τι τῶν ἐκ Σικελίας, ὡς ἂν εἰδὼς τὰ πλεῖστα.* Tyrannic. c. 3. *ἐγὼ μὲν οὖν καὶ περιττότερόν τι ἐπὶ τούτοις ᾤμην γενήσεσθαί μοι παρ᾽ ὑμῶν, καὶ δωρεὰς λήψεσθαι ἰσαρίθμους τοῖς ἀνῃρημένοις, ὡς ἂν οὐ τῶν παρόντων ἀπαλλάξας ὑμᾶς μόνον* etc. Ibid. c. 4. Phalar. I. c. 14. Alexand. c. 31. 36. Propriam igitur hujus formulae *ὡς ἂν* cum participio significationem exemplo illustrabimus: *ταῦτα ἐποίει, ὡς ἂν μὴ φρον-*

τίζων, hoc fecit, ut quis faciat seu facere solet, qui non curat etc. Inde vero, omissa similitudine, quae ab initio intercedebat, exprimit Latinorum *utpote: hoc fecit, utpote non curans.* Atque ad hunc modum omnia exempla, quae ex Luciano attulimus, explicari possunt. Inde quoque est, quod, ubi participium non adhibetur, *ὡς ἂν εἰ* locum invenit Harmonid. c. 3. *ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναῤῥίψομεν τὸν κύβον, τὸ δ' ἀληθὲς, ὥςπερ ἂν εἰ τοῖς ἁπανταχόθεν ἀνθρώποις ἐπιδεικνύμην τοὺς λόγους*, i. e. *ὥςπερ ἂν ἀναῤῥίψαιμι, εἰ* etc. Hinc vero factum est, ut in aliis scriptoribus *ὡςανεί* pro *ὡςάν* adhiberi coeptum sit. Athenag. legat. pro Christ. p. 5. *ὑμεῖς δὲ ταῦτα ἴστε φανερώτερον, ὡςανεὶ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ παιδείας πάσης ὁρμώμενοι.* Sed paucis explicandus est alius locus Luciani, ubi longe alio modo *ὡς ἂν* cum participio reperitur. Hermot. c. 28. *οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνο καλῶς ἔχει, τῇ τύχῃ ἐπιτρέπειν, ὡς τάχα ἂν τὴν ἀρίστην ἑλομένους, εἰ καὶ ἄνευ ἐξετάσεως ὁρμήσαιμεν ἐπὶ μίαν τῶν ὁδῶν ἡντιναοῦν.* Ibi accusativus participii post *ὡς* positus est secundum notissimam illam constructionem, ubi post *ὡς* accusativi absoluti ponuntur, quorum rationem nemo melius Buttmanno Gr. Gr. §. 132. not. 5. explicuit, cujus verba Matth. retinuit Gr. Gr. §. 568. *ἂν* vero remansit participio, quoniam in oratione directa tota phrasis sonaret: *τάχα ἂν τὴν ἀρίστην ἑλοίμεθα, εἰ καὶ — ὁρμήσαιμεν.*

C. 13.

τὸ μὲν γὰρ τοῦ Λαΐου etc. Oraculum est ex Eurip. Phoen. 18. 19. In secundo versu editiones praebebant cum duplici hiatu *παῖδα ἀποκτενεῖ σε ὁ φύς.* Posterior jam in Reitziana non monito lectore sublatus est, priorem nos tollimus. Verum ex secundo versu eluimus praeterea maculam foediorem, vocem *φησί* rejicientes, quae post *τεκνώσεις* inserebatur. Nam ubi articulus ante verba alicujus, quae immutata proferuntur, positus est, ibi *φησί* nunquam ponitur. Et si vel maxime addendum esset, jam priori versui insertum fuisset.

δαιμόνων βίᾳ, invitis deis. Sic *νόμου βίᾳ* Soph. Antig. 59. *βίᾳ πολιτῶν* ibid. 79.

οὐχ ὁρῶ ἀνθ' ὅτου ἀπαιτεῖτε. Ed. pr. *ἀπαιτοῖτε*, quod Reitzius recepit, sed Bipontini rursus e textu rejecerunt. Nil interest. Dialog. deor. 24, 2. *πέπομφέ με ὀψόμενον, ὅ,τι πράττει ἡ*

παῖς. 25, 1. *οὐκ ᾔδεις, ὅσης ἐδεῖτο ἀκριβείας τὸ πρᾶγμα* etc. nam exempla in quavis pagina obvia cumulare nil attinet. Contra optat. dial. deor. marin. 15, 4. *ἠπίστατο γὰρ, ἐφ' ὅ,τι ἄγοιτο,* dial. mort. 27, 7. *ἀνέκρινον, ὃν τρόπον ἀποθάνοιεν.* Retinemus indicativum, a ceteris omnibus et editis et scriptis, recens quoque collatis Par. 3011. et Gorl., comprobatum.

C. 14.

Λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα τοῖς πολλοῖς χρᾷν εἰώθατε. Cod. O. P. et marg. A. 1. *ἀμφίδοξα καὶ ἐπαμφ.* Cod. Gorl. *καὶ ἀμφίδοξα καὶ ἐπαμφ.* Male omnes; *ἀμφίδοξα* est glossa vocis *ἐπαμφοτερίζοντα* i. e. *quae in utramque partem accipi possunt*, ut Ruhnkenii verbis utar ad Tim. p. 108., ubi suo more egregie de hac voce disputat, non immemor neque hujus loci Luciani, neque alterius dial. deor. 16, 1. *ὁ Ἀπόλλων ἐξαπατᾷ τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήσεως ἀποκρινόμενος.* Quae hic oracula *ἐπαμφοτερίζοντα* vocantur, ea Luc. Alex. c. 49. sunt *ἀμφίβολα.* De voce *λοξός* cf. Jup. Trag. c. 28. Apollo *ἐν τοῖς χρησμοῖς λοξὸς ὢν καὶ γριφώδης,* ubi consulatur schol. Et cui ignotus Apollo *Λοξίας*, in qua voce explicanda multi grammatici veteres in longe alia abeunt. cf. Etym. M. s. h. v. Suid. s. h. v., qui tamen etiam haec habet: *ὁ λοξὴν ἴαν ἀποπέμπων, λοξῶς γὰρ ἐμαντεύετο,* quod interpretamentum Pythagoreorum esse ex Etymol. discas. Adde Macrob. Saturn. 1, 17.

διότι ἐπειρᾶτο ἐκεῖνος αὐτοῦ. Cod. P. *ἐπείρα* (in accentu peccant editores *ἔπειρα*) *ἐκεῖνος αὐτόν.* Cod. Par. 3011. quoque *ἐπείρα.* Vulgata retinenda erat propter Herod. I. 46. *μετὰ ὦν τὴν διάνοιαν ταύτην αὐτίκα ἀπεπειρᾶτο τῶν μαντηΐων* et paulo post *διέπεμπε δὲ πειρεώμενος τῶν μαντηΐων, ὅ,τι φρονέοιεν.*

ἄρνεια κρέα καὶ χελώνης ἐς τὸ αὐτὸ ἕψων. Coll. et schol. *χελώνεια.* Codd. Ox. P. et Gorl. *χελώνην,* quod recipimus, tum propter Jov. trag. *καὶ γὰρ οὐκ ἄρνεια κρέα καὶ χελώνη νῦν ἐν Λυδίᾳ ξυνέψεται;* tum propter ipsa oraculi verba (Herod. 1, 47.)

Ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρίνοιο χελώνης
ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσι.

Schol. ad h. l. *Ὁ Κροῖσος θέλων πειραθῆναι, εἰ ἀληθῆ μαντεύεται ὁ Ἀπόλλων, μίξας ἄρνεια κρέα καὶ ἀπὸ χελώνης, ἧψει*

αὐτά. καὶ ἐποίησεν ἀπελθεῖν τινας πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐρωτῆσαι αὐτὸν, τί ποιεῖ; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· Ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρίνοιο χελώνης Ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσι. Sic emendatum est scholion, cum antea legeretur *μίξαι ἄρνεα*. Posterius hoc in *ἄρνεια* ex editione Graevii mutavimus, quoniam sic et ipse Lucianus. Mox *ἥψει* pro *ἕψαι* ex C. recepit Solanus; denique pro *ἦλθε* fuisse *ἤλυθε* in V. notat Solanus. *ἦλθε* praebet jam Graevius. Ceterum notandum est tum *κρέα ἀπὸ χελώνης* pro *χελώνεια*; tum *ἥψει* pro *ἧψε*. Buttmannus quidem (Gr. Gr. §. 99. 2. not. 1. et 4. coll. §. 101.) *ἑψέω* Atticos dixisse negat, et ipsum Herodoti *ἕψει* non ad *ἑψέω* sed ad *ἕψω* referre videtur. Sed liceat alteram quoque formam exemplis nonnullis adstruere. Hippocr. de diaet. 2. c. 41. T. 1. p. 235. *συνεψεῖν καὶ διαχέειν δύνανται*. Idem popular. 5, 26. T. 1. p. 788. *ξὺν μελικρήτῳ ἑψεῖν*. Eadem verba repetuntur 7, 34. p. 858. Plat. Hipp. Maj. c. 24. *ἑψῇ*. In his omnibus accentus male pictus videri possit. Sed magis ad propositum faciunt Lucian. asin c. 25. *ἐν κτήνει καθεψεῖσθαι* et Clem. Alex. protr. ad gent. p. 15. *καθήψουν*.

καὶ ἄλλως. Quid sibi h. l. vult *ἄλλως*? Lege *ἄλλοις*. Croeso fatale fuit ab oraculo decipi: aliis vero fatale fuit, non dilucide futura intelligere. Possis quoque *καὶ ὅλως*, sed prior correctio praestare videtur.

ἐκείνης ἔργον ἐστίν. Sic bene codd. Par. 3011. P. et Gorl. et ed. Junt. Vulgo omnes *ἐκείνης μέρος ἐστίν*.

C. 15.

διηγκυλημένος. Referuntur huc duo scholia: *διηγκυλημένος*] *ἐν ἑτοίμῳ ἔχων*. Male ante Solanum erat *διηγηλημένος*, et *διηγκυλόμενος* (sic)] *ἀντὶ τοῦ ἐν μασχάλῃ κρατῶν ὥςπερ τὸ δόρυ*. Legebatur ante Solanum *εὐμασχάλῃ*. *διηγκυλόμενος* vitium scripturae videtur esse pro *διηγκυλωμένος*, ab altera verbi forma *διαγκυλόω*. Saepius haec confusa, ut in Xenoph. anab. 4, 3, 28. cf. Schneid. in Lex. Etiam vitium cod. O. *διηγκωλημένος* eidem dittographiae originem debere videtur, dubia vocali falso loco reposita. Tertiam verbi formam *διαγκυλίζω* agnoscunt et codd. Xenoph. l. l. et Hesych. s. v. *διηγκυλίσθαι τὸ ἐνεῖραι τοὺς δακτύλους τῇ ἀγκύλῃ τοῦ ἀκοντίου. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἕτοιμον εἶναι*, cujus glossae posterior pars cum priori scholio

Lucianeo convenit. Suidas vero posterius Luciani scholion suum fecit: *διηγκυλημένων. τὸ ἀκόντιον μεταχειριζόμενον, ἀντὶ τοῦ ἐν μασχάλῃ κρατῶν τὸ δόρυ. Ξενοφῶν.* — Jam sequitur ille ipse Xenophontis locus, quem antea citavimus. Ceterum *διηγκυλημένος κεραυνόν* dictum est, ut *κοπίδα διηρμένος* Toxar. c. 55. et similia.

IUPITER TRAGOEDUS.

C. 2. T. 2. p. 109. Verba *ὑπὸ ἔθους* cum praecedentibus *οὐ μὴν κωκύω γε* conjungenda sunt. — c. 8. p. 114. *ὡς ἐπικεχρῶσθαι καὶ ἐπηυγάσθαι μόνον.* Variantes *ἐπηλυγάζεσθαι* et *ἐπιλυγάζεσθαι* adducere Schmiedero non operae pretium visum est, quamvis scholiasta habeat: *ἐπηλυγάζεσθαι· ἠλύγη ἡ σκοτία.* Legendum videtur *ἐπηλυγάσθαι.* Docte et fuse de hac voce egit Ruhnkenius ad Tim. p. 117. Etiam in libello Luciani calumn. non tem. cred. c. 1. T. 2. p. 361. in verbis *καὶ τὸν ἑκάστου βίον ἐπισκιάζουσα* legendum e scholiasta *ἐπηλυγάζουσα* cum Piersono ad Moer. p. 164. Eodem modo quoque Timaeus l. c. vocem interpretatur *ἐπηλυγάζονται, ἐπικρύπτονται, ἐπισκιάζονται,* et sic quoque Suidas et Zonaras. — c. 14. p. 117. *τὸ δὲ ἀτοπώτατον ἁπάντων, ἐπιλέλησμαι τὸ προοίμιον ἁπάντων τῶν λόγων, ὃ παρεσκευασάμην.* Posterius *ἁπάντων,* quod in duobus codicibus, quibus ni fallor cod. Oxon. et ed. pr. addenda sunt, delet Schmiederus. Equidem una syllaba, quae male iterata est, deleta malim *τὸ προοίμιον ἅπαν τῶν λόγων.* — c. 30. p. 129. Apollo a Momo excitatus, ut ipsis vaticinetur de exitu rixae inter Timoclem et Damim, de qua diu solliciti sint, tergiversatur, cum nihil eorum, quibus in vaticinando maxime opus sit, ut tripus, suffimenta, fons Castalius sibi praesto sit. Hoc vero illud ipsum esse, Momus jam in eum invehitur, quod ipsi probro vertat; ita enim suam ipsius ignorantiam futuri sic quasi celare velle, quamvis in maximis angustiis sit. Jam Jupiter, ut importunum illum acerbumque cavillatorem abigat, *ὅμως, ὦ τέκνον,* inquit, *εἰπὲ καὶ μὴ παράσχῃς τῷ συκοφάντῃ τούτῳ ἀφορμὰς διαβάλλειν καὶ χλευάζειν τὰ σά, ὡς ἐπὶ τρίποδι καὶ ὕδατι καὶ λιβανωτῷ κείμενα, ὡς* (sic pro *ὥςτ'* ex Oxon., Gorl. et marg. Ald. 1. scribendum), *εἰ μὴ ἔχοις ταῦτα, στερησόμενόν σε τῆς τέχνης,* in qua constructione accusativus participii post *ὡς* sollemnis est. Exemplis, quae Matth. Gr. Gr. §. 568, 3. affert,

haec adde: Plat. Protag. p. 342. B. C. Phaedon. p. 109. D. Polyaen. p. 129. Lycurg. adv. Leocr. p. 212. Tayl. Plut. Lycurg. c. 5. in. Luc. Hermot. c. 28. T. 1. p. 356. Gal. de temp. medicam. simpl. lib. 1. T. 2. p. 6. l. 34. In Euripidis Phoen. v. 1100. Pors. et in Lucian. Nigrin. in. alia quoque explicandi hujus participii ratio iniri potest. Futurum *στερήσομαι* semper passive est pro *στερηθήσεται*, ut in Xenoph. memor. 1, 1, 8.: *οὔτε τῷ δυνατοὺς ἐν τῇ πόλει κηδεστὰς λαβόντι δῆλον, εἰ διὰ τούτους στερήσεται τῆς πόλεως.* Heliodor. 3, 15. p. 128. *ἠνιώμην δὲ, ὅτι ὁ Χαρικλῆς στερήσεται τῆς θυγατρὸς, ἐννοῶν.* Verum qui Jupiter dicere possit, vel potius Momus, eum cavillari, ni tripus, aqua et thura adsint, eum arte vaticinandi privatum iri, non video; nam si quis ob impedimentum quodcunque artem exercere non potest, tamen ea non privatus est. Quapropter lege *ὑστερησόμενόν σε τῆς τέχνης*, de quarum duarum vocum confusione cf. Ruhnk. ad Tim. p. 51. sq., cui tamen in eo, quod in Timaeo et Suida utrumque rectum esse monuit, non assentior. Etiam ibi praeferendum *ὑστερούμενοι*; cf. Ignat. epist. 11. p. 230. *ἐὰν μή τις ἐντὸς ᾖ τοῦ θυσιαστηρίου, ὑστερεῖται τοῦ ἄρτου τοῦ θεοῦ.* Id. in inscript. ep. 7. p. 148. *ἀνυστερήτῳ οὔσῃ παντὸς χαρίσματος.* Luc. paras. c. 60. T. 2. p. 257. *ὑστερήσας οὐδὲν τῆς σεαυτοῦ τέχνης* paulo alio sensu, quam in nostro loco. — c. 46. p. 141. *Εὖγε, ὦ Τιμόκλεις ταῦτα καὶ ἰσχυρῶς τῷ παραδείγματι.* Sic bene jam haec emendata dedit Schmiederus e codicibus. Sed fuit, ni fallor, etiam scribendum *ἰσχυρῷ τῷ παραδείγματι.* — c. 50. p. 144. *ταυτὶ μὲν ἤδη κατὰ ῥοῦν προχωρεῖ τῷ Δάμιδι καὶ πλησίστιος ἐπὶ τὴν νίκην φέρεται.* Sed *πλησίστιος* semper est ventus *ἐμπίπτων τῇ ὀθόνῃ καὶ ἐμπιπλὰς τὰ ἀκάτια* (c. 46.). Damis vero secundo vento ad victoriam fertur; lege itaque *πλησιστίῳ.* Aliquid praesidii huic emendationi in scholiasta est, qui scribit: *διὰ τοῦτο καὶ νῦν τῷ πλησίστιον ἐχρήσατο.* Hic enim si *πλησίστιος* legisset, *τῷ πλησίστιος* scripsisset; ut, cum *πλησίστιον* scribat, eo testetur, eum, si non nostrum, tamen aliud quid legisse, quam quod in vulgata est.

SOMNIUM SEU GALLUS.

Libellus hic Luciani lectorem vix morari potest, sic plana pleraque decurrunt, ut, ni insignis codicum discrepans lectio accuratiorem crisin postularet, vix quicquam mutari debere in

recepta lectione videri possit. Hanc codicum discrepantiam excutere nunc non vacat, sed perpauca quaedam alia annotabimus.

C. 1. T. 2. p. 146. *καίτοι εἴγε χρὴ τεκμαίρεσθαι τῇ τε ἡσυχίᾳ, πολλῇ ἔτι οὔσῃ καὶ τῷ κρύει, μηδέπω με τὸ ὀρθρινὸν ὥςπερ εἴωθεν ἀποκναίοντι . . . οὐδέπω μέσαι νύκτες εἰσίν.* Meminit hujus loci Ruhnkenius quoque ad Tim. p. 42., fusius de voce *ἀποκναίειν* agens. Neque tamen ullum exemplum protulit, ubi *κρύος ἀποκναίει* dictum sit, vel simile quid, quod ad corpus referri possit. Jam cum duo codd. praebeant *ἀποπηγνύντι*, vide ne fuerit, *ἀποκαίοντι*, quod de frigore dictum notissimum est. Hippocr. de aër. aq. et loc. p. 356. *ὑπὸ δὲ τοῦ ψύχεος ἡ λευκότης ἐπικαίεται καὶ γίγνεται πυῤῥή*, ubi magis nativo significatu vox usurpata est; ut Liv. 27, 47. color *adustior*, ut ex recente via. Long. Pastoral. 3. p. 80. *ὡς ἐγένετο ἡμέρα, κρύος μὲν ἦν ἐξαίσιον καὶ αὖρα βόρειος ὑπέκαε πάντα.* quod prorsus cum Lucianeis convenit. Ad hunc locum Mollius plura alia laudat, inter haec ex Geoponicis: *ὑπὸ πάχνης ἀποκαιομένας ἀμπέλους*, ne forte in Luciano *ὑποκαίοντι* reponendum opinemur.

C. 29. p. 172. *οὐκοῦν τάλαντα μὲν ἑβδομήκοντα ἐκεῖνα πάνυ ἀσφαλῶς ὑπὸ τῇ κλίνῃ κατορώρυκται, καὶ οὐδεὶς ἄλλος εἶδε· τὰ δὲ ἑκκαίδεκα εἶδε, οἶμαι, Σωσύλος ὁ ἱπποκόμος ὑπὸ τῇ φάτνῃ κατακρύπτοντά με.* Legendum videtur *τάλαντα τὰ μέν*, atque *τάλαντα τὰ μὲν . . . τὰ δέ* dictum est ut Lucian. Zeux. c. 11. T. 1. p. 400. *οἱ Γαλάται δὲ, οἱ μὲν ἐτεθνήκεσαν . . . οἱ δὲ ζῶντες ἐλαμβάνοντο.* Id. deor. concil. c. 6. T. 2. p. 606. *οὗτοι γὰρ ὁ μὲν αὐτῶν ἰᾶται . . . ὁ δὲ Ἡρακλῆς κ. τ. λ.* Soph. Antig. 557. Erf. *τῷ παῖδέ φημι τώδε, τὴν μὲν ἀρτίως ἄνουν πεφάνθαι, τὴν δ' ἀφ' οὗ τὰ πρῶτ' ἔφυ.* cf. Matth. Gr. Gr. §. 289. ann. 8.

ICAROMENIPPUS.

C. 19. T. 2. p. 191. *ἐπειδὴ δ' οὖν πάντα ἱκανῶς ἑωρᾶτο καὶ κατεγεγέλαστό μοι, διασείσας ἐμαυτὸν ἀνεπτώμην.* Lege *ἑώρατο* accentu mutato. Eodem modo peccatum est in Xenoph. memor. 1, 2, 64. ubi pro *ᾐτιᾶτο* legendum est *ᾐτίατο*, ut praecedens *ἐγέγραπτο* monstrat. Pro *ἀνεπτώμην* e codd. scribendum *ἀνεπτόμην.* — Mox c. 27. p. 197. pro *ἀνηνεγμένον*, quod augmento peccat, lege *ἀνενηνεγμένον.* — ibid.

c. 29. legitur τὴν μὲν αἰτίαν τοῦ ξυναγαγεῖν ὑμᾶς ὁ χθιζὸς οὗτος ξένος *παρέσχηται*, ubi Belinus voluit παρέχει, et mihi παρέσχηκε melius videbatur. Sed nunc nihil muto. Hippocr. de morb. 1, 2. T. 2. p. 2. τὰς δὲ νούσους *παρέχεται* τὰς μὲν ἀπὸ σιτίων etc. Sed non sic defendo, quod legitur Hesiod. Theog. 746.

τῶν πρόσθ' Ἰαπετοῖο πάϊς *ἔχετ'* οὐρανὸν εὐρύν,

ubi, si quid video, corrigendum est ἔχει. [Medium παρέχεσθαι sollemne est in his et similibus. cf. Heind. ad Platon. Phaedon. 82. p. 136. Lucian. apol. pro merc. cond. c. 8. T. 1. p. 328. ἐν οὕτως ἀμφιλαφεῖ τῇ ὑποθέσει καὶ μυρίας τὰς ἀφορμὰς *παρεχομένῃ*. Id. somn. s. Gall. c. 13. T. 2. p. 158. ὅσας μὲν χρείας *παρέχεται* ὁ χρυσός. Id. Anachars. c. 26. T. 2. p. 273. καὶ ἀκαμάτους ἐπὶ πλεῖστον *παρέχεται*. Heliod. Aeth. 8, 6. p. 320. ἐπιδείξεως ἀφορμὴν . . . *παρεσχημένῃ*.]

BIS ACCUSATUS.

C. 10. T. 2. p. 208. αὕτη τοι διηγήσεται τὰ πάντα· ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὸ κήρυγμα. Lege: ἐγὼ δὲ *εἶμι* ἐπὶ τὴν etc. Nam cum nihil ejusmodi praecesserit, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ intelligi nequit.

PARASITUS.

C. 8. T. 2. p. 236. ΠΑΡ. . . φέρε γάρ, εἰ *ἐπιτρέψας σὺ σεαυτῷ* ναῦν ἐν θαλάττῃ καὶ χειμῶνι, μὴ ἐπιστάμενος κυβερνᾶν, *σωθείης* ἄν; ΤΥΧ. οὐχ οὕτω. ΠΑΡ. τί δήποτε, ἢ τῷ μὴ ἔχειν τέχνην, δι' ἧς *δυνήσεαι* σώζειν ἑαυτόν; — Omnes codd. habent δυνήσεται; quod nunc legitur, e correctione Gesneri est, unde male ionica forma scriptori nostro infertur. Praeterea quid sibi vult εἰ cum participio ἐπιτρέψας? Sed lege εἰ *ἐπιτρέψαι τις ἑαυτῷ* . . . *σωθείη* ἄν; ubi ἐπιτρέψαι ex nostra correctione est, reliqua praebuit optimus cod. Gorl. Jam *δυνήσεται* bene se habet. — c. 12. ὁ γὰρ Ἐπίκουρος οὗτος, ὅςτις ποτέ ἐστιν ὁ σοφός, ἤτοι φαγεῖν ἔχει, ἢ οὔ. εἰ μὲν *οὐκ* ἔχει, οὐχ ὅπως ἡδέως οὐ ζήσεται, ἀλλ' οὐδὲ ζήσεται. Videtur legendum esse: εἰ μὲν *οὖν μὴ* ἔχει, οὐχ ὅπως ἡδέως ζήσεται, ἀλλ' οὐδὲ ζήσεται. c. 37. p. 245. φιλοσόφους μὲν οὖν, *ὥςπερ ἦν*, παρασιτίᾳ σπουδάσαντας ἔδειξα. Gesnerus ὥςπερ ἦν vertit, *sicut dicebam*, quod, quicquid in notis dicat, Graecae linguae consuetudo non fert. Idem

tamen confitetur, posse quoque verti; *quantum licuit.* Bene sic quidem. Sed malim οὗςπερ ᾖν, *quos licuit, quoscunque potui.*

RHETORUM PRAECEPTOR.

C. 1. T. 2. p. 289. ἐρωτᾷς, ὦ μειράκιον, ὅπως ἂν ῥήτωρ γένοιο, καὶ τὸ σεμνότατον τοῦτο καὶ πάνδημον ὄνομα, σόφιστὴς αὐτὸς εἶναι δόξῃς. Pro ultima voce δόξαις legendum esse, quivis videt. Plures praeterea codd. et edd. habent πάντιμον, quod cum Graevio et Solano praefero. Etiam Gronovius vitium vulgatae lectionis sensit, sed cum nostram lectionem non novisset, conjecit πάνδεινον, quod saltem τῷ πάνδημον praeferendum est. Ratio vero illa, quam Gesnerus et Reitzius defendendae vulgatae afferunt, scriptorem c. 25. per Venerem πάνδημον jurare, ne quid durius dicam, nihil valet; ὄνομα πάνδημον non potest esse, *omnium ore celebratum nomen*, ut isti vertunt, sed est *nomen, quod toti populo convenit*, quod hic nullo modo tolerari potest.

C. 6. p. 292. ὡς γαμήσειάς τε αὐτήν. Notetur h. l. forma ἐγάμησα, quam Buttm. prorsus praeteriit, et Matthiae in solo novo Test. reperiri contendit; neque Fischerus alia exempla attulit. Simile est futurum γαμήσω, quod aliquoties in Luciano occurrit, ut statim c. 8. et 9. de domo c. 22. T. 2. p. 401. dial. meretr. 7, 2. T. 2. p. 458. Usus quoque eo est Long. Past. 4, 20. p. 476. Bod.

C. 9. p. 293. εἶτά σε κελεύσει ζηλοῦν ἐκείνους τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας, ἕωλα παραδείγματα παρατιθεὶς τῶν λόγων, οὐ ῥᾴδια μιμεῖσθαι, οἷα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐργασίας ἐστὶ, Ἡγησίου καὶ τῶν ἀμφὶ Κράτητα καὶ Νησιώτην, ἀπεσφιγμένα καὶ νευρώδη καὶ σκληρὰ καὶ ἀκριβῶς ἀποτεταμένα ταῖς γραμμαῖς. Magnae hic sunt controversiae. Hegesiam intelligit Graevius Magnetem illum, qui primus Asiaticum dicendi genus invexit. Cic. orat. 67, 69. Cratetem fuisse quidem rhetorem Trallianum, ex Isocratis schola profectum, Diog. Laert. 4, 269., sed minus illum nobilem, quam ut hic intelligi possit; legendum esse ex uno ms. Κριτίαν, intelligendumque de celebri illo Socratis discipulo, unoque ex XXX tyrannis, quem Cic. de orat. 2, 20. bonum oratorem laudat. Nesiotem sive insulanum esse Gorgiam Leontinum; Siciliam enim κατ' ἐξοχὴν insulam dici; quo trahere possis verba Quintil. 3, 1, 8. „Vir ejusdem insulae, Gorgias Leontinus.“

ut ad cognomen *Νησιώτου* respiceretur eo loco. Verum in omnibus his erraverunt et Graevius, et qui eum secuti sunt. Nam Hegesias orator nullo modo hic intelligi potest, nam is primus masculam illam et Atticam eloquentiam corrupit: „ut verbis enim et sententiis ineptus fuit, sic maxime orationis structura." Scripsit quoque historiam Alexandri Magni, e qua frigide dictum recte vituperat Plutarch. Alex. c. 3. cf. egregie de hoc rhetore disputantem Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 25—27. 2.). Si *Νησιώτης* de Gorgia Leontino intelligi deberet, scribendum esset *τὸν Νησιώτην*. Sic *ὁ ποιητής* est Homerus etc. Praeterea vero nusquam sic simpliciter nominatur Gorgias, ut hoc appellativum vices nominis proprii sustinere possit. Rectius igitur alii agere visi sunt, qui non rhetores h. l. sed sculptores intellexerunt, quo verba sequentia quoque nos ducunt. Jam pro Cratete Critiam reponendum esse, nullum est dubium. Et sic in uno cod. Paris. et cod. Gorl. reperitur. Jam Belinus bene subministravit locum Plin. H. N. 34, 8. sect. 19. „Phidias floruit Olympiade LXXXIV, circiter CCC nostrae urbis anno; quo eodem tempore aemuli ejus fuere Alcamenes, *Critias*, *Nestocles*, Hegias." Vides Critiam Phidiae aequalem et aemulum, quod optime nostro loco convenit; nam de priscis illis et bonis statuariis agitur. Emendat itaque Belinus nostrum locum ita: *Ἡγίου καὶ τῶν ἀμφὶ Κριτίαν καὶ Νεστοκλέα*, quod cum loco Plinii comparatum speciosius quam verius est. Nam Nestoclem istum Plinii nemo praeterea novit. In eo quoque Belinus erravit, quod Solani notam inspicere neglexit, qui jam verum vidit, Critiam et Nesiotem eundem esse artificem. cf. nostr. philops. c. 18. T. 2. p. 314. *ἐν οἷς καὶ τὰ Κριτίου τοῦ Νησιώτου πλάσματα ἕστηκεν, οἱ τυραννοκτόνοι.* Sed quod Solanus solo *καί* extruso huic loco se mederi posse credit, fallitur; pro *καί* necessario legendum est *τόν*, quod vitium, e compendio scripturae natum, saepius jam nobis se obtulit. Verisimilius itaque est, in Plinio pro *Nestocles* legendum esse *Nesiotes*, commate post *Critias* deleto. Restat nunc unus Hegesias, pro quo Belinus Hegiam substituit. Pro uno eodemque habere videtur Ruhnkenius. Sed diversi fuerunt· cf. Harduini nota ad. Plin. l. c. p. 648. Hegesiae sculptoris antiquissimi meminit quoque Quintil. 12, 10. quapropter nihil in hoc nomine mutandum est.

C. 13. p. 296. *ὑποπεπτηχότων*. Lege e cod. Oxon.

ὑπεπτηχότων, quod jam Dorvillius monuit ad Charit. 6, 8. p. 553. Lips. Legitima forma exstat apud Nostr. musc. encom. c. 4. T. 2. p. 342. et c. 12. p. 345.

DIALOGI MERETRICII.

13, 2. T. 2. p. 474. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι κατεπεπλήγεσαν οἱ λοχαγοὶ καὶ οἱ ταξίαρχοι, καὶ ὁ ἡγεμὼν αὐτὸς, καί τοι οὐκ ἀγεννὴς ἄνθρωπος ὤν. Ἀρίσταιχμος γὰρ ἡγεμὼν ἡγεῖτο Αἰτωλός. Vox ἡγεμών ante ἡγεῖτο jure suspecta fuit Belino, qui eam vel delendam vel in ὁ Ἡγεμῶνος mutandam censet. Sed ipse vir doctissimus nunc mihi adstipulabitur legenti ἡμῶν ἡγεῖτο. Simile fere vitium unius syllabae in media voce abundantis insidet Heliod. Aeth. 2, 9. p. 63. ᾧ καὶ δεύτερον εἰς τὴν Αἴγυπτον συνέπλευσα. Lege ᾧ καὶ δεῦρο εἰς etc.

DE MORTE PEREGRINI.

C. 43. T. 2. p. 496. καὶ ὡς ἐπιταραχθείη μὲν τῆς νυκτός, ἐν μέσῳ τῷ Αἰγαίῳ γνόφου καταβάντος καὶ κῦμα παμμέγεθες ἐγείραντος, ἐκώκυε μετὰ τῶν γυναικῶν etc. Lege ὡς ἐπιταραχθείς, quod participium pertinet ad ἐκώκυε. In codicibus *H* saepe cum *Σ* et *N* confusum est. Nostr. Lapith. c. 2. T. 2. p. 536. ἧς οὐκ οἶδ' ἄν τις ἡδίων ἔμοιγε. Lege οὐκ οἶδα ἥτις ἡδίων etc. Plat. Lysid. c. 27. p. 32. Heind. ὃ δὲ μὴ ἀγαπῴη, οὐδ' ἂν φιλοῖ; lege cum Schleiermachero ὁ δὲ μὴ ἀγαπῶν ut semper in praecedentibus. Alias esset ὃς δὲ etc. (Caeterum obiter moneo, in fine ejusdem capitis pro ἄλληλα φθόνου legendum videri ἀλληλοφθονίας.) *H* post *N* excidit in deor. concil. c. 16. T. 2. p. 610. μήτε τὸν Ἀπόλλω τοσαῦτα μόνον ποιεῖν, ἀλλ' ἕν τι ἐπιλεξάμενον, μάντιν ἢ κιθαρῳδὸν ἢ ἰατρὸν εἶναι. Lege ἢ μάντιν ἢ κιθ. etc. *H* post *Σ* excidit in Heliod. Aeth. 9, 5. p. 356. καὶ οὔπω τῆς τῶν Περσῶν γνώμης συνιέντες δύο πού τινας καὶ πλείους διαπείρουσιν. Lege ἢ καὶ πλείους. *H* ante *N* excidit Lucian. dial. deor. 6, 5. T. 1. p. 86. οὔτε γὰρ ἡ νεφέλη ποτὲ Ἥρα γένοιτ' ἂν, οὔτε σὺ νεφέλη. Lege οὔτε σὺ ἡ νεφέλη. Non enim sensus est: *tu, Juno, numquam fies nubes*, sed *tu, Juno, numquam fies haec nubes*, quam pro te Ixioni subjecturi sumus. *H* post *N* excidit in Hippocr. de humor. c. 11. p. 327. τὰ παρὰ τὸ οὖς, ὅσοισιν ἂν ἀμφὶ κρίσιν γενόμενα, ἢν μὴ ἐκπυήσῃ etc. Lege ὅσοισιν ἂν ᾖ ἀμφὶ etc. Memorabile exem-

plum confusorum *N* et *Σ* exstat apud Archimed. p. 123. l. 45., ubi pro ἢ τέτρωκον τὸ μόριον δακτύλου leg. ἢ τετρωκοστομόριον δακτύλου. Doricam formam τετρώκοντα ex tabulis Heracleensibus in Lexicon recepit Schneider. Adde ordinale τετρώκοστος Archimed. p. 126. l. 10. l. 21. et 23. (duobus postremis locis male τετράκοστος legitur) et τετρωκοστομόριον ex Archimed. p. 123. l. 48. p. 124. l. 46.

SCHOLIASTA LUCIANI.

Apolog. pro merc. cond. c. 11. T. 1. p. 329. κρηςφύγετα] τὰ πρὸς τοὺς χειμῶνας στενὰ καὶ ὀχυρώματα. Lege στεγνά, sive quod, ut nunc video, Porto ad Suidam placuit, στεγανά. — Scholion ad c. 12. p. 331. sic scribo: παρὰ τοῦ βασιλέως] εἴ τι σου (vulg. εἴ τισιν) ἄλλο, ταῦτα πλεονεξίαν κατηγορεῖ καὶ ἀλαζονείαν (vulg. πλεονεξίας κατηγόρει καὶ ἀλαζονείας). καλῶς μὲν γὰρ ἂν (deest vulgo) εἶχέ σοι ἡ ἀπολογία τὰ κοινὰ συνδιατηρεῖν (vulg. συνδιαφέρειν) τοῖς ἄλλοις καὶ διαχειρίζειν προβαλλομένη· καὶ πρὸς ἔπαινον ἦν ἂν (vulgo πρὸς ἔπαινον ἡμῖν) τοῦτο παρὰ πᾶσι τὸν βίον ἐπανορθοῦσθαι προθυμηθέντι. τό γέ τοι παρὰ βασιλέως (est a Solano pro vulg. περὶ βασιλείας) προςθεῖναι μισθοφορεῖν, καὶ οὕτω μισθοφορίαν (vulg. μισθοφορίας) ὑπερφυῆ, οὐκ ἔστιν ἥτις ἄλλη ταύτην ὑπερβάλλοιτο ἂν (deest vulg.) φιλοτιμία καὶ πλεονεξία. Εἰ γὰρ τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις μισθοφορεῖν αἰσχρὸν, πόσῳ (v. πολλῷ) μᾶλλον τὸ παρὰ βασιλεῖ; καὶ εἰ τὸ μικρὰ μισθαρνεῖν καταγέλαστον, (praestat, ni fallor, κατάπτυστον s. καταβδέλυκτον), τί ἂν εἴποι τις τὸ μεγάλα; ὅσον γὰρ βασιλεὺς ἰδιώτου εἰς τύχην ὑπερφέρει (est ab Hemsterhusio pro vulg. ὑπερτερεῖ) καὶ τὰ δέκα τῆς μονάδος εἰς πλῆθος τοσοῦτον καὶ ὁ τὸ (deest vulgo ὁ ante τό) φιλοσοφεῖν αἱρούμενος κατὰ τὸ κράτιστον, ἄν τε ὑπὸ μικρᾶς, ἄν τε ὑπὸ μεγάλης μισθοφορίας τῆς φιλοσοφίας ἐκκρούοιτο (vulgo ὑπὸ μεγάλης φιλοσοφίας ἐκκρούοιτο, pro quo Hemsterhusius voluit ὑπὸ μεγάλης μισθοφορίας ἐκκρούοιτο: nobis utrumque jungendum videbatur), ἐς γέλωτα πλατύτερον συντελοίη (deest alicubi ἄν et notes formulam συντελεῖν ἐς γέλωτα). ἴσως γὰρ τὸ μικρὸν σύγγνωστον, Θεόγνιδα συνέπαινον ἔχον, ἐν οἷς φησιν, οὐκ εὔχομαι πλοῦτον οὐδὲ ἔραμαι, ἀλλά μοι εἴη μὲν ἀπὸ τῶν ἐλαχίστων. Memoriter haec

citasse videtur scholiasta; Theognidis haec sunt verba v. 129. sq. ed. Welck:

οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν οὐδ' εὔχομαι, ἀλλά μοι εἴη
ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν.

Jov. Trag. c. 47. T. 2. p. 142. χηνίσκος δὲ ἐλέγετο, ὅτι χηνὸς κεφαλὴν μορφοῦντες οἱ ναυπηγοὶ ἐπετίθεσαν τῷ ἄκρῳ, τάχα τὸ πλοῖον εἰς χῆνα ἀπεικάζοντες, ἢ τοῦ εὐοιωνισμοῦ χάριν, ὡς ἀβάπτιστος αὐτοῖς ἡ ναῦς διατελοίη, τροπὸν χηνὸς ὑπερνέουσα τῶν κυμάτων. Hoc loco de voce εὐοιωνισμός dubium tollitur, cujus nota Schneiderus eam insignivit, cum ex solo Phavorino prolata sit, praesertim cum nunc Zosimi auctoritas accedat p. 912., unde sua Phavorinus descripsit. Scripsi praeterea ἐπετίθεσαν pro vitioso ἐπετίθησαν, quod editiones obsidet. Plura ejusmodi vitia utique etiamnum caput extollunt, sic ἀναθῆναι Lucian adv. indoct. c. 11. T. 2. p. 352., ὑποθῆναι Hippocr. T. 1. p. 158. παρῆναι id. T. 1. p. 66., προςτεθηκότων Galen. de compos. medic. sec. loc. lib. 2. T. 1. p. 98. b., ἐπιτέθηκα, Eustath. de Ism. p. 20., παρατέθηκα Scholiast. ad Genes. 36, 16. in Ernesti Opuscul. philol. p. 314., παρηκέναι Clem. Alexandr. p. 42. Quid, quod Schmiederus, vir in grammaticis minime versatus in Lucian. calumn. non tem. cred. c. 17. T. 2. p. 370. inter notabiliores lectionis discrepantias pro προςθεῖναι e cod. Aug. 2. προςθῆναι afferre non dedignatus est? — In scholio de sacra ancora cap. 51. p. 144. ἄγκυρά ἐστιν ἐν τῇ νηῒ τῇ μεγίστῃ, ἣν καλοῦσιν ἱεράν lege ἡ μεγίστη.

Somn. s. Gall. c. 1. T. 2. p. 147. τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ προκόψας ἔσῃ ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ τροφὴν ὠνήσασθαι πεπορηκὼς ἑαυτῷ. Sic Schmiederus, sed Solanus dedit πεποριχώς. Edita habuerunt πεπονηκώς, quod solum est verum, quodque, antequam Solanum consulueram, ex ipso Luciano jam emendaveram, nam sic Luciani locus se habet, quo scholion refertur: προόδου ἔσῃ τοῦτο ἐς τὰ ἄλφιτα πεπονηκώς. — In scholio ad c. 19. p. 163. ὑπὸ Κενταύρων γε μὴν ὀλέσθαι Ἐλάταις ἀλοώμενον scribe litera minuscula ἐλάταις.

Icaromenipp. c. 24. T. 2. p. 194. Διάσια ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣν ἐπετέλουν μετά τινος στυγνότητος, θύοντες ἐν αὐτῇ Διῒ μειλιχίῳ etc. Jam addunt exc. Gorl. ἔοικε δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ διασιαίνειν τεθεῖσθαι, ubi voculam ἀπό interposui, quod statim cur jure factum sit, apparebit. Schol. Luc. Timon.

c. 7. T. 1. p. 39. *τὰ Διάσια ἑορτὴ Ἀθήνησιν οὕτω καλουμένη, ἣν εἰώθεσαν μετὰ στυγνότητος ἐπιτελεῖν, θύοντες Διῒ τῷ Μειλιχίῳ· ἔοικε δὲ καὶ τοὔνομα ταύτῃ ἀπὸ τοῦ διασιαίνειν τεθεῖσθαι.* Ubi eadem excerpta Gorl. addunt: *διασιαίνειν δὲ τὸ ἀποτρέπεσθαι τῆς ἀνίας· ὅρα ἐν τῷ Ἰκαρομ. καὶ προςτίθει τοῦτο τοῖς ἐκεῖ.* Haec sunt Tiberii Hemsterhusii ad h. l. verba: „*διασιαίνειν*, verbum nihili, quod ex grammaticis veteribus male intellectis vel mendose scriptis arripuit; interpretatio in Exc. Gorl. non melior. *Διάσια* volunt dici *ἀπὸ τοῦ διαφυγεῖν αὐτοὺς εὐχαῖς* (quibus Jovem *Μειλίχιον* adibant) *τὰς ἄσας·* ita Suidas ex Arist. Schol. ad Nub. 407., apud quem perverse legi *ἄτας* monuit Kusterus. [*ἄσας* habet Invern.] Idem vitium ex Sapphus Oda detersit H. Stephanus ad Erotian. p. 158. Brevius Etymol. *παρὰ τὰς ἄσας, τὰς ἀνίας.* Non quaero, quam recte; sed hinc saltem patet, quam vocis originem probaverint. Debuerat ergo scripsisse noster commentator *ἀπὸ τοῦ διωθεῖσθαι* vel *ἀποτρέπειν τὰς ἄσας, ἤγουν τὰς ἀνίας.* Quodsi ab *ἀσαίνω* compositum extitisset unquam *διασαίνω*, longe diversa foret ejus potestas. In Etymologo quoque vestigium aliquod hujus grammaticorum inscitiae reperiri suspicor, *Διασία οὖν, ἡ ἀποτρέπουσα τὰς ἄσας*, eo accentu, quasi singulare femininum esset, [Sylburgius quoque in indicem hinc retulit *Διασία ἡ fest.*], tametsi fateor, eam difficultatem posse tolli, modo scribas *Διάσια*, intelligasque *ἑορτὴ ἡ ἀποτρέπουσα* etc. Sed citius inepti hominis adsumentum esse dixerim. De voce *ἄσαι* multa Foës. in Oecon. Hippocr. Illius *στυγνότητος* (minus recte E. A. *στυγνώτητος*) Hesychius meminit, sed plane mutilus in *Διάσια.* Tum scribe in C. G. *ἀποτρ. τὰς ἀνίας.* Nostri locus in Icarom. §. 24." — Haec Hemsterhusius, quibus quae addam, pauca tantum habeo. Scholiasten ex mendose scriptis exemplaribus Luciani nonnunquam quaedam afferre, satis novimus. Sic dial. deor. 14, 2. pro recte scriptis *ἀπὸ τοῦ Ταϋγέτου* soloeca *ἀπὸ τὸν* vel *ἀπὸ τὸ* (cf. varr. lectt.) *Ταΰγετον* in suo exemplari legerat scholiasta, unde bellam notam ipsi debemus: *Ἀττικὴ γὰρ συνήθεια τοῦτο, ἀντὶ γενικῆς εἰς εὐθεῖαν παραλαμβάνειν.* Incredibilem stuporem hominis vide, qui praepositionem cum *εὐθείᾳ πτώσει*, i. e. cum nominativo construi posse contendit; quod si recentioris est aetatis, accusativum saltem nominasset, cum quo *οἱ νῦν Ἕλληνες* praepositionem *ἀπό* conjungunt. Sic porro in apolog. pro merc.

cond. c. 1. T. 1. p. 325. pro παλινῳδεῖν scriptum invenerat παλινοδεῖν, quod interpretatus est ἐναντίως ὁδεύειν. Verum nunquam in hoc scholiasta observavi, eum ex aliis quoque grammaticis male lectis vel male intellectis novas vocum formas extudisse; saepe quidem interpretationis causa voces addit, ex vulgari loquendi consuetudine desumptas, quae tum obtinebat; atque quid impedit, quominus hoc etiam loco idem accidisse statuamus? Quis nobis auctor est, διασιαίνειν non in ore plebis infimae forte fuisse? —

Pseudol. c. 17. T. 2. p. 383. κύφων δέ ἐστι δεσμὸς ξύλινος, ὃν οἱ μὲν κλοιὸν, οἱ δὲ καλοιὸν ὀνομάζουσιν. Totum hoc scholion non indoctum exscripsit Suidas. Legendum autem est κάλιον sive καλιόν ex schol. Aristoph. Plut. 476. Quae Fischeri ad eum locum sint καλιαί, equidem nescio.

5. MEDICI.

a) HIPPOCRATES.

T. 1. p. 2. (edit. Lind.) ἀλλ' ὅπως μὴ οὐκ εἴη τοῦτο τοιοῦτον. Legendum ἔῃ pro εἴη. Dici fere nequit, quoties ionica hujus et similium conjunctivorum forma in Hippocrate transierit in optativum. Illud ὅπως μὴ οὐ dictum est elliptice, ut et μὴ οὐ sine ὅπως, *vide ne hoc non sic se habeat:* ut in Plat. Menon. c. 33. 34. p. 94. B. et E. ἀλλὰ μὴ οὐκ ᾖ διδακτόν. Interpres Latinus locum Hippocratis non intellexit.

T. 1. p. 48. (sect. 1. p. 22. Foes.) ἐπιπροςθεῖν οὖν συμβαίνει τὴν ἐντεῦθεν ἑλκομένην νοτίδα τῷ ξυναγομένῳ κάτωθεν ἰχῶρι. Cornar.: „Contingit igitur humiditatem inde detractam apponi collecto inferne sub cucurbita seroso humori,“ atque sic fere Foesius quoque, quasi ἐπιπροςθεῖν esset ab ἐπιπροςτίθημι. Verte: „*quo fit, ut inde collectus humor antevertat atque impedimento sit seroso humori, ex inferioribus partibus collecto.*“

T. 1. p. 63. (sect. 1. p. 29. F.) πρὸς γὰρ θεραπίην οὐ γίνονται, σκοπέοντες διάθεσιν φθεγγωδέα, φυλασσόμενοι ἑτέρων ἰητρῶν ἐπειςαγωγήν. Foesius φθογγωδέα, sed, ut ex notis et oeconomia apparet, solo errore typothetae. Mira sunt, quae Foesius utroque loco ad hanc vocem explicandam attulit. Unice

verum est *φθινωδέα*, quod jam Cornarius occupavit. Sensus est facilis; loquitur de malis medicis, qui congressum (consultationem nunc vocant) aliorum medicorum vitantes, periculosorum morborum curationem non in se recipiant.

T. 1. p. 67. (sect. 1. p. 31. F.) *ἀσαφίη δὲ γλώττης γίνεται, ἢ διὰ πάθος, ἢ διὰ τὰ οὔατα· πρὶν τὰ πρότερα ἐξαγγεῖλαι, ἕτερα ἐπιβαλεῖν, ἢ πρὶν τὸ διανενοημένον εἰπεῖν, ἕτερα ἐπινοεῖσθαι.* Vulgo male *πρίν τε πρότερα.*

T. 1. p. 149. (sect. 3. p. 22. F.) *τῆς ἰκμάδος φύλλα γενομένης.* Cornar. „humore folia producente." quasi *γενέσθαι* esset *γεννῆσαι*; eodem modo a Cornario peccatum est p. 151. *ξυστραφεῖσα φύλλα γενομένη βλαστάνει* „id ipsum congregatum germinat, ac folia producit."

T. 1. p. 152. (Sect. 3. p. 23. F.) *καὶ ἱμάτια συνδεδεμένα καὶ κατεσφηνωμένα ἰσχυρῶς δορικὰ κατακαίεται ὑπὸ σφέων αὐτῶν, ὡς ἐγὼ ἤδη εἶδον,* ubi p. 103. haec sunt Foesii verba: „*δορικά* legunt omnia, quae vidimus exemplaria, eaque secuti sumus, etsi *δωρικά* legerint Calvus et Gorrhoeus, et doricas vestes intelligere mavult Mercurialis lib. 5. cap. 5. variarum lectionum, quod *δωρίδος ἐσθῆτος* meminerit Herodotus lib. 5., quae simillima erat Corinthiae, eaque utebantur mulieres Atticae. An vero ex materia ad incendium parata fieret, non satis constat." Et sane bene fecit Foesius, quod textum non mutavit. Doricas vestes nemo hic requiret. Sed pelliceae optime quadrant. Videmus enim etiam hic, qualis naturae scrutator fuerit medicus Ceus. Is enim jam tum sagaciter observavit, esse quasdam materias, quae firmiter compactae, aëris accessu excluso, sponte calefieri et incendi possint, quod nostra demum aetate quantopere ventilatum sit, notissimum est. Sed totus locus perlegendus est iis, qui, quid in physicis veteres cognitum habuerint, explorare volent. Hippocrates enim, qua erat veri inveniendi sagacitate, hoc combustionis genus iisdem naturae legibus niti, quibus fimus calefactus et intrinsecus exustus, optime intellexit.

[De eodem hoc loco denuo fusius disseruit C. Struve a. 1835. in diariis, quae vocantur Ostpreussiche Provinzialblätter T. 14. Juli p. 56. sqq. sub titulo: „Zeugnisse über Selbstentzündung bei den Alten."]:

Die lehrreiche und interessante Abhandlung des Herrn

Prof. Dr. Dulk „über das Phänomen des Brennens" im Juni-Heft dieser Monatsschrift, brachte mir eine Notiz wieder ins Gedächtniss, die ich schon im J. 1821, also vor 14 Jahren, wenn auch nicht dem grössern, doch wenigstens dem philologischen Publikum mitgetheilt hatte. Sie steht in dem Supplementbande zu Schneiders letzter Auflage des Griechischen Wörterbuchs, zu dem ich auf seine Aufforderung manche Beiträge geliefert hatte, S. 71., und lautet folgendermassen:

„Δορικός. Hippocrat. de nat. puer. c. 27. T. 1. p. 152. Lind. δορικὰ ἱμάτια, *Pelze*. Ueberhaupt eine merkwürdige Stelle. Dem Hippocrates war die Erscheinung der Selbstentzündung von Thierbälgen schon bekannt, wenn sie stark zusammengeschnürt wurden (κατεσφηνωμένα), eine Entdeckung, welche die neueste Zeit als ihr Eigenthum betrachtet. Man muss die ganze Stelle und die Vergleichung mit dem Erwärmen des Mistes lesen, um sich sogleich zu überzeugen, wovon die Rede ist, und wie abgeschmackt einige δωρικά, *dorische Kleider*, lesen wollten."

Nun hat Schneider freilich dieser Erklärung seinen Beifall versagt, aber wie ich gleich zeigen werde, ohne angeführte Gründe. Indessen vor Allem muss das Zeugniss des Hippocrates erst erwogen werden, um zu sehen, ob ich zu viel gesagt hatte, dass man gleich überzeugt sein müsse, welche Beobachtung Hippocrates hier ausspräche. Die Stelle lautet in wörtlicher *) Uebersetzung folgendermassen (er spricht vorher von der Erscheinung, dass die Erde im Winter in einiger Tiefe grössere Wärme habe):

„Auch der Mist, wenn er festgestampft ist, ist viel wärmer, als wenn er locker liegt; und überhaupt das Feuchtigkeit enthaltende und zusammengedrückte erwärmt sich von sich selbst und wird unter Umständen von der Hitze in Brand und Fäulniss versetzt; denn es lässt die Luft nicht durch sich durch, grade weil es so dicht ist; wenn es aber trocken ist, und locker liegt, wird es viel weniger warm und faul. Eben so Weizen und Gerste, wenn sie Feuchtigkeit enthalten und fest liegen, sind viel wärmer, als wenn sie trocken sind und locker liegen. Auch Kleider aus Fellen, wenn sie zusammengebunden und

---

*) Wie dies zu verstehen sei, sagt die zweite Nachschrift.

fest geschnürt sind, verbrennen durch sich selbst, *wie ich selbst schon sah*, als ob sie von Feuer in Brand gesetzt wären."

Ich bin nur Laie in der Physik, lese aber manches, und dieses verbunden mit dem, was ich von der Schule und Universität her behalten hatte, erregte gar keinen Zweifel in mir, dass dem Hippocrates die Selbsterwärmung vieler Körper, ja selbst unter gewissen Umständen die Selbstentzündung bekannt gewesen sei. Aber Schneider, wie schon gesagt, ist mir nicht beigepflichtet. Meiner Notiz fügt er folgende Anmerkung hinzu:

„Dieselbe Erscheinung hat Theophr. de Lapid. §. 68., wobei die Anm. S. 593. nachzusehn. Ich finde weder δορικὰ ἱμάτια als Pelze, noch δωρικά als dorische Kleider (*Mercurialis var. Lect.* 5, 9.) richtig."

Nun hat Schneider freilich die *dorischen Kleider* auch nicht gelten lassen, und ich habe diese Lesart sogar abgeschmackt genannt. Denn dieses Beiwort bezieht sich immer nur auf Form, Schnitt oder Mode, nicht aber auf den Stoff der Kleider, worauf es hier allein ankommt. Aber auch die *Pelze* will er nicht gelten lassen, ohne einen Grund anzuführen. Doch könnte vielleicht die aus dem Theophrast erwähnte Stelle dagegen sprechen? Wir wollen sehen. Die Stelle ist in meiner Hanauer Ausgabe — denn die Schneidersche besitze ich nicht — §. 109. „Denn schon wurde ein mit Kleidern beladenes Schiff, als die Kleider, da sie nass geworden waren, sich entzündeten, mit verbrannt." — Eine Selbstentzündung ist es auch, aber ob dieselbe Art? Kleider sind es auch, aber Pelze werden sie nicht genannt. Dürfen drum jene Kleider beim Hippocrates keine Pelze sein? Wie, wenn die von Theophrast gemeinten Kleider ganz andere wären! Und das sind sie; es waren die wollenen oder Tuch-Kleider, welche Griechen und Römer ganz allgemein trugen, von weisser Farbe, welche, wenn sie schmutzig geworden waren, von den Walkern (κναφεῖς, fullones) durch Kalk oder Gyps oder Erdarten wieder gereinigt wurden *). Dies sagt uns Theophrast kurz vorher selbst; er spricht vom Gebrauch und den Eigenschaften des Kalkes und des Gypses; meldet vom letztern, dass Wände und anderes damit ange-

*) Und so fasste es schon Furlanus in seinem Commentar zu dieser Stelle.

strichen werden; „auch gebrauchen die Walker ihn in Italien, indem sie ihn auf die Kleider streichen,“ und giebt dann dem Gypse vor dem Kalke und einer Erdart den Vorzug; „denn der Gyps ist wärmer als der Kalk, und viel zäher als die Erde; und dass er auch feuerempfänglich ist, ist aus folgendem klar: denn auch schon“ u. s. w., nun folgen die vorher schon angeführten Worte.

Offenbar sprechen beide, Hippocr. und Theophr., von Selbstentzündungen; aber Hippocrates von der Selbstentzündung solcher Substanzen, die schon feucht sind, und welche durch Zusammenpressung sich inwendig erhitzen; Theophrast von trocknen Substanzen, die von aussen benetzt*), einen in sich enthaltenen Feuerstoff entwickeln.

Nachschrift 1. Vorstehenden kleinen Aufsatz übersandte ich meinem Freunde, dem Herrn Professor Dr. Dulk, vorher zur Ansicht, mit der Bitte, Bemerkungen und Berichtigungen beizufügen. Aus seiner mir gütigst ertheilten Antwort hebe ich folgendes heraus: „Es ist in der That höchst merkwürdig, dass Hippocrates von einer Erscheinung, deren Möglichkeit vor nicht so gar langer Zeit noch in Zweifel gezogen worden ist, mit solcher Bestimmtheit, und als von einem selbst erlebten Ereigniss spricht, an dessen Wirklichkeit zu zweifeln jetzt wohl Niemanden mehr einfallen wird. Etwas beizufügen, noch weniger etwas zu berichtigen, habe ich nicht, da die von Ihnen angeführten von Hippocr. und Theophr. berichteten Beispiele von Selbstentzündungen sehr gut mit den Erfahrungen der neueren Zeit übereinstimmen, und sich wie diese erklären lassen.“

Nachschrift 2. *Wörtlich* habe ich übersetzt, aber freilich in 3 Stellen mir die Erlaubniss genommen, kleine Veränderungen zu machen, von denen zwei gar keinen und die dritte nur einen scheinbaren Einfluss auf das Sachverhältniss haben. Um aber deswegen nicht angegriffen zu werden, zeige ich dies lieber selbst an. 1) *und überhaupt*: dafür steht jetzt beim Hippocr. *und auf andere Weise*. Aber es ist ja von nichts *anderm* die Rede, sondern was eben in einem Beispiele gezeigt war,

---

*) Auch das Wort βρέχεσθαι heisst durchaus nur *benetzen*, *von aussen nass machen*.

wird jetzt verallgemeint, und dann folgen erst wieder freilich andere Beispiele, aber nichts an und für sich anderes. Darum glaubte ich ὅλως statt ἄλλως übersetzen zu dürfen. 2) *wird unter Umständen:* dafür jetzt im Hipp. *wird in Schnelligkeit.* Wenn aber in Schnelligkeit die Selbstentzündung erfolgt, nicht die blosse Erwärmung, so musste dies Phänomen häufiger beobachtet sein; und dass er sich selbst als Gewährsmann für einen einzelnen Fall später meldet, ist doch wohl ein Beweis, dass das Phänomen vielen ganz unbekannt war. Darum glaubte ich ἐν τάχει in εἰ τύχοι verändern zu dürfen. 3) *wenn sie Feuchtigkeit enthalten und fest liegen*, dafür jetzt beim Hipp. *wenn s. F. e. und nass gemacht sind* (βεβρεγμένα). Aber Hippocr. spricht durchaus nicht, wie Theophrast, von einer von aussen hinzukommenden benetzenden Feuchtigkeit, sondern von Stoffen, die schon an sich feucht sind, und die nun durch *Zusammenpressung* im innern Wärme und selbst Entzündung hervorbringen. Auch verlangt offenbar das *trockne* und *lockere* Getreide den Gegensatz des *feuchten* und *zusammengepressten*, *gestopften* oder wie man diesen Zustand nennen will. Diese nothwendige Bedingung sollte hier ausgelassen sein, da Hipp. sie in allen andern Beispielen hervorhebt, und selbst doppelt ausspricht? Da aber H. jedesmal ein anderes Wort zur Bezeichnung dieses Zustandes gebraucht hat, so glaubte ich hier ein anderes wählen zu müssen, was dem verdächtigen am nächsten läge, und vermuthete Hipp. habe βεβυσμένα geschrieben.

T. 1. p. 165. de Septim. lib. spur. In toto hoc Hippocratis libello plerumque Oedipode opus est, ut vel minima particula intelligi possit. Hinc factum videtur, ut Foesius eam in suam editionem non reciperet; Lindenius vero e Basileensi repeti jussit. Atque mirus est Calvus, qui totum opusculum, quasi nullis difficultatibus laboraret, Latine vertit et expressit, ut, unde haec habeat, prorsus nescias. Sed condonandum est in tam corrupto et inepto opusculo. Verum quo tandem animo ferendum est, etiam in ceteris omnibus Hippocratis operibus interpretes ita turpiter se gessisse, ut nostrorum temporum medicis, qui plerumque Graeca vix attigerunt, ubi ex Latina Hippocratis interpretatione sapere coguntur, semper metuendum sit, ne longe alia inde proferant, quam quae princeps ille medicorum in animo habuerit. Non hic loquor de locis corruptis,

quorum multo plures, quam quis credat, apud scriptorem hunc, dignissimum sane, qui accuratiore tandem cura perlustretur, etiamnum supersunt. Verum etiam in apertissimis eos ita falli potuisse, non excusandum est. Sed ut ad spurium hunc Hippocratis librum redeamus, nonne mirum est, in tam exiguo libello, qui vix duas plagulas implet, tot voces nondum alibi lectas animadverti? quarum quaedam quidem non damnandae sine dubio in civitatem recipi merentur, ut *ἐνδεκάμηνος*, *ὀργανίζομαι*, *παλιμπηγὴς*, *προηβάω*, *προϋγιαίνω*; aliae vero a qua radice propullulent animadverti quidem potest, verum vix Graecis auribus se probabunt, ut *ἀκόησις*, *καταμυθίζομαι*, *μηχάνευσις*, *ὀκόχωσις*, *φλοδών*; aliae tandem prorsus inauditae sunt, ut *πρόςκορσος* et *σκινσός*. Ex his ut nonnulla transscriptoribus exemplarium adscribamus (,quemadmodum satis mihi constat pro *οὔτ' ὑπὲρ τὸ ἰκνεύμενον γίγνεται καταμυθιζόμενον* scribendum esse *καταῤῥυθμιζόμενον*), ita tamen supersunt longe plurima, ex quibus, si addas totam orationis conformationem, nullo modo Graecam, addas praeterea *μεμοίρατα*ι, a recentioribus potissimum frequentatum (Lucian. deor. concil. c. 13. add. Schneid. in Lex.) et *περιτέτευχά τινι*, libellum hunc spurium serioribus temporibus adscribendum esse, summo jure colligitur. Neque sane magnam jacturam nos fecisse dicendum est, quod exscriptor, et ipse ut videtur taedio correptus, in fine libellum mancum et mutilum reliquit, in media oratione filum abrumpens.

T. 1. p. 274. (sect. 3. p. 8. F.) *τοῦτον χρὴ . . . . τὸ δὲ σῶμα ὁρᾷν, ὅκως ἔσται ὡς ἀογκότατον καὶ εὐσθενέστατον, τῶν σιτίων τε ἀφαιρέοντα καὶ τῶν ποτῶν, οἷσιν εἰώθει χρέεσθαι, κατ' ὀλίγον.* Explicuit vocem *ἄογκος* Foesius Oecon. Hippocr. p. 66. Codices habere dicuntur etiam *εὐογκότατον*. Sed *ἀογκότατον* tuetur, praeter ipsum orationis nexum, Galenus quoque Comment. in Hippocr. de nat. hum. lib. 2. T. 5. p. 10, 31. Ald. 18, 28. Basil.

T. 1. p. 278. *ὑγιέες δὲ γίνονται αὐτόματοι οἱ οὕτως διακείμενοι, πλεῖστοι μὲν ἐν τῇ ὥρῃ, ἣν ἄρξωνται τήκεσθαι, πεντεκαιτεσσαρακονθήμεροι· ὁκόσοι δ' ἂν τὴν ὥρην ταύτην ὑπερβάλωσιν ἐνιαυτῷ αὐτόματοι ὑγιέες γίνονται.* Ubi notes, perverse scriptum esse in Lindeniana et Foesiana *πέντε καὶ τεσσαρακονθήμεροι*. Galenus vero rectius *ἣν ἄρχονται*, minus recte *ὑπερβάλλωσιν*. Idem vero *πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμε-*

ῥέων, quod satis Hippocrateum videtur. Verum sit nostrum a librario profectum, tamen quin Graeci ita dixerint, vix dubium esse potest.

T. 1. p. 281. (sect. 8. p. 22. F.) in Democrit. epist. ad Hippocr. *τὸ δὲ τῶν ὀμμάτων ὁρητικὸν ἐν πολυχίτωνι φωλεῦον ὑγροῦ ἐνστασίαις ὑπὸ μετώπων κολασίῃ συνίδρυται.* Ad quem locum haec Foesii sunt verba pag. 39.: „Hic *κολασίῃ* castigationem, emendationem, repressionem, moderationem ac temperationem mihi significare videtur. Indicatur enim vis visoria intra tunicas multiplices velut delitescens, simul obsistentibus ac renitentibus humoribus, tamquam ad emendationem ac moderationem oppositis, ne nimium dissipetur aut effluat; sic enim *ὑγροῦ ἐνστάσιας* de humoribus insistentibus ac veluti obsistentibus mihi dicere videtur.“ Quae de *κολάσει* dixit, argutiora, quam veriora videntur. Verum de *ἐνστασίᾳ* bene pronunciavit, eam esse eandem, quam *ἔνστασιν* (quod Foesius quoque accentu in *ἐνστάσιας* retracto significare voluisse videtur), quae quid sit in medicorum disciplina, optime idem explicuit in Oeconomia Hippocr. s. v. *ἐνίστημι.*

T. 1. p. 289. (sect. 3. p. 50. F.) *πίνει δὲ καὶ ἐς λάρυγγα, τυτθὸν δὲ οἷον καὶ ὁκόσον ἂν λάθοι διὰ ῥύμης ἐςρυέν.* Corn. „minus vero, et quantum latere possit *per rimam* illapsum!“ Melius quidem Foesius: „quantum *suo impetu* influens latere possit.“ Sed idem miras turbas ciet, non animadverso parvo vitio, quo *τιτθόν* pro *τυτθόν* scribebatur.

T. 1. p. 295. *ἐπίπροςθεν δὲ κατὰ τὸ στῆθος χαῦνον καὶ μαλθακὸν τὸ ἄκρον ἔχουσαι εἶδος ῥεβοειδέστατον τῶν ζώων.* „*ῥεβοειδής* und *ῥεβός* statt *ῥαιβοειδής* und *ῥαιβός* bey Galen. zw. Doch s. *ῥέμβω.*“ Haec Schneiderus. Galeni locos indicavit Foesius in Oecon. s. v. *ῥαιβός*. Alter est in lib. 3. *περὶ ἄρθρων* T. 5. p. 630. lin. 28. Basil. *ὥςτε καὶ αὐτῶν τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων τῶν ῥέβων ἢ ῥοικῶν ὀνομαζομένων*; alter vero in lib. 3. *εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον* p. 700. lin. 1. Basil. *καὶ καλεῖται τὰ μὲν ἔξω ῥέποντα βλαισά, τὰ δὲ ἔσω ῥέβα καὶ κυλλά.* Ita etiam Aldina, nisi quod *βλεσσά* posteriori loco. In accentu *τῶν ῥέβων* utraque conspirat. In glossario vero Hippocrateo Galenus *ῥαιβοειδέα καμπύλον* habet. *ῥεβοειδής* qui posuerit, neminem novi, nisi Hippocratem l. l. Sed hoc Lindenio debetur. Foesius enim sect. 6. p. 105., quamvis sine sensu, habet

ῥομβοειδέστατον. Atque mirari licet, qui Foesius neque in commentario ad h. l. neque in variis lectionibus ullam mentionem fecerit hujus scripturae, cum tamen in Oecon. l. c. e codd. Henr. Stephani *ῥεβοειδέστατον* afferat. Atque hac auctoritate nixus, Lindenius lectionem Foesianam commutasse videtur. Ceterum quam inconstans codicum scriptura et interpretum auctoritas in his vocibus sit, ex tota Foesii docta expositione in Oecon. apparet, ut merito Schneiderus hanc vocem addubitarit. Mihi quidem semper *ῥαιβός* et *ῥαιβοειδής* scribendum videtur, pro quo *ῥεβοειδής* et *ῥεβός* eodem modo scribi coepta sunt, quo *βλεσσά* pro *βλαισσά* in Ald. modo vidimus. Atque quoties *ε̄* et *αι̅* confusa fuerint, quis nescit?

T. 1. p. 296. (sect. 6. p. 115. F.) *τὸ δὲ πρὸς ἀγκῶνα αὐτοῦ πλατὺ καὶ κονδυλῶδες καὶ βαλβιδῶδες καὶ στερεόν*. Quae sint *βαλβῖδες*, quid sit *βαλβιδῶδες*, Foesius et in commentario et in Oeconomia satis explicuit. Vertit: *oblongas cavitates habens*, quod sane melius est, quam Lindenii ineptum: *repagulo similis*. Probabiliter idem Foesius monuit, Hesychium s. v. *βαλβίς*: — *καὶ παρὰ Ἱπποκράτει βαλβίδες τὸ ἔχον ἑκατέρωθεν ἐπαναστάσεις* ad hunc locum respexisse videri, et legendum esse *βαλβιδῶδες τὸ ἔχον* etc. Ceterum nequeo satis mirari, qui factum sit, ut in omnibus Hippocratis exemplaribus excusum exstet *βαλβιτῶδες* pro *βαλβιδῶδες*. Nam a *βαλβὶς*, *βαλβῖδος* (sic enim accentus signandus est in obliquis casibus; male vulgo, etiam a Schneidero, scribitur *βαλβίδος*; cf. Soph. Antig. 131.) *βαλβιδώδης* derivatur. Hinc quoque apud Hesychium, *βαλβιδοῦχον*, *τερματοῦχον* non *βαλβιτοῦχον*. Hesychii glossam in indicem retulit Stephanus; seriores lexicographi neglexerunt.

T. 1. p. 308. (Sect. 3. p. 61. F.) *ἀπὸ γὰρ τῶν πλείστων καὶ εἰλικρινεστάτων μερῶν τρεφομένη ὀλιγαιμός τι ἐοῦσα καὶ κοίλη καὶ νευρόπαχυς καὶ πνευματώδης κ. τ. λ.*, unde mirari subit tum accentum in Schneideri Lexico („*νευροπαχύς*, *νῖα*, *ύ*, von — mit dikken Sehnen Hipp.“), tum femininum illud *νευροπαχυῖα*, quod saltem *νευροπαχεῖα* esset, ni ipse Hippocratis locus monstraret, *νευρόπαχυς* esse minus mobile. Sed linguae Graecae analogia postulat *νευροπαχής*. Emendationem occupatam video a Lobeckio in dissertatione de compositione adjectivorum Graecorum pag. 11. (ad Phrynich. p. 535.). Verum in eadem Hippocratis pagina mirabar semper perfectum *διαβέβλασται*,

pro quo διαβεβλάστηται conjeceram, cum βλαστέω quoque transitiva significatione occurrat, cf. Schneid. s. v. βλαστάνω. Sed postea vidi Lindenium hoc ex farragine variarum lectionum apud Foesium arripuisse. Ipse Foesius in textu habet διέβλασται, sed in variis lectionibus διέβλαστε, de διέβλασται ne monito quidem lectore, ut fere pro vitio typographico habendum sit.

T. 1. p. 310. αὐτὴ δὲ ὑποκάτω τὰ τοῦ ἥπατος ὑπονησαμένη ἀπέσχισται ἐς φλέβα παχείην. „Ὑπονέομαι oder — νείομαι, davon ὑπενείατο, *subiit*, *ging hinein*, Nicand. Alex. 190., wo falsch ὑπὸ νείατα steht; auch Galen. Gloss. hat ὑπονησαμένη, ὑπελθοῦσα, ὑποκολυμβήσασα (quod hinc lexicis inferendum) wie auch Erotiani Gloss." Haec Schneid. in Lexico. Apparet hinc, olim in Hippocrate hanc vocem lectam fuisse. Sedem tamen glossae neque Schneiderus neque Foesius investigarunt, cujus haec sunt verba in Oecon.: „ὑπονησαμένη exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocr. ὑποκολυμβήσασα, ὑπελθοῦσα, hoc est subtus natans, aquas subiens. Erotiano vero ὑποσωρεύσασα, ἀπελθοῦσα, hoc est subacervans aut subaccumulans, subiens, si modo non est suspecta lectio. Nam ὑπελθοῦσα pro ἀπελθοῦσα plane legendum." Et si quid video, ὑποῤῥεύσασα pro ὑποσωρεύσασα. Ad etymon vero vocis pertinet et ὑποκολυμβήσασα et ὑποῤῥεύσασα, a νέω, *nato*. Tum vero generaliori sensu adhiberi coepta est pro simplici ὑπελθοῦσα. Jam sive Lindenii haec fuerit sagacitas, sive alius cujusdam, nobis ignoti, viri docti vestigia legerit, e praeclara conjectura vox haec in editione Amstelodamensi reposita est Hippocrati loco supra allato. Foesius de ossium natur. sect. 3. scribit ὑπονεμησαμένη, quod ille ab ὑπονέμω scilicet derivavit.

T. 1. p. 321. (sect. 2. p. 17. F.) μύλης μὲν τριφθείσης πρὸς ἑωυτὴν ὀδόντες ἡμώδησαν. Corn. *malis quidem ad se ipsas attritis* dentes stupescunt." Bene Foesius „*molae attritu*."

T. 1. p. 326 (sect. 2. p. 19. F.) οἱ αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντες οὔτε πλευρίτιδι οὔτε περιπνευμονίῃ - - - οὔτε θερμίνθοισιν ἁλίσκονται. Sic vox haec scribitur in ambabus editionibus; melior scriptura τερμίνθοισιν exstat T. 1. p. 806., quod vix monuissem, nisi Schneideri supplendi gratia, qui s. vv. τέρμινθος et τερέβινθος hujus significationis (est enim *genus quoddam ulcerum*) oblitus est. Fusius exposuit Foes. in Oecon. p. 616.

T. 1. p. 331. εὐροώτερος. Haec est ionica comparativi forma. Sic εὐπνοώτερος ibid. p. 755. δυςπνοώτερος ibid. p. 490. 519. 556. 561. 565. εὐχροώτερος ibid. p. 565. 677. 717. 876. λευκοχροώτερος ibid. p. 800. Addidi haec exempla propterea, quod grammatici nostri recentiores hanc formam ignorant, ut Fisch. ad Well. 2. p. 77. Buttm. §. 60. a. not. 5.

T. 1. p. 368. περὶ δὲ τὸ πρόςωπον καὶ τὴν κεφαλὴν οὐκ ἔστι νεῦρα, ἀλλὰ ἶνες παρόμοιαι νεύροις μεταξὺ τοῦ τε ὀστέου καὶ τῆς σαρκὸς, λεπτότεραι καὶ στερεώτεραι, αἱ δὲ νευροκοίλιοι. Postremam vocem dubiae et incertae esse significationis monuit Schneid. in lex. s. h. v. addens, quod Foesius jam monuit, nonnulla exemplaria has tres voces αἱ δὲ νευροκοίλιοι omittere. Videant medici, an legi possit εὐρυκοίλιοι; tum noto Graecismo ante λεπτότεραι καὶ στερεώτεραι omissum foret αἱ μέν (cf. Heind. ad Platon. Theaet. c. 96. Phaedon. c. 125. Soph. c. 70. Protag. c. 61.), ita ut λεπτότεραι opponantur εὐρυκοιλίοις. Similiter εὐρυκοίλιος dicitur alter ventriculus cordis apud Hippocr. T. 1. p. 290. Aliud compositum ejusdem vocis est μεγαλοκοίλιος, quo usus est quoque Schol. Lucian. Bacch. c. 2. T. 2. p. 331.

T. 1. p. 405. τὸ αἷμα φοβεόμενον τὴν παροῦσαν φρίκην συντρέχει καὶ διέξεισι κατὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐς τὰ θερμότατα. αὗται μὲν οὖν αἱ ἅλλαι· (male Lind. οἱ ἅλλαι, quod propter αὗται ferri nequit) καθαλλομένου δὲ τοῦ αἵματος ἐκ τῶν ἀκρωτηρίων τοῦ σώματος ἐς τὰ σπλάγχνα τρομέουσι καὶ αἱ σάρκες. Vertunt: „hi enim sunt ejus (sc. sanguinis) saltus"; quae interpretatio confirmari sane videtur verbis sequentibus καθαλλομένου τοῦ αἵματος. Sed de ipsa vocis scriptura cur dubitandum sit, jam explicabo. Sunt quidem voces primae et secundae declinationis, quae sive a verbis derivandae sunt, sive verbi originem continent, nam de hoc nunc non agitur, nulla alia re a verbis differunt, quam simplici exitu, ita ut ῶ verborum in ᾱ, η̄, η̅ς, ο̅ς, ο̅ν mutent, ψύχω, ψυχή; στένω, στενός; στέγω, στέγη; alia. Sed hoc tantum in iis verbis obtinet, in quibus praesens simplici charactere (sic vocant literam, quae terminationem praecedit) praeditum est. Ubi vero hic character vel immutatus est vel duplicatus, ibi cum primitiva forma haec ejusmodi nomina conveniunt, sic ἀγγέλλω, ἄγγελος; φαρμάσσω, φάρμακον; ῥάπτω, ῥαφή; βασκαίνω, βάσκανος. (Nam κλέπτης et similia non a κλέπτω formantur, sed ab antiquo κλέπω; litera τ̄ enim in

hac derivatorum classe ad terminationem pertinet, ut in *κτίστης*, *βαπτιστής* multisque aliis). Alia hujus formae exempla dabit Buttm. Gr. Gr. §. 104. 4. p. 324. Jam cum *ἅλλομαι* non magis, quam cetera verba, quae liquidam λ geminant, primitivam formam referat, quae *ἅλω* fuit (unde aor. 2. *ἁλόμενος*, *ἁλέσθαι* Oppian. Cyneg. 1, 83. Plut. Jul. Caes. c. 27.), patet vocem *ἅλλη* ferri non posse, atque, nisi majori corruptione locus laborat, scribendum esse *αἱ ἅλαι*. Regulae huic, quam de convenientia nominum cum simplicibus verborum formis dedimus, nullum exemplum contrarium novimus. (*σχίζα* enim et addubitatum *ῥέμβη* huc non pertinent.) Legeramus quidem in ejusdem Hippocratis praenotion. T. 1. p. 454. *ὁκόσοισι δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος ὕδρωπες γίνονται, βῆσσαί τε καὶ θυμὸς ἐγγίγνεται αὐτέοισι καὶ οὐδέν τι ἀποπτύουσιν ἄξιον λόγου·* ubi *βῆσσαι* pro *βῆχες* cum *βήσσω* congruere videbatur. Sed cum haec forma analogiae linguae repugnet, conjeceram levi mutatione *βήσσειν τε ἀεὶ θυμὸς ἐγγίνεται κ. τ. λ.* Sed rejicienda videbatur haec emendatio, collato alio ejusdem opusculi loco pag. 461. *καὶ ἱδρῶτες πολλοὶ ἐπιγίνονται, βῆχές τε καὶ θυμὸς ἐγγίνεται αὐτέοισι καὶ ἀποπτύουσι οὐδὲν ἄξιον λόγου.* Contuli itaque, quae ad manum erant subsidia; atque Foesius quidem sect. 2. p. 6. etiam in priori loco *βῆχές τε καὶ θυμός* obtulit, monens tamen in notis, Servinum legere e manuscriptis *βῆξαί τε καὶ θυμός.* Atque hoc ipsum in utroque Hippocratis loco exaratum exstabat in Galeni comment. ad h. l. lib. 2. ed. Ald.; at in Basileensi exemplari Galeni, contra quam apud Hippocratem invenimus, priori loco scriptum erat *βῆχές τε καὶ θυμός*, altero vero *βῆξαί τε θυμός*, omisso *καί*, idque non solum in verbis Hippocratis commentario praefixis, sed etiam in ipso commentario; quod ad sensum a nostra emendatione non differt. Verum, utut legatur, patet hinc, vocem *βῆσσα* nihili esse hoc sensu, videturque imperita mutatione a Lindenio demum, qui textum saepius corrupit quam emendavit, haec vox Hippocrati obtrusa.

T. 1. p. 478. *τὸ λαπῶδες ἐν τουτέοισι ὠφελέει οὐρηθέν.* Sed Foes. sect. 2. p. 54. *λαμπῶδες.* Idem tamen Erotianum legisse *λαπῶδες* notat. Eandem varietatem, sed paululum depravatam, Galenus in Comment. ad h. l. ante oculos habuit p. 98. B. lin. 20. Ald. *διττὴ δὲ καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐστὶν ἡ ἀσάφεια· μία μὲν ἡ τοῦ λαμπῶδες τοῦ τί σημαίνει (τοῦτο τί σημαίνει) γραφο-*

μένους (γραφομένου) πρός τινων μὲν διὰ τοῖν δυοῖν $\overline{\pi\pi}$, πρός τινων δὲ διὰ τοῦ $\overline{\mu}$ καὶ $\overline{\pi}$. Galenus itaque et λαμπῶδες et λαπῶδες in suis exemplaribus invenit; sed quae inde obscuritas interpretationi inferatur, equidem non video, nam λαπώδης i. q. λαμπώδης, ut λάπη et λάμπη, unde derivantur.

T. 1. p. 479. (sect. 2. p. 55. F.) φλεδονώδης. Vocem hanc Hippocrates adhibuit etiam T. 1. p. 523. (sect. 2. p. 102. F.) T. 1. p. 762. (sect. 7. p. 226. F.) magna ubique lectionis varietate; cf. Foesius in notis ad omnes tres locos, et in Oecon., tum Galenus quoque in Comment. ad primum locum T. 5. p. 203. ed. Basil. Plurima exemplaria praebent φλεβοδονώδης, quod ἀπὸ τοῦ τὴν φλέβα δονεῖσθαι Galenus et ceteri interpretes repetunt, ut φλεβοτονώδης iidem ἀπὸ τοῦ ἐντείνεσθαι τὴν φλέβα. Sed neutrum Graecum esse videtur. Jam cum accedat et Galeni auctoritas, qui tum in aliis exemplaribus φλεδονώδης legi testatur, tum vocabulum φλεβοδονώδης καινὸν καὶ ξένον ὄνομα vocat, et praeterea vox φλεδονώδης Hesychii et Erotiani auctoritate stabiliatur, atque, quod maximum est, omnibus locis haec vox, quae παραληροῦντα, φλυαρόν significat, optime conveniat, non dubium videtur, quin eadem in omnibus tribus locis reponenda sit.

T. 1. p. 482. μεθ' αἱμοῤῥαγίην μελάνων δίοδος κακόν· πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἐξερυθροειδέα. ἦ ῥά γε τεταρταίοισι ταῦτα αἱματοῤῥαγέει; κωματώδεις ἐκ τοιούτων σπασμῷ τελευτῶσιν. Sed in Foesii editione paulo aliter hic locus scriptus exstat: sect. 2. p. 58. μεθ' αἱμοῤῥαγίαν μελάνων δίοδος, κακόν· πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα· εἰ δὲ ἆρά γε τεταρταίοισι ταῦτα αἱμοῤῥαγέει, κωματώδεες; ἐκ τοιούτων σπασμῷ τελευτῶσιν. Neque aliter in textu, qui Galeni commentariis in ed. Ald. p. 105. et Basil. p. 211. praefixus est. Sed Galenus ipse in commentario Lindenio praeivit in constituendis verbis, monstrans, se εἰ δέ non legisse, et interrogatione post αἱμοῤῥαγέει posita, κωματώδεες sequentibus junxisse, qua in re ita eum secutus est Lindenius, ut ἦ ῥά γε pro ἆρά γε scriberet, bene ex Hippocratis usu; cf. in ipso hoc libro Lib. 1. c. 1. §. 1. c. 2. §. 7. c. 3. §. 11. c. 4. §. 4. 5. c. 6. §. 2. c. 7. §. 3. c. 8. §. 2. c. 9. §. 5. c. 11. §. 3. c. 12. §. 3. c. 13. §. 3. c. 15. §. 18. c. 16. §. 4. 11. 12. c. 17. §. 4. 5. 9. 10. etc. (adde Theocr. 2, 20. ἦ ῥά γέ τοι, μυσαρὰ, καὶ τὶν ἐπίχαρμα τέτυγμαι;) quamquam in plerisque

locorum allatorum ἄρά γε Foesius retineat, sed alterum plerumque codicibus praebentibus, ut in ipso nostro loco, de quo nunc agitur, unus codex ἢ ῥά γε exhibet. Jam facili conjectura ex ἐξέρυθρα εἰ δέ fieri potuisset ἐξερυθροειδέα, nisi idem jam afferrent duo codd. apud Foesium in varr. lectt. p. 215., ita tamen, ut alter ἐξερυθρωδέα exhiberet. Sed sunt tamen vel sic causae, quae assensum meum cohibeant. Repetuntur haec verba in Coac. praenot. p. 552. Lind. μεθ' αἱμοῤῥαγίην μελάνων διαχώρησις κακόν· πονηρὸν δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα ἰώδεα· τεταρταίοισιν αἵ τοιαῦται αἱμοῤῥαγίαι· κωματώδεες ἐκ τοιούτων σπασθέντες θνήσκουσιν. Nolo tangere leviores lectionis discrepantias in verbis postremis; praetereo quoque, quod ἢ ῥά γε prorsus non apparet (qualem varietatem saepius invenies, si prorrhetica cum Coac. praenot. contuleris) sed gravius est, quod ἐξέρυθρα ἰώδεα jam legitur, quod proxime conspirat cum ἐξερυθρώδεα alterius codicis. Huc tandem accedit, quod in hoc ipso libro p. 558. Lind. 212. Foes. haec hoc modo tertium repetita leguntur: ἐρευγμὸς ὑποσπώμενος, εἴσω κατειλούμενος σημαίνει πόνον κοιλίης. πονηρὸν δὲ καὶ ἐξέρυθρα ἰώδεα τεταρταίοισι καὶ αἵ τοιαῦται αἱμόῤῥοιαι κωματώδεες· ἐκ τούτων σπασμῷ τελευτῶσι. (Sic enim hic locus in Foesiana exstat, quem Lindenius aperte interpolavit, ut praecedenti similiorem redderet. Nam ex codd. nulla varietas affertur.) Jam etsi apertum est, haec verba et quae praeterea in fine hujus libri adjecta sunt, male e praecedentibus repetita esse, quapropter, Foesio referente, asterisco notata erant in Asulani codice, luce tamen clarius est, eum, quicunque haec addiderit, ἐξέρυθρα ἰώδεα non ἐξερυθρώδεα legisse. Equidem certi quid definire non ausim. Si memoria non fallit, nam in excerptis nil reperio, ἰώδεα διαχωρήματα praeterquam in his locis non occurrunt in Hippocrate, ἐξέρυθρα vero et μέλανα saepissime. In quo si non vani sumus, in omnibus tribus locis ἐξερυθρώδεα s. ἐξερυθροειδέα scribendum erit.

T. 1. p. 543. ἢν δὲ σώζωνται (male exstat σώζονται), ἕλκεα ἐκφυνδάνει καὶ ὀστέα ἀφίσταται. Hoc monstrum ἐκφυνδάνει unde Lindenius habuerit, nescio. Foesius ἕλκεα ἐκποήσει, neque quidquam ex codd. allatum video.

T. 1. p. 589. ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, κοπιώδει, κεφαλαλγικῷ, διψώδει, ἀγρύπνῳ, ἐξερύθρῳ χρώματι λυομένους ἐλπὶς

ἐκμανῆναι, ἢν δύςπνοοι ἔωσι· πρὸς τὸ ἐκχλοιοῦσθαι εὔπνοον ἄσινόν τε κοιλίης ἐπειςελθούσης. Sed lectio haec correctoribus debetur; nam Foesius sect. 2. p. 213. ἄγρυπνος pro ἀγρύπνῳ et σινόν pro ἄσινον habet. Locus corruptissimus est et exemplaria variant. Verba Foesii sunt haec: „Ex Prorrh. 38. sumptum videtur praesagium, et antea quoque hic adumbratum, sed hoc loco varie perturbatum. Ut enim neque ista signorum coitio necessaria est ad sperandam insaniam, ita lectio valde et obscura et insolens. Quid enim per ἐξερύθρῳ χρώματι λυομένους intelligatur, admodum est ambiguum. Mihi videntur sumi posse praerubro colore absoluti et liberati, quibus totum corpus incendiosum et flammeum paulatim subsedit, intro consedente et sursum repente cum humore spiritu et sanguine, unde facilis insaniae metus, praesertim accedente spirandi difficultate, quae ex illorum humorum momento cumulatur. Quod si exstinctum incendium deferbuerit et spirandi difficultas cesserit, noxiis per alvum prorumpentibus, magna salutis spes erigitur. Quod effecit, ut disparatas istas in multis codicibus sententias conjungerem et male mutilatas, qua possem ratione, restituerem. Exemplaria quaedam κοπιώδεις, κεφαλαλγικῷ, διψώδεις, ἀγρύπνους legunt; reliqua κοπιώδει, κεφαλαλγικοὺς, διψώδει, ἀγρύπνῳ, ut in prorrhetico. Cornarius etiam ἐξερύθρῳ διαχωρήματι λυομένους legit, praeter omnium, quos adhuc videre licuit, codicum fidem, quibus innixi maluimus lectionis insolentiam leni quodam sensu temperare, quam accommodatam sensui lectionem sine auctoritate cum fraude affingere. πρὸς τὸ ἐκχλοιοῦσθαι etiam lego cum publicatis codicibus, et si quaedam πρὸς τῷ ἐκλοιοῦσθαι, habent, quae secutus videtur Cornarius, qui praeterea οὐ σινόν τε aut ἄσινόν τε legit, faciliore notione, cui nos quoque lubenter suffragamur.“ — Hactenus Foesius. Cujus defensio vulgatae lectionis quomodo cum verbis conveniat, non video. Duplicem olim fuisse hujus loci scripturam patet, quarum altera dativum singularis, altera accusativum pluralis obtulit. Utrumque per se bene. Nam non minus recte dicitur ἐλπίς ἐστι τὸν δεῖνα ἐκμανῆναι quam ἐλπίς ἐστι τῷ δεῖνι ἐκμανῆναι. Sed propter sequens ἢν δύςπνοοι ἔωσι accusativus pluralis ubique rescribendus videtur. Utrum vero totus locus ita restitui possit: ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ κοπιώδεις, κεφαλαλγικοὺς, διψώδεις, ἀγρύπνους, ἐξερύθρῳ χρώματι χλοιουμένους ἐλπὶς ἐκμανῆναι, ἢν

δύςπνοοι ἔωσιν· ἢν δὲ πρὸς τὸ ἐκχλοιοῦσθαι εὔπνοοι, σίνονται, κοιλίης ἐπεξελθούσης, — medicis dijudicandum relinquo.

T. 1. p. 590. *ὁκόσοισι πολλὴ φέρεται ἡ κοιλίη καὶ εὐπεπτοῦσιν, ὑγιεινότερα· ὁκόσοισιν ὀλιγοβόροισιν ἐοῦσι καὶ μὴ ἀνάλογον τρεφομένοισι, ἐπίνοσα.* Quod unde Lindenius habuerit, nescio; nam Foesius, qui claris verbis nullas esse varias lectiones in hoc libro asserit, ita habet: *ὁκόσοισιν ὀλίγη* (sc. *φέρεται ἡ κοιλίη*), *βόροισιν ἐοῦσι κ. τ. λ.* et, si quid video, ad sententiam quoque aptius. Paulo postea pro *ὁκόσοισιν οὐρεῖται μὴ πρὸς λόγον κοιλίη δὲ πυκνῶς ὠμὸν ἐκ παιδίων παρηθῇ* legendum *παρηθεῖ.*

T. 1. p. 627. *τοὺς δὲ στρεφνοὺς καὶ προςεσταλμένους καὶ πυῤῥοὺς καὶ ἰσχνοὺς καὶ μέλανας τῇ ὑγροτέρῃ διαίτῃ χρὴ τὸ πλεῖον τοῦ χρόνου ἐνδιαιτᾶσθαι.* Idem ibid. p. 628. *χρὴ δὲ τοὺς στρεφνοὺς μᾶλλον λούεσθαι τῶν σαρκωδέων.* Sed utroque loco Foesius sect. 4. p. 4. *στρυφνούς* habet. Idem tamen in nota ad h. l. p. 100. et in oeconomia s. v. *στερίφνους* Erotianum non *στρυφνούς* sed *στερίφνους* legisse suspicatur. Galenus vero priori loco *στρυφνούς*, posteriori *ἰσχνούς* in commentario habet T. 5. p. 31, 14. et 32, 15. Basil. Unde Lindenius *στρεφνούς* habeat, nescio. Atque sane *στριφνός, στρυφνός, στιφρός, στέριφος, στέρφινος, στέρφνιος* saepius confusa propter significationem haud multum diversam. Omnia tamen a diversa stirpe oriunda non omnibus locis promiscue poni possunt. *στέριφος, στέρφινος, στέρφνιος* ad *στερεός, στεῤῥός* pertinent; *στριφνός* et *στιφρός* ad *στείβω, στρυφνός* ad *στύφω.* Postremum hoc longissime significatu a caeteris abit, atque de corpore humano vix dici potest. Quapropter *στριφνούς* Hippocratem dedisse credo; *στρεφνούς* vero aut prorsus non Graecum fuit, aut in ore vulgi tantum, quae pronunciationem, ut quotidie animadvertimus, saepe ab alia vocali in aliam deflectit; atque ex his vulgaribus formis multas per librarios, non semper optimos loquendi magistros, in codices nostros venisse certissimum est. Erotiani vero *στερίφνους* confusum videtur ex duplici lectione *στερίφους* et *στριφνούς.*

T. 1. p. 654. *πολλοὶ τῶν ἤδη πουλὺν χρόνον ὑποφθινομένων, φθινώδεες κατεκλίθησαν.* *Ὑποφθινομένων* paradiorthoma Lindenii est, ut videtur; Foesius enim cum Galeno *ὑπο-*

φθειρομένων habet; sed Galenus φθινωδῶς mox, quod cum ὑποφθειρομένων conjungendum videri, jam Foesius animadvertit.

T. 1. p. 667. (sect. 7. p. 30. F.) ἑβδομαίη δὲ οὖσα ἐδείπνησεν ἀκαιροτέρως, [καὶ] ἀπέθανεν. Illud, quod uncis Lindenius seclusit, monet nos, ut semel profiteamur, textum Hippocratis ita corruptum ad nos pervenisse, ut nisi melioribus codicibus in auxilium advocatis vix quisquam de scriptore hoc etiam propter sermonem, quo usus est, diligentiori studio dignissimo bene mereri possit. Atque Lindenius ita perfunctorie officio suo functus est, ut ubique ad antiquiorum editionum fidem recurrendum sit. Quod ad hoc καί attinet, certissimum est, Hippocratem id non scripsisse; nam in commentariis suis historiisque morborum breviter et ἀσυνδέτως pleraque profert. Sed addidit Lindenius, ut scilicet concinnitati consuleret.

T. 1. p. 684. (sect. 7. p. 73. F.) εἶτα φλυκταινίδες, ὥςπερ πυριήκαυστοι, διανίσταντο. Sic sine lectionis varietate edita exemplaria, sic Foesius in Oecon. et commentario. Scribendum tamen πυρίκαυστοι, vel ex ipso Hippocratis usu. Loca suppeditabit Foesius in Oecon. s. v. πυρίκαυστος p. 547.

T. 1. p. 689. (sect. 7. p. 88. F.) οἶσι τὸ μεταξὺ τοῦ ἤτρου καὶ τοῦ δέρματος ἐμφυσᾶται, καὶ οὐ καθίσταται τὸ τῶν χροιῶν, οἷον τὸ πολυχλώριον τότε ἐκ λευκοχροίου, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἥπατος πᾶν τὸ τοιοῦτον· καὶ ἀπὸ τουτέου ἡπατικὰ νουσήματα ἐν τουτέοισι, καὶ ἴκτεροι οἱ ἀπὸ ἥπατος ἐς τὸ ὑπόλευκον καὶ ὑδαταινόμενοι καὶ οἱ λευκοφλέγματοι. Alibi λευκοφλεγματίας homo dicitur, sed in hoc loco, qui totus obscuritate quadam (quam quae adsunt subsidia non dispellunt) laborat, mihi quidem ad ἴκτεροι referendum videtur adjectivum. Ceterum interpunctione aliter disposita locum juvandum credidi; praeterea pro ἐκ λευκοχροίου, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἥπατος, malim ἐκ λευκοχρόου ὄν, ἀπὸ τοῦ ἥπατος. Sed lubricum est emendare, ubi rem, de qua agatur, non perspectam habeas. Pro λευκοχροίου vero λευκοχρόου rescribendum esse, id grammaticus, qualem nos profitemur, constituere potest. Nullum enim adjectivum compositum a χροία s. χρόα, quod habitum designat, assumit vocalem ι, sed aut in οος aut in ως terminatur, λευκόχροος, λευκόχρως. Colorem vero ipsum designant substantiva in οια, λευκόχροια; colorem hunc habere verba in οεω, quapropter accedat nunc lexicis verbum λευκοχροέω, et hoc quoque ex Hippocrate T. 1. p. 667. ἐκ δὲ τῶν καμνόντων

ἀπέθνησκον μάλιστα μειράκια, νέοι, ἀκμάζοντες, λεῖοι, λευκοχροεῦντες. Sed Foesius sect. 7. p. 30. ὑπολευκόχρωτες, quod confirmat Galenus in comment. T. 5. p. 177., tum in textu Hippocratis eam vocem ponens, tum in interpretatione bis ea usus. Sed Lindenius non sine auctore lectionem mutavit; nam in aliis exstare λευκοχροεῦντες Foesius jam annotavit; neque quidquam in ea voce est, quod reprehendas: ὑπολευκόχρως vero non minus in lexicis deest. Sed ut ad eundem Hippocratis locum revertamur, unde profecti sumus, ipsum quoque πολυχλώριον quo se tueatur, nescio. Nisi altius inflictum est vulnus, certe *πολύχλωρον* scribas, ad eandem normam, qua ἐρυθρόχλωρος, μιξόχλωρος dixit Hippocr. T. 1. p. 501. 805.

T. 1. p. 694. τοῖσι *παλιγκοτάτοισι* κρόταφοι θερμοί, εἰ καὶ τἄλλα μὴ πυρεταίνοιεν. Foesius emendavit παλιγκοτωτάτοισι; sed scribendum est *παλιγκότοισι*.

T. 1. p. 698. (sect. 7. p. 104. F.) ἵδρωσε κεφαλὴν κάρτα, καὶ *ὠτὸς ἐμπεδοτίμη* ξύγκαυσις καὶ ἀριστεροῦ πλευροῦ ἄνω ἅμα ὠτὶ *ἀνωδύνη*, μάλιστα κατ' ὠμοπλάτην ἀτὰρ καὶ ἔμπροσθεν. De verbis his et de tota hac morbi historia, quam princeps medicorum narrat, paulo uberius disputandum est, quoniam ipsi duumviri medici Foesius et Lindenius a sensu verborum graecorum aberrarunt. Videamus prius ipsam historiam: Zoilus quidam febre correptus inter alia morbi symptomata laboravit quoque lateris sinistri et auris dolore vehementissimo, qui tandem, postquam auris suppurare incepit octavo die, et ipse nono die remissior est factus. Jam sequuntur verba, quae supra adscripsimus, in quibus ὠτὸς ἐμπεδοτίμη pro οὗτος ἐμπεδοτίμη e Foesii codice, ipso Foesio jubente, Lindenius scripsit. (Praestet, ni fallor, *οὔατος*; nam tantum abest, ut haec forma solis epicis familiaris sit, quod grammatici nostri contendunt, ut eam Hippocrati familiarem dicere possis: οὔατα T. 1. p. 67. οὐάτων p. 291. οὔατα p. 291. et 292. 312. οὐάτοιν p. 415. οὔατα p. 420. οὐάτων p. 532. 604. οὔατα p. 681. οὔασι p. 760. οὔατα p. 777. δι' οὐάτων, ἐξ οὐάτων p. 813.) Sic vero Latine haec verba reddidit Foesius: „Caput valde sudavit, aurisque et lateris sinistri stabilis erat quidam ardor. Superne una cum aure ad scapulas praecipue dolor sedatus est.“ Lindenius vero ita: „Sudavit caput valde. Et hic sudor firmus erat, quod quidem ardor etiam sinistri lateris esset. Superne una cum aure dolor

sedatus, maxime circa scapulas." Ambo errarunt, quod, quae conjungenda erant, sic distraxerunt, quodque ἀνωδύνη pro ἀνωδυνία accepisse videntur. Sic vero locus erat accipiendus: „Caput valde sudavit, atque exstitit summus auris et una cum aure sinistri lateris superne ardor absque dolore, maxime circa scapulas, verum etiam in anteriore corporis parte." Verum nondum sic omnia explicita sunt; nam pro ἀνωδύνῃ, quod ad ἀνώδυνος referre Graeci sermonis lex non permittit, cf. Lobeck. ad Soph. Ajac. 175., scribendum est ἀνωδυνής; et quod sit vocabulum ἐμπεδοτίμῃ, equidem prorsus ignoro. Foesius in nota p. 105. haec habet: „καὶ οὗτος ἐμπεδοτίμῃ] mirum est, quodnam hic impedimentum intelligat Calvus, nisi si ἐμποδιστικὸς ξυγκαύσεως legit, nullo profecto sensu. Cornarius de sudore capit. Ego vero vetustissimi nostri codicis fide fretus ὠτὸς lego, et ardorem illum pertinacem renitentemque ad aurem et latus refero." Foesius itaque, et qui eum secutus est, Lindenius adjectivum quoddam, ἐμπεδότιμος, η, ον statuisse videntur, quod nullo modo Graecum esse potest. Si ad ἔμπεδος et ἐμπεδοῦν vocem referre velis, legas forsan ἐμπεδωτάτη, vel ἐμπεπεδωμένη. Sed magnopere vereor, ne longe gravius vulnus inflictum sit Hippocrati, quod nisi sua ipsius manu curari nequeat. Leviora quaedam vulnera vero nos in eodem tmemate sanabimus. Paulo ante eadem pagina, et iterum pagina sequenti legitur bis ἐῤῥάγει in omnibus exemplaribus pro ἐῤῥάγη, tum paulo post τὸ πτύελον λαυρότερον εἴη apud Foesium, quod Lindenius in ἴη mutavit; sed scribendum est ᾔει, quod vitium itacismo originem debet. Mirum est, quantopere edita Hippocratis exemplaria ab hac grammatica parte etiamnum laborant. Similia his sunt T. 1. p. 661. οὖρα δὲ τουτέοισιν εἴη πολλά p. 693. καὶ ἐρυθρὰ ἴει μέχρι τοῦ ἕκτου μηνός et mox eadem pag. καί οἱ ἄκρητα ἐρυθρὰ ἱκνεύμενα ἴει. Ubique ᾔει reponendum. Tum cum ἐῤῥάγει conferas T. 1. p. 735. ἐῤῥύει πολὺ, οἷον δεῖ. p. 772. ἑκταίῳ δὲ αἷμα ἐῤῥύει pro ἐῤῥύη, ut saepe rectius scriptum exstat, e. g. T. 1. p. 739. ἕκτῃ διὰ ῥινῶν λαῦρον ἐῤῥύη πουλύ.

T. 1. p. 750. ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμέου ἵπνου καταπεσών. Sic Lindenius habet, nescio unde. Antea erat ἵππου, quod per se ridiculum recte tamen a Foesio versum est: „qui ex fictili equo decidit". Verum Cornarius sic habet: „qui in Cera-

mico ab equo lapsus est!" Lectio Lindenii sine dubio verissima est.

T. 1. p. 759. (sect. 7. p. 225. F.) *καὶ οὐ πρόσω ἑπτὰ ἡμερέων, καὶ κοιλίη ἐταράχθη, ἠλεκτριώδης, ὑπόγλισχρος, ὑπέρπολλος.* Omnia exemplaria cum Erotiano dant *ἠλεκτριώδης* pro *ἠλεκτρώδης*, quod hucusque solum in lexicis aderat. Praeterea notes *ὑπέρπολλος* pro *ὑπέρπολυς* ionice.

T. 1. p. 786. (sect. 7. p. 247. F.) *ἐπικαταδεῖν δὲ εἰρίοισιν οἰσυπηροῖσι καὶ ῥηνικαῖσι.* Sic ex nonnullis codd. Lindenius et Foesius dederunt pro *ῥηνικοῖσι*, quod veteres edd. et alii codd. praebent, quodque unice verum est, conjungendum cum *εἰρίοισιν*. Movit eos auctoritas Galeni Gloss. Hippocr. *ῥηνίκας, ἀρνακίδας*, quum non viderent, hoc falso accentu scriptum esse pro *ῥήνικας* a nominativo *ῥῆνιξ* (male in lexico Schneideri scribitur *ῥήνιξ*. Duplex vitium est in Hesychio T. 2. p. 1111. *ῥηνέκες, ἀρνακίδες*, ubi Schowio indicante typotheta Musuri correctionem exprimere neglexit.). Sed utamur eodem Hippocratis loco ad auctoritatem vocis *ἐπικαταδεῖν* stabiliendam, quam ob falsam in Clemente Alexandrino lectionem Schneiderus addubitasse videtur, si recte ejus verba percipio.

T. 1. p. 796. (sect. 7. p. 256. F.) *οἱ φοξοὶ, οἱ μὲν καρτεραυχένες καὶ ἰσχυροὶ τἄλλα καὶ ὀστέοισιν· οἱ δὲ κεφαλαλγέες καὶ ὠτόῤῥυτοι.* Quod sic explicat Galenus T. 5. p. 446, 19. Basil. *τούτους οὖν εὑρήσεις κεφαλήν τε συνεχῶς ἀλγοῦντας καὶ ῥευματιζομένους τὰ ὦτα.* Mirum vero, Foesii errorem typographicum in hac voce *ὠτόῤῥυποι* secure a Lindenio propagatum esse. Nam hanc non esse diversam lectionem patet tum ex Foesii silentio, tum ex Oecon. s. v. *ὦτα* p. 693., ubi *ὠτόῤῥυτοι* ex hoc loco laudat.

T. 1. p. 804. (sect. 7. p. 268. F. Galen. comment. in h. l. T. 5. p. 231. B. Ald. p. 481. Basil.) *τὰ σχήματα τὰ ῥιΐζοντα μᾶλλον* (Gal. omittit hanc vocem)· *οἷον ὁ τὰ κλήματα τῇ χειρὶ πλέκων, ἢ* (Gal. melius *καὶ*) *στρέφων ὑπὲρ ὀδυνέων* (Gal. *ὀδυνάων*) *κατακείμενος, λαβόμενος πασσάλου ἄκρον* (*ἄκρου* Foes.) *ὑπερπεπηγότος εἴχετο καὶ ἐῤῥΐσεν.* Verum *ὑπὲρ ὀδυνέων* vix esse potest: *prae doloribus decumbens.* Jungendae sunt binae voces, male divulsae, *ὑπεροδυνέων.* Emendationem confirmat Galeni explicatio in fine: *εἰκὸς ἦν ἐν ἐπιτηδείῳ σχήματι, καθ' ὃ κενωθῆναι συνέβη τὸ πνεῦμα, ῥαΐσαι τὸν περιοδυνοῦντα.* Vi-

detur igitur textus Galeni, ut saepius alias, ex nostris Hippocratis exemplaribus interpolatus esse.

T. 1. p. 805. (sect. 7. p. 268. F.) *αἱμοῤῥαγίαι ἐκ ῥινῶν ἢ τοῖσιν ὑποχλωρομέλασιν, ἢ τοῖσιν ἐ ρ υ θ ρ ο χ λ ώ ρ ο ι σ ι ν ἢ τοῖσιν ὑποχλώροισιν.* Sic in edit Lind., verum Foesius *ἐρυθροχόλοισιν.* Sed idem in nota p. 271. haec habet: „*ἢ τοῖσιν ἐρυθροχόλοισιν* bis passim legunt exemplaria omnia manu scripta, eosque indicant, qui sanguine, bile flava permixto, abundant. Cum Galeno tamen *ἐρυθροχλώροισιν* legunt omnes interpretes, eosdem intelligentes; *ἐρυθρόχροισιν* etiam agnoscit Galenus, eos, qui rubro sunt colore et sanguine abundant, obaudiens. Quos tamen nusquam explicavit Calvus, cum flavabiliosos dixit.“ Hactenus Foesius. Galeni locus est T. 5. p. 233. B. Ald. p. 483. Basil. Locum longiorem non adscribemus. Galenus probare videtur *ἐρυθροχλώροισιν*, idque probamus, vel propterea quod in omnibus tribus compositis sic *τὸ χλωρόν* inveniatur. Quod Foesius ait, eum quoque agnoscere *ἐρυθρόχροισιν*, id ex Basil. fluxit, ubi *ἔνιοι δὲ ἐρυθροχρόους γράψουσι διὰ τοῦ ῥ, τοὺς τὴν ἐρυθρὰν ἔχοντες χρόαν δηλοῦσθαι βουλόμενοι.* Sed in Ald. *ἐρυθροχλόους*, false quidem, si *χρόαν* postea verum est; attuli tamen, quia inde origo vulgatae in Hippocratis exemplaribus *ἐρυθροχόλοισιν* patere videtur.

T. 1. p. 820. (sect. 7. p. 295. F.) *οἷον ἡ Ἱπποθόου ἡ κ ο ῦ ρ ο ς τῆς γνώμης α ὐ τ ῆ ς καθ' ἑωυτὴν ἐπίστημος ἐοῦσα τῶν ἐν τῇ νούσῳ γεγενημένων.* Duplici vitio hic locus laborat, leviori altero *αὐτῆς καθ' ἑωυτήν* pro *αὐτὴ καθ' ἑωυτήν*, graviori altero statim ab initio *ἡ Ἱπποθόου ἡ κοῦρος*, ubi praeter duplicem articulum *κοῦρος* pro *κούρη* offendit. Sed lege *ἡ Ἱπποθόου ο ἰ κ ο υ ρ ό ς*, Hippothoi *uxor*, cf. ad Zonar. lex. p. 1432.

T. 1. p. 824. (sect. 7. p. 302. F.) *ῥ υ φ ή μ α σ ι δὲ μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐχρήσατο.* p. 827. *ῥ υ φ ή μ α σ ι δὲ ἤδη ἐχρῆτο.* p. 837. *ῥ υ φ ή μ α σ ι ν ἐχρῆτο.* Omnibus his et nonnullis aliis in locis hanc codicum manuscriptorum lectionem esse Foesius testatur in Oecon. s. v. *ῥόφημα.* Iones quoque *ῥυμφαίνω* pro *ῥομφαίνω* dixisse Schneiderus jam in lexico notavit. Mihi saltem hinc veri simile videtur, Ionibus scripturam per *ῡ* praelatam fuisse, quam tamen plerisque in locis librarii et editores ejecerunt; editores addidi, nam de manuscriptis Hippocratis multum abest, ut plenam collationem jam habeamus. Abstergamus praeterea ex

iisdem paginis duo vitia contraria, sed simillima. p. 824. 825. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ἅλες ἑλκύσας πάλιν ἀθρόον ἐξέπνει, ὥςπερ ὑπ᾽ ἀψυχίης ἢ ὡς ἂν διὰ πνίγους πορευθεὶς ἐν σκιῇ καθεζόμενος ὅςτις ἀναπνεύσειε, lege καθεζόμενός τις. Syllaba ος male iterata est. Sed p. 836. καὶ ἡσυχίαν ἔσχεν ἔστιν ὅτε καὶ ἄνευ τοῦ ξυγκεκαλύφθαι τε καὶ κωματίσθαι, reducenda est fugitiva syllaba, atque scribendum καὶ κεκωματίσθαι.

T. 1. p. 837. (sect. 3. p. 311. F.) ὑποκερχαλέον; non ὑποκερχναλέον, uterque editor scribit. Alioquin utraque forma proba est, ut κερχαλέος et κερχναλέος. Ambabus utitur Hippocrates; cf. Oec. Hippocr. p. 334., ubi quoque ὑποκερχαλέον in nostro loco citat Foesius, aperte testificatus se ita legisse. Nam, postquam de κερχναλέος locutus est, addit: „dicitur etiam κερχαλέον, ut et ὑποκερχαλέον etc."

T. 2. p. 286. (sect. 4. p. 61. F.) τὰ δὲ τοιαῦτα μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. „Χειρωνάκτης i. q. χειρώναξ Hippocr. zw." Schneiderus in lexico. Formam χειρωνάκτης agnoscunt Hesych. p. 1547. χειρωνάκτας (cod. χειρονάκτας), χειροτέχνας, ubi accentus indicio est, Zonar. p. 1847. χειρωνάκτης καὶ χειρώναξ, τεχνίτης διὰ τῶν χειρῶν ἐργαζόμενος, Erotianus in Lex. Hippocr. cf. Foes. Oecon. p. 676. Non repererunt hanc formam apud Hippocratem viri docti, quamvis, quod mireris, Foesius ipse locum ipsum, ubi occurrit, indicasset. Scilicet ille aliique credidisse videntur hunc genitivum a χειρώναξ descendere posse, ut χηνέων Herod. 2, 37. 45. ῥινέων Hippocr. T. 1. p. 445. χειρέων T. 1. p. 56. μηνέων Lucian. de astrolog. c. 5. T. 1. p. 592., haud memores, hanc ionicam formam tantum in monosyllabis tertiae declinationis, quorum genitivus pluralis circumflexus est, locum habere. Verum cum semel a Glossographis formam χειρωνάκτης Hippocrati tributam viderent, neque ipsi invenire possent, alii loco eam intrudendam judicarunt T. 2. p. 271. (sect. 4. p. 54. F.), ubi utraque editio, nihil monito lectore, χειρωνάκται praebet, quamvis, ut ex Oecon. apparet, nullo neque edito neque scripto codice addicente. Sed non solus Hippocrates hac hujus vocis forma usus est. Addimus Procop. hist. arc. p. 113. βάναυσοι γὰρ ἄνθρωποι καὶ χειρωνάκται λιμῷ παλαίειν ὡς τὸ εἰκὸς ἠναγκάζοντο. Atque vide ne ibid. p. 115. et p. 116. pro χειρώνακτας mutato accentu χειρωνάκτας restituendum sit.

b) GALENUS.

DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM TEMPERAMENTIS AC FACULTATIBUS.

In Galeni exemplari Aldino, quod in Bibliotheca Regia Regimontana asservatur, ad duo priora libri primi folia manus perantiqua variantes lectiones ex codice vetere adscripserat, quas hic legisse neminem, spero, poenitebit.

Pag. 1. lin. 18, (T. 11. p. 380. Kühn.) *τὸ μὲν οὖν εἶναί τινα δύο.* Codex vetus *τινὰ δύναμιν.* — l. 49. (p. 383. K.) post verba *ἀλλὰ τὴν ἐναντίωσιν ἡ αἴσθησις κρίνει* in codice vetere additur, *χιὼν γοῦν καὶ τίτανος ὁμοιότατα ταῖς χροίαις, ἐναντιώτατα δὲ ταῖς δυνάμεσι.* — p. 1. B. l. 52. (p. 389. K.) *ὡς καὶ τὸ τοῦ νείλου καὶ κατ' Αἴγυπτον.* Cod. vet. *τοῦ νίλου τὸ κατ' Αἴγυπτον.* — l. 53. (p. 390. K.) *καίτοι καὶ*, cod. vet. *ἀλλὰ καί.* — p. 2. lin. 20. (p. 392. K.) *πρὸς ἅλμην τε* in cod. vet. additur *θαλάττης ὁμοίως τὰ θειώδη τῶν ὑδάτων ἀσφαλτώδη τε.* — l. 33. (p. 393. K.) *τὸ μὲν ὕδωρ ἴαμα.* Cod. vet. addit *παρηγορικόν ἐστι.* — l. 39. (p. 394. K.) *δρᾷν ἅμα.* In cod. vet. non legitur *ἅμα.* — p. 2. B. l. 4. in cod. vet. additur *καὶ τοῦτο.* —

Lib. 2. T. 2. p. 8. B. lin. 12. (Tom. 11. p. 465. K.) *εἰ μὲν ἐξ ἀρχῆς εἴληπτο κατὰ τὸν λόγον, ὡς πᾶν τὸ θερμὸν ἐρυθρόν ἐστιν, ἦν ἴσως, διαστρέψαντα τὸ ἀξίωμα, τὸ ἐρυθρὸν ἅπαν ἀποφῆναι θερμὸν, ἁμαρτάνοντα μὲν κἂν τούτῳ προφανῶς. οἱ γὰρ ἀντιστρέφοντες ἀλλήλοις λόγοι συναλληλεύονται.* Hic locus paulo diligentiori cura tractandus est, quoniam in sequentibus quoque non parva vitia sub cute latent. Quae cura ut rite instituatur, age alium ex eodem libro locum prius excitemus p. 11. B. lin. 14. sqq. (p. 498. sqq. K.), quem ut lectores accuratius inspicere velint, rogamus. Longior enim est, quam qui totus hic transscribi possit, uberioremque explicationem desiderat. Ad nostrum propositum sufficiat, tum haec verba: *ἥκει τοίνυν πάλιν ἐνταῦθα τὸ παρὰ τὴν ἀναστροφὴν τοῦ συνημμένου σφάλματος μικρὸν τοῦτο καὶ φαῦλον*, in quibus verbis ad nostrum locum respicitur, sic corrigere: *τὸ περὶ τὴν ἀναστροφὴν τοῦ συνημμένου σφάλμα, οὐ σμικρὸν τοῦτο καὶ φαῦλον*, tum alii loco meliori interpunctione succurrere: *ἀλλὰ τὸ μὲν, εἰ μὴ κερχνῶδες, οὐδὲ δακνῶδες, ἀληθές· ἀντιστρέφει γάρ· οὐ μὴν, εἴ τι κερχνῶδες, εὐθὺς καὶ δακνῶδες· ἀναστρέφει γὰρ τοῦτο*; ubi praeter nonnulla leviora colon post *ἀντιστρέφει γάρ* posuimus, quo

omisso, male haec cum sequentibus coaluerunt. Jam ut hoc moneamus, quo ad nostrum locum mox redire possimus, si data sit vera propositio, omne A est B, qui inde concludit, omne B est A, hic *ἀναστρέφει* propositionem, qui vero inde concludit, quod non est B, non potest esse A, hic *ἀντιστρέφει* eidem. Atqui, ut Galenus addit, p. 11. B. l. 18. (p. 500. K.) *δέδεικται δ' ἐν ταῖς λογικαῖς μεθόδοις, ὡς οἱ μὲν ἀντιστρέφοντες τοῖς ἀληθέσι λόγοις ἀληθεῖς εἰσιν, οἱ δὲ ἀναστρέφοντες οὐκέτι πάντως ἀληθεῖς.* i. e. *Si vera est propositio, tunc quoque verus est ὁ ἀντιστρέφων λόγος, haudquaquam vero ὁ ἀναστρέφων.* Hinc jam patet nostro loco pro *οἱ γὰρ ἀντιστρέφοντες ἀλλήλοις λόγοι συναλληλεύονται* necessario legendum esse: *οἱ γὰρ ἀντιστρέφοντες ἀ λ η θ έ σ ι λ ό γ ο ι ς σ υ ν α λ η θ ε ύ ο ν τ α ι*, h. e. *si λόγοι veri sunt, simul quoque veri sunt οἱ ἀντιστρέφοντες. Συναληθεύεσθαι* dictum vero est, ut p. 11. B. l. 9. (p. 499. K.) *μήτε τὸ συνημμένον ἐξ ἀνάγκης ἀληθεύεσθαι.* Sed quoniam, ut diximus, in sequentibus quoque nonnulla vitia latent, ut eo certius haec animadvertantur, totius disputationis, quam Galenus instituit, summam hic ob oculos ponemus. Fuerant inter medicos istius aetatis, qui sic concluderent: ignis est ruber; hinc rosa est calida. [*θερμὸν* dixerant, quod proprie *θερμαῖνον* erat, notante ipso Galeno p. 8. B. l. 30. sq. (p. 467. K.)]. His jam ita respondet Galenus, iis verbis, quae supra apposuimus, tolerabilius fuisse, si ex concesso omne calidum rubrum est, per *ἀναστρέφοντα λόγον* conclusissent, rosa igitur est calida. (Vides *διαστρέψαντα* aut pro *ἀ ν α σ τ ρ έ ψ α ν τ α* positum esse, aut quod praefero, in hoc mutandum.) Verum eos etiam tum errare; nam non *ἀναστρέφοντας* sed *ἀντιστρέφοντας λόγους* veros esse. Jam ita pergit: *ἀλλ' ὅμως ἦν ἄν, οἶμαι, πλησίον ὁ παραλογισμός. ἐπεὶ δὲ οὐδ' αὐτὸ τοῦτο κατ' ἀρχὰς εἴληπται, λέγω δὴ τὸ πᾶν εἶναι τὸ θερμὸν ἐρυθρὸν, οὐδ' ἀ ν α σ τ ρ έ ψ α ν τ α* (male editum *ἀνατρέψαντα*) *δυνατὸν εἰπεῖν ἅπαν εἶναι τὸ ἐρυθρὸν θερμόν. τριχῶς οὖν ἁμαρτάνουσιν κατὰ τὸν λόγον, οἱ φάσκοντες τὰ ῥόδα θερμὰ τὴν κρᾶσιν ὑπάρχειν, ὅτι καὶ ἐρυθρά. Πρῶτον μὲν, ὅτι μὴ δείξαντες ὅτι πᾶν πῦρ ἐρυθρὸν, ἀναστρέφειν α ὐ τ ὸ* (male editum *ἀναστρέφειν αὐτῷ*), *ὅτι πᾶν ἐρυθρὸν πῦρ πειρῶνται, λόγον ἕτερον ὡς ἀληθῆ·* (haec non satis intelligo.) *δεύτερον δ', ὅτι μὴ γινώσκουσι τοὺς ἀντιστρέφοντας, οὐ τοὺς ἀναστρέφοντας τοῖς ἀληθέσι λόγοις ἀληθεῖς εἶναι καὶ αὐτούς. καὶ τρίτον, ὅτι κἂν ἀ ν α σ τ ρ έ φ ω σ ι ν* (male *ἀντιστρέφωσιν*) *οὐ τὸ πᾶν*

εἶναι τὸ ἐρυθρὸν τῇ χρόᾳ θερμὸν ἐκ τῆς ἀναστροφῆς (etiam hic male excusum *ἀντιστροφῆς*) *περανθήσεται, ἀλλὰ ἕτερον αὐτοῦ τι τοιοῦτον ἀξίωμα, τὸ ἐρυθρὸν πᾶν πῦρ ἐστιν.* Caeterum satis apparet, *τὸν ἀντιστρέφοντα* Galeni diversum esse a vitio argumentorum ejusdem nominis, de quo egit Gellius N. A. 5, 10 et 9, 16. aliique.

Lib. 3. p. 20. B. l. 38. (T. 11. p. 600. K.) emendatum est ad Phurnut. de nat. deor. c. 14. p. 159.

DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM SECUNDUM LOCOS.

Lib. 2. T. 2. p. 99. B. l. 27. (T. 12. p. 511. K.) *Ἐρασίστρατος δέ φησι μέγιστον εἶναι προφυλακὸν ἐπὶ τῶν θερμαινόντων ἕξεων, ὅταν ἡλιοῦσθαι μέλλωσιν, εἰ σπόγγον πλατὺν καὶ πυκνὸν καὶ κοῖλον βρέξας εἰς ὕδωρ καὶ ἐκπιέσας σφόδρα ἐπιθήσεις τῇ κεφαλῇ.* Locus hic non uno vitio laborat. Novimus *φυλακόν* pro *φύλακα* jam antiquitus dictum eadem analogia, qua seriores plura sibi indulserunt. Hinc ut *προφυλακός* (alio tamen, ni fallor, accentu) pro *προφύλαξ* jure dici possit, non negandum videtur. Verum tota vox, si unquam exstitit, poëtis relinquenda est. Galenus scripsit *προφυλακτικόν*. Insidet praeterea huic loco aliud vulnus, non ita facile sanandum in *τῶν θερμαινόντων ἕξεων* (*ἕξεων* Ald.), quae verba non solum contra grammaticam peccant, verum etiam, si scribas *θερμαινουσῶν*, nullum sensum praebent.

Ibid. p. 99. B. l. 33. (p. 511. K.) *ἀλλ'· ἀρκεῖ πηγάνειον ἔλαιον θερμὸν καταντλήσαντα κατὰ τοῦ βρέγματος κ. τ. λ.* Vide ne hic fuerit *πηγάνινον*, ut apud eundem de simpl. medic. temper. lib. 2. T. 2. p. 10. B. l. 26. (T. 11. p. 489. K.) Nam sic solemne est dicere *ῥόδινος, τερεβίνθινος, δάφνινος, ῥαφάνινος* etc.

Ibid. p. 100. B. l. 32. (p. 522. K.) *ὅ τε γὰρ περικράνιος ὑμὴν κ. τ. λ.* Nescio an non rectius legitur *περικράνειος* pro *περικράνιος*.

Ibid. p. 101. l. 43. (p. 528. K.) *αἱρῶν ἄλευρον μετὰ στέατος χηνείου συνεκλειώσας κατάπλασσε, προτήξας τὸ στέαρ. συνεκλειοῦν* nostrum est „enthülsen". Sed pro vitioso *αἱρῶν* (Basil. mutato spiritu *αἰρῶν* dat) lege *πυρῶν*. — Paulo post l. 44. *ἀνδράχνην καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ λινοσπέρματος τρίψας ἐπιτίθει*, quae verba repetuntur p. 101. B. l. 17. (p. 531. K.). Vide

ne utroque loco *λίνου σπέρματος* scribendum sit, cum cetera omnia, quae a *σπέρμα* derivantur, formam simplicis mutent.

Ibid. p. 102. l. 14. (p. 536. K.) *ἐκκενοῦνται δὲ εὐεμέσι ῥᾳδίως ὕδωρ ποιοῦσι.* Lege *ὑδροποτοῦσι.*

Ibid. p. 105. l. 20. (p. 568. K.) *εἰ πυρίαις ἢ καταπλάσμασι χρῆσθαι δόξειεν ἂν αἱ μὲν πυρίαι διὰ τῶν κέγχρων ἀμείνους.* Vocem sub praecedente delitescentem eruamus legentes: *εἰ πυρίαις — δόξειεν, εἶεν ἂν αἱ μὲν κ. τ. λ.*

Ibid. p. 106. B. l. 4. (p. 582. K.) Inscriptio hujusmodi se habet: *Ἀρχιγένους περὶ ἀποφλεγματισμῶν καὶ ῥινεγχύτων.* Sensus et accentus monstrant, de instrumento chirurgico *ῥινεγχύτῃ* non posse cogitari. Sed *τὰ ῥινέγχυτα* sunt remedia, quae naribus infunduntur. Apertius hoc ipsa verba sequentia declarant: *πρὸς ὀδονταλγίαν ἔγχυτα εἰς τὴν ῥῖνα· σεύτλου ῥίζης τὸν χυλὸν αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν ἐγχυμάτιζε εἰς τὴν ῥῖνα.* ubi *ἔγχυτα* scripsi pro *ἔγχυντα.* Potuit quoque esse *ἐγχύματα.* De utroque cf. Foësius Oecon. s. v. *ἐγχεῖν.*

Ibid. p. 107. l. 34. (p. 589. K.) *προσέμβρεχε τὴν κεφαλὴν ἰρίνῳ καὶ μετὰ τὴν χρῆσιν μελικράτῳ πολλάκις ἀνακογχυλιζέσθω.* Propter verba *μετὰ τὴν χρῆσιν* legendum videtur *προέμβρεχε.* Paulo post l. 40. (p. 590. K.) ubi describitur *πταρμικόν: πεπέρεως λευκοῦ, ἐλλεβόρου λευκοῦ, καστορίου, εὐφορβίου, στρουθίου, κυκλαμίνου χυλοῦ ξυροῦ ἴσα προερεθίσας πτερῷ ἐμφύσα,* recte scripsimus mutato accentu *ἐμφύσα* pro *ἐμφυσά.* („nachdem die Nase vorher gereizt ist, blas es ein.“) Sed quid *ξυροῦ* sibi velit, nescimus.

---

6. PHYSIOGNOMICI.

a) ARISTOTELES.

P. 60. ed. Franz. *οἱ τὰ ἄνω μείζω ἔχοντες καὶ γυπώδεις καὶ θερμοὶ, εὐεκτικὴν σάρκα ἔχοντες, καὶ γλαφυροὶ τὰ εἴδη καὶ δασεῖς περὶ τὴν κοιλίαν.* Adjectivum *γυπώδης* hinc habet Passovius in lexico, de sinceritate non dubitans. Significatio prorsus incerta est; per se nihil aliud esse potest, quam *vultureus*, quod quid sibi eo loco velit, nescio. Falluntur tamen, qui pro hac voce *ὑπνώδεις* ex Polemone substituendum suadent. Nam

apud Polemonem 2, 19. p. 302. legitur: *φιλύπνου σημεῖα· οἱ τὰ ἄνω ἔχοντες μείζω καὶ ὑπνώδεις καὶ θερμοὶ καὶ εὔεικτον σάρκα ἔχοντες.* Sed *ὑπνώδεις* eo loco sine dubio corruptum est; nam inter signa somnolenti ipsum *τὸ ὑπνῶδες* referri non potest. Averroes *γυπώδεις* in interpretatione expressit *curvipedes*. Num, vocabulo non magis usitato, legerit *γρυπόποδες*, affirmare non ausim. — p. 73. *μαλακώτερα ψυχὰς τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων ἧττόν τε ῥωμαλεούμενα, τάς τε τροφὰς καὶ τὰς χειροηθείας μᾶλλον προςδεχόμενα.* Schneiderus s. v. *ῥωμαλεόω* hunc locum quidem affert, sed dubii signum apposuit, neque mihi propositum est hanc vocem tueri, cum non noverim, unquam adjectiva in *αλέος*, qualia sunt *ἁλαλέος, αὐσταλέος, ἀργαλέος*, surculos quasi propagasse. Lego *ἧττόν τε ῥωμαλεώτερα.* Comparativo hoc usus est statim postea Aristot. p. 90. *ὅσοι δὲ τοὺς πόδας μικροὺς, στενοὺς, ἀνάρθρους ἔχουσιν, ἡδίους τε ἰδεῖν ἢ ῥωμαλεωτέρους κ. τ. λ.* Atque *ἧσσον ῥωμαλεώτερα* dictum est, ut *μοχθηρότερον ἧττον* apud Platonem, quem locum Hoogev. ad Viger. affert p. 415. et *ἧσσον ἐκείνων δεινότερά ἐστιν* apud Hippocr. T. 1. p. 452. Lind. — p. 77. *τὰ στήθη ἀσθενέστερα ἔχει, καὶ ἀπλευρότερά ἐστι, τά τε ἰσχία καὶ τοὺς μηροὺς περισαρκότερα τῶν ἀῤῥένων.* Scribe *τὰ δὲ ἰσχία.* — p. 86. *ὀφθαλμοὺς μικροὺς, ἐκλεύκους, ἐγκοίλους, αὐτοὺς δὲ περιπολαιοτέρους.* Sylburgius rariori voce offensus, *ἐπιπολαιοτέρους* restitutum voluit; sed defenditur haec vox satis Plutarcheo *περιπολάζω*, quod Schneiderus in lexico affert, ubi non minus codices *ἐπιπολάζω* praebent. — p. 97. sq. *οἱ ζωνοὶ φιλόθηροι ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας καὶ τοὺς κύνας· ἴδοι δ' ἄν τις καὶ τῶν κυνῶν τοὺς φιλοθηροτάτους ζωνοὺς ὄντας.* Vocem *ζωνούς* vertunt *lumbosos*; alii *εὔζωνοι* volunt utrobique. Nihil decerno. Sed in fine scribendum est *ὄντας* ex Ms. pro *ἔχοντας.* — p. 117. *οἱ δὲ χείλη παχέα ἔχοντες καὶ τὸ ἄνω τοῦ κάτω προκρεμώμενον μωροί.* Lege *προκρεμάμενον.* — p. 152. sq. Nonnulla hic confusa sunt. Initio legendum *μακροβάμων βραδυβάμων* pro *βραχυβάμων*, omisso *καί.* Sequitur mox recte *βραχυβάμων βραδυβάμων*, tum non minus recte *μακροβάμων ταχυβάμων.* Sed in fine pro *βραδυβάμων ταχυβάμων* legendum *βραχυβάμων ταχυβάμων.* Opposita enim sunt tum *μακρός* et *βραχύς*, tum *ταχύς* et *βραδύς.* Jam qui *μακροβάμων* est, is vel *ταχυβάμων* vel *βραδυβάμων* est; sic etiam *ὁ βραχυβάμων* est vel *ταχυβάμων* vel *βρα-*

δυβάμων. Sed ut unus idemque homo simul sit *μακροβάμων* et *βραχυβάμων*, fieri nequit, non magis, quam ut sit simul *βραδυβάμων* et *ταχυβάμων*. Cf. Suppl. Lex. Schneid. s. v. *βραδυβάμων*. — Eadem pag. 153. *εὐτελεστικός* opponitur *οὐ τελεστικῷ*, ubi cur Sylburgius *ἐκτελεστικός* voluerit, nescio. —

b) POLEMO.

Lib. 1. p. 170. *ἢ δι' ὅλου ἤ τι κειμήλιον·* lege *οὔ τι κειμήλιον*. — p. 172. *ἐν δὲ τοῖς κατὰ φύσιν οὖσιν ἑκάστῳ εἰδέσθαι διαφόροις*. Sylburg. conjicit *ἑκάστῳ εἴδει*. immo *εἴδεσι*. — p. 174. *οὐ τὸ κατὰ ἄνδρα φυσιογνωμονεῖν ἀκρεφνέστερον καὶ ἀτρεκέστερον σημεῖον*. Fuit aut *ἀκραιφνέστερον*, aut quod praefero, *ἀκριβέστερον*. — p. 176. *τῆς οἰκίας φύσεως* l. *οἰκείας*. — c. 3. p. 182. *πολυγνώμονες, κουφόνοες, ψεῦσται, κερδαλέοι, ἐπίκλοπα νοήματα ἔχοντες*. Sic nunc editur, verum edit. Romana a. 1545. habuit *κερδαλαῖοι, ὀψίκλοπες, νοήματα ἔχοντες*; quod quidem falsum est. Sylburgius emendavit ex Adamantio 2, 23. p. 410. Mihi quidem *ὀψίκλωπες* rescribendum et ante *νοήματα* aliud adjectivum inserendum videtur. — p. 185. *τὸ δὲ μεγαλόχλωρον καλούμενον χρῶμα κ. τ. λ.* Bene Sylburg. ex Aristot. Physiogn. p. 140. et Adamant. p. 414. *μελίχλωρον* correxit, quo et ipsum *καλούμενον* refertur, ne *μελανόχλωρον* restituas, cui vix *τὸ καλούμενον* addi potuisset. — Eadem pag. *πολλοὺς λέλυθε* male scriptum pro *λέληθε*, quod vitium Romanam quoque editionem inquinat. — c. 6. p. 210. *εἰ δὲ ὠχροί εἰσιν (οἱ ὀφθαλμοὶ), ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον τὸ φρόνημα σημαίνουσι καὶ δειλόφθονον καὶ μιαιφόνον*. Quae sic extulit Adamantius 1, 5. p. 338. *εἰ δὲ ὠχροί εἰσιν, ὠμόφρονες, ἀπάνθρωποι, καὶ δειλόφθονοι, καὶ μιαιφόνοι*. Sed quum, quid sit *δειλόφθονος* vix dici queat, praefero, quod praefert cod. Adamantii a Sylburgio collatus *φιλοφόνοι*. — p. 215. Dixerat antea nonnullos homines habere *κέγχρους* in oculis, eorumque genera enarraverat; jam ita pergit: *ὅσοις δὲ τὰ πυῤῥὰ ταῦτα καὶ μὴ κέγχρωτα εἴη κ. τ. λ.* Vocula *καί* delenda est. — p. 220. *οἱ δὲ (ὀφθαλμοὶ) ἀνεστηκότες λεοντείαν καὶ ματαιότητα καὶ μανίαν τῶν ἀνδρῶν κατηγοροῦσιν*. Vertunt vocabulum *λεοντείαν* *ferociam*. Adamantius p. 348. brevius ita: *οἱ δὲ ἀνεστηκότες μαργοσύ-*

νην κατηγοροῦσιν, unde nihil proficias, nisi quod Sylburgius jam voluit, *λαγνείαν*. — p. 221. εἰ δὲ καὶ τὰ βλέφαρα αὐτῶν *κρατοῦνται*, πλείονα τὴν ἄνοιαν σημαίνουσιν. Conjeceram *κυρτοῦνται*. Sed Adamant. 1, 9. p. 348. haec sic extulit: εἰ δὲ καὶ τὰ βλέφαρα αὐτοὺς *βαρύνει*, πλείων ἡ ἄνοια. Nescio equidem, quid sit τὰ βλέφαρα βαρύνει τοὺς ὀφθαλμούς. Sed multa mihi in hac arte obscura sunt; quod si itaque sincera est Adamantii lectio, apud Polemonem restituendum erit *βαρύνονται*. — p. 222. ὀφθαλμοὶ σκοτεινοὶ οὐ πολύφρονας σημαίνουσιν ἄνδρας . ξηροὶ δὲ ὄντες *ἀνωτέρους* δηλοῦσιν ἄνδρας. Lege *ἀνουστέρους*, nam vix credo, Polemonem ionice scripsisse ἀνοωτέρους, de qua ionica forma cf. Notata ad Hippocr. T. 1. p. 331. Lind. — p. 227. ὅσοις ὀφθαλμοῖς ἡδονὴ καὶ γέλως ἐνοικεῖ, οὐ πολύ εἰσιν ἐπαινετοί· εἰσὶ γὰρ τὰ ἐν τούτοις δολεροί. Conjeceram εἰσὶ γὰρ τὰ ἐνδότατον δολεροί. Sed nunc video, ex Adamantio legendum esse: εἰσὶ γὰρ *καὶ* ἐν τούτοις etc., facili permutatione copulae cum articulo. — p. 230. ἐὰν δὲ *συμβῶσι* καὶ αἱ ὀφρύες *εἶσι* κεχαλασμέναι lege *συμμύωσι* et mox *ὦσι*. — p. 232. εἰ δὲ καὶ ὑγροὶ ὄντες εἰσὶ καὶ ὀρθοὶ, καὶ συγκλείονται μετὰ μεγέθους καὶ τοῦ εὐλαμποῦς καὶ τοῦ μετώπου λείου, εὐλαβῆ ἄνδρα σημαίνουσιν, εὔβουλόν τε καὶ φιλομαθῆ· γλυκύνουν τε καὶ ἐρωτικὸν [ἄνδρα σημαίνουσιν], duo postrema verba abesse velim. Nam Adamantius 1, 16. p. 361. sic haec in suum usum transtulit: εἰ δ' ὀρθοὶ ὄντες συγκλείοντο, εἰ μὲν ὑγροὶ εἶεν μετὰ μεγέθους καὶ τοῦ εὐλαμποῦς καὶ μετώπου λείου, εὐλαβεῖς, εὔβουλοι, φιλομαθεῖς καὶ γλυκύθυμοι καὶ ἐρωτικοί. — p. 234. ὀφθαλμοὶ *σκαρδάμυκτοι* δειλίας κατήγοροί εἰσιν. Sylburgii nota haec est: „Legendum vel σκαρδαμύκται vel σκαρδαμυκτικοί. Adamant. 1, 18. habet σκαρδαμύττοντες.“ Verum σκαρδαμύκτης homo dicitur, non oculus, ut in Aristot. Physiogn. p. 156. οἱ σκαρδαμύκται δειλοί. Praeferrem itaque σκαρδαμυκτικοί, ni, quod p. seq. 235. apud Polemonem legitur ὀφθαλμοὶ ἀσκαρδάμυκτοι fidem facerent, eum solo accentu mutato hoc loco quoque *σκαρδαμυκτοί* scripsisse. — p. 237. τὰ μαρμαρύσσοντα ὄμματα *μεγαλοχροίας* ἔχοντα χαίροντα ἄνδρα εἰς κλεψοσύνας σημαίνει, lege *μελανοχροίας* cum Sylburgio collata p. 224. ὀφθαλμοὶ δὲ *μέλανες* μαρμαρύσσοντες κακίστους καὶ δολίους καὶ κακομηχάνους σφόδρα δηλοῦσιν ἄνδρας, quod iisdem fere verbis expressit Adamant. 1, 13. p. 354. — c. 9. p. 245. ὅταν δὲ *ὑποβρύχῃ* καὶ μεγάλα *ἀναπνέῃ*, ἀγριό-

τητα καὶ οἰνοφλυγίαν δηλοῖ. Legendum est ὑποβρυχᾶται ut Adamantius habet in eodem aphorismo 2, 27. p. 428. ὅταν δὲ ὑποβρυχᾶται καὶ μεγάλα ἀναπνέῃ, ἀγριότητα καὶ οἰνοφλυγίαν κατηγορεῖ. Terminatio ται propter sequens καί excidit. Hic fons est erroris. Nisi malis, Adamantium Polemonis loco non intellecto ipsum ὑποβρυχᾶται substituisse, Polemonem vero ὑποβρύχειν dixisse de stridore dentium, quod plerumque βρύκειν est. Interpres utroque loco de ὑπόβρυχα (quo praeter Homerum Quintus quoque Smyrnaeus usus est 13, 485.) et ὑποβρύχιος cogitasse videtur, cum habeat: „*si autem profunda magnaque respiratio est.*“ Quod praeterea nostro loco legebatur ἀναπνῇ, Sylburgius non notare sed emendare debuisset. — c. 10. p. 248. (πρόςωπον) ἀμειδὲς καὶ ὀδυρτικὸν καὶ ἐγρήγορον Adamantius 2, 20. p. 405. (πρόςωπον) ἀμειδές τε καὶ εὐμειδὲς, καὶ ὀδυρτικὸν καὶ ὑπνηλὸν καὶ ἐγρήγορον. Utroque loco scribendum videtur εὐμειδές τε καὶ ὀδυρτικὸν, καὶ ὑπνηλόν τε καὶ ἐγρήγορον. Ab hoc adjectivo ἐγρήγορος derivatur adverbium ἐγρηγόρως, quod immerito olim ad Lucian. Hermot. c. 1. T. 1. p. 341. soloecum pronunciavi, quamvis Luciano indignum sit. Scriptoribus ecclesiasticis satis frequentatum demonstrant, quae monuit Censor illius programmatis (Regim. 1814.) in Ephemeridibus Jenensibus. (Suppl. a. 1816?) Atque sine dubio, ut multo plura, quam plerumque creditur, ex consuetudine vulgi, quae librariis obversabatur, hoc ἐγρηγόρως probis scriptoribus intrusum est. — c. 11. p. 250. στόμα μήτε προπετὲς μήτε πάνυ χθαμαλὸν σαλίας καὶ παλιμβουλίας σημεῖον. Sic ante Sylburgium edebatur. Hic vero cum Adamantii locum contulisset 2, 17., ubi hic locus ita verbis conceptis legitur p. 398.: στόμα μήτε ἐπίπεδον πάνυ μήτε προπετὲς ἐπαίνει· τὸ μὲν γὰρ προπετὲς ἀνοίας καὶ ματαιολογίας καὶ θρασύτητος, τὸ δὲ χθαμαλὸν δειλίας καὶ παλιμβουλίας σημεῖον, Polemonem additamento hoc omni auxit, mutato quoque σαλίας in δειλίας. Atque potuit sane ob repetitum χθαμαλόν oculus librarii facile aberrare; quamquam mirationem injicit, in Adamantii loco solum codicem manuscriptum, quo Sylburgius usus est, mancum quoque fuisse, quippe ex quo verba ἐπαίνει τὸ μὲν γὰρ προπετές exsulent. Sed ut haec addita facile fero, ita qui notissimum δειλίας in σαλίας corrumpi potuerit, difficilius explicatu est. Praeferam σαλείας, quod cum παλιμβουλίας optime con-

venire videtur. Ut vero a στρατός descendit στρατεύω et στρατεία, ab ἄριστος vero ἀριστεύω, ἀριστεία, sic a σάλος profecta σαλεύω et σαλεία. Atque de fluctuante animo haec verba usurpari, notissimum est; cf. Philon. p. 54. A. laudatum ab Abreschio in lectionibus Aristaeneteis p. 111. ἄτοπος λέγεται εἶναι ὁ φαυλός· ἄτοπον δέ ἐστι κακὸν δύςθετον· τοιοῦτος δ' ὁ μὴ ἀστεῖος, σαλεύων καὶ κλονούμενος ἀεὶ καὶ πνεύματος τρόπον ἀστάτου διαφορούμενος, βεβαίου τὸ παράπαν οὐδεμιᾶς γνώμης ἑταῖρος ὤν. Qui locus, ut haec obiter moneamus, monstrat, quam vera fuerit Merceri correctio apud Aristaenetum, pro καὶ τρικυμίαις τὸν τρόπον τῆς ἀστάτου σαλεύεις scribentis τρικυμίας, ubi vulgatam Abreschius male tuetur. — Eadem pag. in verbis: ἡ δὲ ἐπὶ πολὺ ἀνατομὴ τοῦ στόματος παντόμωρον, ὠμόφρονα καὶ ἀνόσιον ἄνδρα δηλοῖ, suspecta utique est vox παντόμωρον, cujus loco Adamant. πάνυ βορόν habet, Sylburgius παντόμωμον vult. — c. 13. p. 257. λαλοῦντες πολλὰ παρὰ τὸ χρέος καὶ ὑπογλωσσότεροί εἰσιν. Schneiderus in lexic. adjectivum ὑπόγλωσσος perquam dubium appellat. Franzii nota ad nostrum locum haec est: „Sunt hi, qui veteribus dicuntur linguaces, lingulacae, linguosi, locutuleii. V. Casaub. ad Theophr. Char. eth. c. περὶ λαλίας.“ Adamantius 2, 17. p. 396. ejus loco habet ὑποχαυνότεροι. Vox itaque illa nondum dubitationi exempta est; mihi tamen melius cum praecedentibus ὑπόγλωσσος, quam ὑπόχαυνος convenire videtur. — c. 15. p. 261. παχὺς αὐχὴν ὑπερλοφίας ἀμαθῆ σὺν ὕβρει τὸν ὄντα μαρτυρεῖ. Ex Adamantio 2, 16. p. 392. τραχὺς αὐχὴν, ὥςπερ λοφιὰ, ἀμαθοῖς σὺν ὕβρει, in quo male antea edebatur ἀμαθούς, reddendum Polemoni ὥςπερ λοφιά. Praeterea in eodem pro ὄντα lege ἔχοντα. — p. 262. κατηγοροῦσι δὲ αὐτῶν χειλῶν σπασμὸς καὶ ὀφθαλμῶν προτροπὴ καὶ ποδῶν παράχωρα καὶ ὀσφύων κινήσεις. Rectius Adamant. 2, 16. p. 394. ποδῶν παραφορά, neque moramur quidquam Franzii nugas, vocem παράχωρα tuentis, quae nimium quantum ab analogia linguae Graecae abhorret. — c. 16. p. 265. φάρυγξ τραχεῖα κουφόνουν, πολύλογον (sic bene Sylburg. pro πολύγονον), φλυαρὸν καὶ πρόγλωσσον ἄνδρα σημαίνει· εἰ δὲ ἐκτὸς τοῦ βρόγχου σπόνδυλον ἐξέχοι, σωφρόνουν ἄνδρα λέγει, εἰς δὲ γλῶσσαν τοῦτον οὐκ εἶναι θρασύν. Notante jam Sylburgio Adamantius alia verba in Polemone legit; ita enim ille 2, 16. p. 395. φάρυγξ τραχεῖα κουφόνου ἀνδρὸς, φλυάρου, λαβραγόρου· εἰ δὲ εἶς τῶν τοῦ

βρόγχου σπονδύλων ἐξέχει, κουφόνου μὲν, οὐ μὴν θρασέος εἰς γλῶσσαν. Unde facilis Polemonis est emendatio, quae eo magis necessaria est, quod *σωφρόνους* ne Graecum quidem sit. Nam adjectiva in $\overline{ων}$ non quidem sterilia sunt, cum in multas derivatorum formas transeant, verum omnem compositionem ejusmodi rejiciunt, ubi primam vocis compositae partem efficerent. Atque si qua contraria exempla afferri possint, ea omnia, ut *εὐσχημολογεῖν*, quod Schneidero addubitatum, neque mihi, qua auctoritate nitatur, compertum est, — ea omnia, inquam, ab ejusmodi adjectivis profecta reperies, quae duplicem formam in $\overline{ων}$ et $\overline{ος}$ habent, ut *εὐσχήμων* et *εὔσχημος*. — Eadem pag. verba: *οἱ ἔσωθεν σπόνδυλοι, ὄντες ἁδροὶ καὶ ὑπότοποι τοῦ φάρυγγος δυςοργήτους*, interpretantur: „interni spondyli si magni sunt, et sub pharynge locati.“ Mihi vox *ὑπότοποι* suspecta est; nam nulla alia ejusmodi composita reperiuntur, non *ἔντοπός τινος*, *περίτοπός τινος* etc. — c. 20. p. 272. *τὰ δὲ στέρνα ὑπενθριῶντες ζέειν ἔνδον τὴν ὀργὴν ἀναγγέλλει*, quod Franzius de grammatica nihil sollicitus in *ὑπερυθριῶντες* mutavit, et hoc in contextum intulit; saltem *ὑπερυθριῶντα* scribendum erat, ni gravior corruptela vocem affecit, quod ex Adamantii comparatione non liquet, quoniam hic totum hunc aphorismum omisit. — c. 21. p. 272. *τὸν δὲ εὔξοον ἄνδρα φιλόθηρα νόει.* Adamantius 2, 11. p. 384. *τὸν δὲ εὔζωνον φιλοθῆρα* (sic notatum) *ἐννόει.* Sed Aristoteles Physiogn. p. 97. *οἱ ζωνοὶ* (cf. quae supra ad h. l. notavimus) *φιλόθηροι.* Atque sic hic reponendum *φιλόθηρον*; nam quomodo a *θήρα* proficisci potuerit *φιλόθηρ*, non video. Quod quodammodo simile erat *μυόθηρ* in veteribus lexicis, e recentioribus jam exsulavit. A *θήρα* vero duplex compositorum genus descendit, alterum in $\overline{θήρας}$. Sed haec omnia venatorem ita exprimunt, ut prior compositionis pars id, quod *θηρεύει*, commonstret, *θυννοθήρας*, *ὀρνιθοθήρας*, *φυγαδοθήρας*, *λογοθήρας* etc. Num vero locum quoque et tempus, ubi venantur, prior haec compositionis pars indicare possit, nondum certum est. Ad locum referri possit *μετεωροθήρας*; sed hoc quoque esse potest *ὃς θηρεύει τὰ μετέωρα.* De tempore dictum credebatur *νυκτοθήρας*, sed hoc in Xenoph. memor. 4, 7, 4. jam meliori lectioni cessit. Alterum vero compositorum genus diversae potestatis in $\overline{θηρος}$ exit, ut *ἄθηρος*, *δύςθηρος*, *φιλόθηρος*. — In ejusdem capitis verbis: *εἰ μὴ ὑγρομελία ἐστὶν ἐν*

αὐτῷ scribendum est *ὑγρομέλεια* ex Adamant. 2, 11. p. 384. — Lib. 2. c. 13. p. 293. ἔσται δασὺς ἀνὴρ θριξὶν, *εὐθυγένειος*, μέλας κ. τ. λ. Collato Adamant. 2, 43. p. 443., ubi hoc ita sonat δασὺς ἀνὴρ θριξὶν *ἰθυτενέσι* μελαίναις in suspicionem facile incidas Polemonem scripsisse *εὐθυτενὴς*, μέλας. Ut δασὺς θριξίν, sic et εὐθυτενὴς θριξίν et μέλας θριξίν. Quod εὐθυτενὴς θριξίν nunc est, alias est ευθύθριξ ut Polemon. 1, 5. p. 189. 2, 10. p. 291. ubi cum μελάνθριξ conjunctum est, Adamant. 2, 32. p. 435., pro quo εὐθύτριχος Polemon. 2, 3. p. 285. (Sic σκληρόθριξ dicitur et σκληρότριχος, δασύθριξ et δασύτριχος, alia) ἰθύθριξ Adamant. 2, 26. p. 417. — Eodem capite in verbis μικροπρόσωπον, *ταχὺ* περιπατεῖν, ἐγκεκυφότα legendum est *ταχὺν* περιπατεῖν. — c. 19. in epigraphe *φιλοῦπνου* σημεῖα. Sic ed. princ., quod cur Sylburgius tacite in φιλύπνου mutarit, nescio. — c. 25. p. 307. *γυναικώδεις*, *φιλάνδριοι*, ἀκάθαρτοι, αἷς αἱ κνῆμαι πρὸς τὸ σφυρὸν παχεῖαι κ. τ. λ. Adjectivum φιλάνδριος non est Graecum, nusquam enim ab ἀνήρ composita adjectiva interpositum ῐ agnoscunt, φίλανδρος, εὔανδρος, πολύανδρος, alia. Etiam praecedens γυναικώδεις corruptum est. — p. 308. καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν ποδῶν μικρὸν ἀπεσχισμένοι, ὥςπερ τοῖς *στενόποσι* τῶν ὀρνίθων. Scribendum est *στεγανόποσι*. Idem vitium obsidebat Aristot. Physiogn. p. 92. οἷς τῶν ποδῶν τὰ δάκτυλα συμπεφραγμένα ἐστὶ, δειμαλέοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄρτυγας τοὺς *στενόποδας* τῶν λιμένων, ubi verissima Sylburgii est emendatio *στεγανόποδας*. Haec ejus sunt verba: „ὄρτυγας τοὺς στενόποδας. Hanc lectionem etiam agnoscit interpres, *ad ortygas strictorum pedum*. Sed verior scriptura esse videtur ὄρνιθας τοὺς στεγανόποδας, qua de re monuit etiam Gesnerus in coturnice 345, 48.: ubi συμπεφραγμένους vertit *arcte conjunctos*, velut consepitos. Palustres autem aves στεγανόποδας esse, indicant haec in hist. anim. 39, 24. τὰ δὲ πλωτὰ *στεγανόποδά* ἐστιν. et rursum l. 8. c. 3. καὶ ὅσοι μὲν *στεγανόποδες*, ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι ποιούμενοι τὴν πλείστην διατριβήν.“ Sed cum homines ipsi στεγανόποδες dici nequeant, vox haec recte se habere videtur in eodem Polemone c. 27. p. 309. οἱ *στενόποδες*, ἠλίθιοι, δειλοί· οἱ δὲ μὴ ἔχοντες τὸ ἀντίκοιλον τοῦ ποδὸς κ. τ. λ.

c) ADAMANTIUS.

Lib. 1. p. 325. *χρὴ δὲ μὴ προλέγειν τοῦτον, ὃν μέλλεις φυσιογνωμονεῖν, ἵνα μὴ κατασκεύσῃ τοῦτον μετασχηματίζων.* Lege *κατασκευάσῃ ἑαυτὸν μετασχηματίζων.* — c. 5. p. 338. *ὀφθαλμοὶ ἄνω ἐσταλμένοι ματαιοσύνης καὶ ἀποπληξίας σημεῖον.* Sic ed. princ.; nescio cur Sylburgius reposuerit *μαργοσύνης*; cf. Polem. 1, 6. p. 209. unde Adamantius verba repetiit. — c. 13. *οἱ μὲν ὑγρὸν βλέποντες, θυμοειδεῖς, ἄλκιμοι, ἀριμανεῖς, εὐθυεπεῖς, ταχύεργοι, ἀπρονόητοι κ. τ. λ. εὐθυεπής* est, qui nullo respectu personae locive habito omnia libere profert, quem nostrates vocant „*einen, der alles grad heraus spricht.*" cf. Alb. ad Hesych. p. 1307. Hinc, quoniam ejusmodi homines auribus delicatulis et sibimet indulgentibus non nimis placere solent, iidem a Polemone 1, 6, p. 225. *τραχύλογοι* vocantur, quod non mutandum erat cum Sylburgio in *ταχυλόγους*. In Adamant. 1, 7. p. 346. *ἐν δὲ ὑγροῖς (δηλοῦσιν) μεγαλόνοιαν καὶ εὐέπειαν καὶ ἄνδρειαν* e Sylb. Ms. recipiendum erat *εὐθυέπειαν*, etiam ob Polemon. 1, 6. p. 218. *ἐν δὲ ὑγροῖς μεγαλόνοιαν καὶ ἀνδρείαν καὶ εὐθυλογίαν.* — lib. 2. c. 1. p. 373. *εἰ προπαλεῖς εἶεν ὀφθαλμοί, ἀνοήτου καὶ ὑβριστοῦ ὥςπερ ὄνου.* Quod Aristot. p. 131. sic extulit: *ὅσοι ἐξόφθαλμοι, ἀβέλτεροι ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειάν* (?) *τε καὶ ὄνους.* Vocem *προπαλής* technicam esse credo; vocantur sic oculi *eminentiores, quasi vi e sede sua moti.* Cognatum est *ἐκπαλής*, de quo vide eruditam Foesii notam in Oecon. s. v. *ἐκπαλέω.* — De cap. 11. p. 384. cf. ad Polemon. 1, 21. p. 272. — Pag. 389. *εὐπραξίας καὶ ἰσχύος τὸ σημεῖον.* Sic Sylburgius e cod. pro *ἀπραξίας*. Neque tamen displicet, quod conjeceram *ἀταραξίας*. — c. 16. p. 392. *ὅσοις δὲ τῶν ὑπαυχενίων σπονδύλων τραχέων ὄντων ἐξέχει πολὺ τῶν ἄλλων ὁ κατὰ τὴν συμβολὴν τῶν ὠμοπλατῶν, ὅθεν ἐκφύεται ὁ τράχηλος, οὗτοι ὑβρισταί.* Si recte Schneideri verba intelligo, adjectivum *ὑπαυχένιος* in libris nostris nondum repererunt lexicorum conditores. Haec enim hujus viri sunt verba: „*ὑπαυχένιον* (Neutr. von *ὑπαυχένιος*, unter dem Halse) Kissen unter den Hals zu legen, Galen. wie *ὑπαγκώνιον* und dergl." Nam quae sic parenthesi includuntur, ea ad vocem derivandam tantum pertinent; si ipsum *ὑπαυχένιος* in libris Graecorum obvium credidisset, alia ratione totum locum concepisset: „*ὑπαυχένιος* . . . hinc

ὑπαυχένιον . . . etc.“ Neque tamen testimonium Adamantii pro certo habeo; nam Polemo, minus accurate de tota hac re loquens, neque ita distincta praecepta proferens, in hac voce, de qua agitur, dubitationi locum relinquit: *ὅσοις δὲ τῶν ἐπαυχενίων σπόνδυλοι τραχεῖς εἰσι, πολὺ τῶν ἄλλων εἰσὶ τραχύτεροι ἄνδρες.* Sed planus est locus Heliodori 3, 4. p. 113. *ἡ κόμη δὲ οὔτε πάντῃ διάπλοκος, οὔτε ἀσύνδετος· ἀλλ' ἡ μὲν πολλὴ καὶ ὑπαυχένιος ὤμοις τε καὶ νώτοις ἐπεκύμαινε, τὴν δὲ ἀπὸ κορυφῆς καὶ μετώπου δάφνης ἁπαλοὶ κλῶνες ἔστεφον.* Locum autem Adamantii ridicule interpres in duo commata dissecuit et sic vertit: „quibuscunque autem vertebrae constituentes cervicem asperae sunt, multum prae reliquis praestant. Collum in commissura scapularum, unde elevatur, constitutum, protervis adscribitur.“ — p. 394. *καὶ γὰρ οἱ τράχηλοι αὐτῶν οὐ διαρκῶς πεπηγέναι δύνανται . . . . τὸ δὲ αὔταρκες τῆς στάσεως καὶ τῆς εὐπηξίας ἄριστον.* Quod Franzius voluit *εὐπηγίας* aut non necessarium est aut falsum; illud, si eadem utrique voci significatio tribuenda est. Similia sunt *ἡμιπληγία* et *ἡμιπληξία* et alia, quae Lobeckius noster in spec. 4. in Phrynichum p. 5. 6. attulit (ad Phryn. p. 530.). Falsa vero est emendatio, si diversam significationem fuisse dicis, nam reliqua ejusmodi composita hujus vocis, quae $\bar{\gamma}$ retinent, *ναυπηγία, σκηνοπηγία, κλινοπηγία* etc. actionem indicant, *εὐπηξία* vero passionem, ut ita dicam. — De c. 20. p. 405. cf. ad Polem. 1, 10. p. 248. — c. 26. p. 418. *μέλαινα κόμη δειλίαν καὶ πολυκερδίαν ἀπαγγέλλει.* Ex codice Sylburgii recipiendum est *πολυκέρδειαν.* — p. 421. *ἐπιτετευγμένους φυσιογνωμόνει καὶ τούτους.* Conjeceram *ἐπιτεταγμένως*, quod certissimum nunc judico, cum Sylburgii codex praebeat *ἐπιτεταγμένους.* In fine hujus paginae pro *δασυόφρυες* male scriptum est *δασύφρυες.* — p. 425. *ταῦτα εἴδη κακοῤῥέκτου καὶ μεγαλοῤῥέκτου καὶ φευκτέου ἀνδρός.* Utraque vox male simplici $\bar{\rho}$ scribitur et ab interprete ab *ὀρέγω* derivata est.

d) MELAMPUS.

p. 474. *χήρᾳ πρὸς εὐπροςδόκητον.* Correxeram *χήρᾳ κέρδος ἀπροςδόκητον*, et hoc melius, quam quod Sylburgius habet, *κέρδος, εὐπροςδόκητον.* — p. 480. *καρπὸς δεξιὸς ἀλ-*

λόμενος, ἃ ὀφείλει χρήματα, ἀποδώσειν σημαίνει· ἔσεσθαι δὲ καὶ ἐν πενίᾳ καὶ ὀλιγοχρονίᾳ. Bene Trillerus conjecisse videtur ὀλιγοχρηματίᾳ. — p. 491. πυγὴ δεξιὰ ἁλλομένη ἐπιδιαφθορὰν τῷ ἔχοντι πραγματείαν καὶ ἐργασίαν δηλοῖ. Quod in nota dicitur, Romanam editionem dare divisim ἐπὶ διαφθοράν, hoc secus est; corruptam vocem potius monstrat, quod nullus accentus est appictus. Lege vero certissima mutatione ἐπ' ἰδίᾳ φθορᾷ. — p. 493. ὀπισθομήριον δεξιὸν ἁλλόμενον ψόγον προσημαίνει· ἐν ἄλλοις καλοκαιρίαν δηλοῖ. Franzius nugatur. Fortasse scribendum est καλοκαρδίαν. Vox haec serioris aevi *hilaritatem* significat, cf. Ducangii Glossar. p. 555. — p. 503. ἐὰν (ἐλαία ᾖ) εἰς τὸ πλάγιον τῆς ῥινὸς τοῦ ἀνδρὸς, ξενιτεύσει ἀπὸ χώρας εἰς χώραν· ἐπὶ δὲ γυναικὸς κακοποδίνα γενήσεται, ὅτι καὶ εἰς κρυπτὸν ἐλαίαν ἔχει. Nolo repetere, quae alii hariolati sint de corrupta voce κακοποδίνα. Sed si verba postrema cum verbis, quae in pagina praecedenti exstant, contuleris, videbis de re aliqua, ad generationem spectante, hic locutum esse auctorem. Hinc emendo: κακεπώδινος γενήσεται.

7. LEXICOGRAPHI.

APOLLONIUS.

Lexic. Hom. p. 468. ναῖον, ᾤκουν· τὸ δ' αὐτὸ καὶ τὸ ναίουσι καὶ ναιετάουσι· φησὶ δὲ ἄμετρον

ναῖον δ' ὤρῳ ἄγγεα πάντα.

ἀντὶ τοῦ νεανικῶς. — Respicit lexicographus Hom. Od. 9, 222. ubi ναῖον δ' ὄρῳ ἄγγεα πάντα. Vitium ὤρῳ in codice suo Apollonius habuisse videtur, inde versum ἄμετρον pronuntiat. Ad ultimam vocem Villoison supplet ῥέειν, et νεανικῶς explicat *valde, copiose, affatim*, quod jejunum est, ne quid acerbius dicam. Lege ἀντὶ τοῦ νέον ἰακῶς.

TIMAEUS.

Lexic. Platon. p. 18. Ἀκινάκης περιζώνιον στενὸν ἑτερόστομον, ὥςπερ ἡμίστομον μαχαίρας. Verba haec misere corrupta sicco pede, ut ajunt, transiit Ruhnkenius, satis habens e Platon. de republ. 8. p. 595. E. citare τιάρας τε καὶ στρεπτοὺς καὶ ἀκινάκας παραζωννύντα; neque quidquam praesidii

est in reliquis lexicographis. Sed vel ex Platonis loco primae vocis correctio petenda erat *παραζώνιον* pro *περιζώνιον*, eodem vitio quo apud Hesych. s. v. *ξίφος* legitur *μάχαιρα ἢ περιζώνιον*, quod vitium Phavorinus secure propagavit. *παραζώνιον* enim seu *παραζωστρίς* vocatur *μικρὰ μάχαιρα*, qualis populis orientis a remotissimis inde temporibus in usu fuit. Sed haec tabes longius etiam serpsit. In Lucian. Anach. c. 34. *τὸ μέντοι ὁπλοφορεῖν ἀεὶ καὶ ἀκινάκην παρεξῶσθαι* ante Reitzium vulgabatur *περιεζῶσθαι*. Ibid. c. 6. *εἴσεται ὡς οὐ μάτην διεζώσμεθα τὸν ἀκινάκην* codices meliorem lectionem *παρεζώσμεθα* servant. Eundem acinacem idem c. 33. vocat *τὸ μικρὸν τοῦτο ξιφίδιον τὸ παρὰ τὴν ζώνην*. Sic in Polluc. Onomast. p. 42, 19. *ἀκινάκης περσικὸν ξιφίδιόν τι, τῷ μηρῷ προςηρτημένον* lege *παρηρτημένον*, ut *κοπίδα ὑπὸ τὴν πλευρὰν παρηρτημένος* Heliod. 9, 15. p. 369. Nam cum alias *ἐνῆφθαι, ἐνηρτῆσθαι* et *ἐξῆφθαι, ἐξηρτῆσθαι* in usu sint, de quarum vocum discrimine dictum est ad Lucian. catapl. c. 3. T. 1. p. 278., in iis rebus, quae de zona seu balteo dependent, praepositionem *παρά* semper adhibuerunt. Sed reliqua non saniora sunt; quid enim est *παραζώνιον στενόν*? In tali verborum complexu *στενόν* pro *μικρόν* dici nequit. Legendum videtur *Σκυθῶν* ut in Schol. Lucian. Anach. c. 34. T. 2. p. 277. *Ἀκινάκης, ἡ ῥομφαία ἢ σπάθη παρὰ τοῖς Σκύθαις*. Neque obstat, quod in aliis scriptoribus Persis vel Medis proprius fuisse acinaces dicitur, multa enim his populis, ut a communi stirpe oriundis, communia. Sed pergamus. *Ἑτερόστομον* est *παραζώνιον* hic acinaces, non *ἀμφίστομον*. Jam comparatur Graecorum *μαχαίρᾳ*. Sic *παραζωστρίδα* dictam esse *μικρὰν μάχαιραν*, jam supra diximus; sic Phavorinus quoque, nescio unde, de acinace *ἔστι δὲ ἐγχειρίδιον βαρβαρικὸν, ὃ φασιν οἱ Ἕλληνες παραμαχαιρίδιον* (de qua postrema voce injuria Schneiderus addubitat). Verum quid est *ἡμίστομον μαχαίρας*? Proximum est ad literarum ductus *ἡμίτομον* sive *ἡμιτόμιον*, quod ex Dioscoride lexica afferunt, ut sit, acinacem aequare dimidiam *μάχαιραν*, quod si cum *μικρᾷ μαχαίρᾳ* contuleris, satis se probare possit. Verum vix credo, grammaticum sic obscure scripsisse, quod facillimo negotio dilucidius explicare poterat. Neque tamen quidquam succurrit. Nam quod tentavi, *ὅπερ ἡμεῖς φαμεν μάχαιραν*, qua ratione a librariis sic corrumpi potuerit, dictu difficile est.

HESYCHIUS.

Glossam γουναγκών, de qua pluribus disputaverunt C. Struve et Schneiderus in suppl. lex. p. 55. s. v. γαλιαγκών, postea optime Patruus explicuit in epistola ad L. Sinnerum data a. 1831. d. 12. Apr. Locutus enim de loco Hippocratis T. 1. p. 820., ubi pro ἡ Ἱπποθόου ἡ κοῦρος legendum monet ἡ Ἱπποθόου οἰκουρός (cf. supra) ita pergit: „Et sic etiam alium alius scriptoris locum, qui in suppl. p. 55. s. v. γαλιαγκών laudatur, emendabo, ubi Schneiderus et ego, ut dicere solent, nodum in scirpo quaesivimus. Etenim obscura ista et, ut nos tunc contendimus, significationis expers glossa Hesychii γουναγκών nihil aliud est, quam γόνυ ἀγκών, quod luce clarius est. Itaque hoc vocabulum lexica non amplius vexabit" *).

Gl. ὀλιζοῦται, μειοῦται, ὀλιγοῦται referenda est ad Euseb. praepar. evang. 5, 22. p. 214. A., de quo loco postea dicemus. Ex eodem loco recepta Gl. πανημαδὸν, διὰ βίου.

Gl. παλιναίρετον· ἐπεσκευασμένον καὶ οἷον ἐκ παλαιοῦ κεκαινοποιημένον, παλινσύγγραπτον. Ultimam vocem in παλισύῤῥαπτον recte mutaverunt Valesius et Ruhnkenius ad Tim. p. 204. Ceterum in codice legitur καινοποιημένον; augmentum Musurus addidit.

Gl. παρέσσευα. „Παρασεύω s. v. a. παρορμάω. Hesych." Schneiderus in lex. tum idem postea „παρασύομαι, παρασύω, davon παρεσσυμένη st. παραγιγνομένη. Hesych." Hesychii glossa, quam Phavorinus transscripsit, haec est: παρέσσευα, παρώρμησα, καὶ παρεσσυμένη, παραγινομένη. Quam statim sequitur haec

---

*) „Bei dieser Erwähnung des Hippocrates fällt mir eine Stelle aus den Zusätzen zum Schneiderschen Lex. ein, wo Hr. Weigel geglaubt hat, auch ἡ κόρος bei Hippocr. gefunden zu haben. Vgl. die Add. unter κόρος. Allein die dort citirte Stelle heisst in den Ausgaben ἡ Ἱπποθόου ἡ κοῦρος, wo schon der doppelte Artikel hätte Anstoss geben sollen; unbezweifelt ist wohl zu emendiren ἡ Ἱπποθόου οἰκουρός. Und so will ich noch eine zweite Stelle eines anderen Schriftstellers in den Zusätzen S. 55. unter γαλιαγκών verbessern, wo Schneider und ich, wie man zu sagen pflegt, den Wald vor lauter Bäumen nicht sahen. Denn die räthselhafte und, wie wir behaupteten, ihrer Bedeutung verlustig gegangene Glosse des Hesychius γουναγκών ist weiter nichts als γόνυ· ἀγκών, was sonnenklar ist, und so wird dieses Wort die Lexica nicht weiter inkommodiren."

glossa: *παρεσπονδημένοι*, *ἔκθεσμοι*, *παρηνομημένοι* (ubi notes *παρηνομημένοι*, quod pro *παρανενομημένοι* in grammatica nostra p. 73. ex solo Theodoro Prodromo p. 153. attulimus). Sed debentur haec ita scripta Musuro. Hesychii enim Ms. a Schowio collatus haec habet.

Παρέσσυα, *παρόρμησα*, *παραγινομένη*.
Παρέσσεται, *παρέσχεται*.

tum demum *Παρεσπονδημένοι*, *ἔκθεσμοι*, *παρηνομένοι*.

Ubi haec Schowii est nota: „Locum glossae, quae hic intercidit, verbis *καὶ παρεσσυμένη* explevit. Sequens *παρέσσεται*, *παρέσχεται* depravatum videtur ex *παρέσσυται*, *παρέρχεται*. Ambae glossae *παρέσσυα* et *παρέσσεται* ex margine sunt, unde post v. *παρεσπονδημένοι* primum inserendae essent.“ Qua in nota bene Schowius *παρέσσυται*, *παρέρχεται* correxit, quod statim exemplis firmabimus. *Παρέσσευα* quoque Musuri applausum eorum feret, qui non omnia ubique Graecis licuisse contendant, quales multos nostra aetas tulit, qui, ut *δόξαν* sibi acquirant, *παρὰ δόξαν* delirant. Sed de *παραγινομένη* quid statuam, nondum scio; etenim Musuri additamentum minime placet; nam etsi in *παρέσσυται*, *παρέρχεται* notio illa, huic verbo insita, de trepido, tumultuante, effuso motu paene evanuit, motus tamen certe notio inest in *παρέρχεται*; verum *παραγίνεσθαι*, quamvis saepe dicitur, qui accessit, tamen ab effectu potius positum est, et *ὁ παρεσσύμενος* nunquam *παραγενόμενος* vocari potest. Sed *παρέρχεται* bene se habere monstrabunt jam duo Quinti Smyrnaei testimonia, 2, 214:

ὣς δὲ καὶ ἐν Τρώεσσιν ἀρήϊος ἤϊε Μέμνων,
Ἄρεϊ μαιμώωντι πανείκελος· ἀμφὶ δὲ λαοὶ
προφρονέως ἐφέποντο, παρεσσύμενοι βασιλῆϊ,

quod commode *παρερχόμενοι* explicari potest, etsi inconditam effusamque multitudinem poëta nobis uno hoc verbo ob oculos ponit. Idem 8, 44.

σφήκεσσιν ἐοικότες, οἵτε κλονήσει
χηραμοῦ ἐκποτέονται, ἐελδόμενοι χρόα θείνειν
ἀνδρόμεον, πάντες δὲ περὶ στένος ὁρμαίνοντες
τεύχουσιν μέγα πῆμα παρεσσυμένοισι βροτοῖσιν.

Gl. *πινῶδες*, *ῥυπαρὸν*, *ξηρόν* pertinet ad Hippocratem T. 1. p. 322. (sect. 2. p. 17. F.) *ἀτὰρ καὶ τάδε ἐν ἐρίοισι κοίτη*

πινώδεσι, unde Erotianus transtulit in glossas, πινώδεσι, ῥυπαροῖς. Zonaras nil habet, nisi πινῶδες, ῥυπαρόν.

Gl. ὑγιοῦν τὸ σαροῦν καὶ τὸ θεραπεύεσθαι. In hac glossa, a Phavorino repetita, σαροῦν, pro quo σαῤῥοῦν cod. Venetus habet, non satis intellectum est, et θεραπεύεσθαι falsum. Hoc jam Stephanus annotavit, qui θεραπεύειν voluit; recte ubique. Sic enim Hippocrates de vet. medic. p. 21. (sect. 1. p. 12. F.) τὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ μέρος δύναται ἰσχυρῶς ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου καὶ ὑγιῶσαι καὶ ἀσθενέα ποιῆσαι καὶ ἀποκτεῖναι.

Gl. φασγανίων, ἐξιφισμένων, quam Schneiderus s. v. φασγάνω se non explicare posse confitetur, fortasse referenda est ad Phurnut. de nat. deor. c. 35. p. 235. ὥςτ' ἐκ τῶν λεγομένων φασγανίων στέφουσι τὸν Πλούτωνα. Genitivum enim pluralis esse nominis cujusdam, non participii, patet.

Gl. χαμᾶσθαι, χασμᾶσθαι. Lege χανᾶσθαι, χασμᾶσθαι, quod vel literarum ordo docet.

ETYMOLOGICON MAGNUM.

P. 384, 42. ἐσχατιόωντα, ἔσχατον ὄντα καὶ πεπλανημένον, καὶ περὶ τὰ ἔσχατα μέρη διατρίβοντα. De voce ἐσχατάω Schneiderus in lexico sic: „ἐσχατεύω (ἔσχατος) ich bin der äusserste, am äussersten Ende, an der äussersten Gränze. Theophr. Die Form. ἐσχατάω ohne Beispiel; hingegen führt Etym. M. ἐσχατιόωντα aus einem Dichter von ἐσχατιάω abgeleitet an. Vindicem autem verbi ἐσχατάω habemus ipsum Homerum et in Etym. M. quoque ἐσχατόωντα legendum ab ἐσχατάω ex Il. 10, 206.

εἴ τινά που δηΐων ἕλοι ἐσχατόωντα.

Cf. ibid. 2, 508.

Νῖσάν τε ζαθέην, Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν.

ibid. 616. ὅσσον ἐφ' Ὑρμίνη καὶ Μύρσινος ἐσχατόωσα.

Ad priorem locum ex catalogo navium pertinet Zonarae glossa p. 880. ἐσχατόωσαν, ἐσχάτην κειμένην. Utramque glossam et Etymologici et Zonarae servat Phavorinus, sed in Etymologici loco dittographiam agnoscere videtur; ita enim Phavorinus: ἐσχατιῶντα, ἐκ τοῦ ἐσχατιῶ, ἐσχατιῶντα καὶ ἐσχατῶντα· σημαίνει ἔσχατον ὄντα κ. τ. λ.

P. 793, 29. φιλακίζεται, χαριεντίζεται, quae verba repetiit Photius p. 472. Ruhnkenius vero, nil monito lectore, ad Tim. p. 19. φιλακκίζεται scripsit, ex ἀκκίζομαι compositum pu-

tans, qua ratione, nescio. Si ad ἀκκίζομαι respicitur, saltem scribendum φίλ' ἀκκίζεται. Sed mihi longe aliud quid latere videtur.

---

8. SCHOLIA IN HOMERI ODYSSEAM.

Schol. Od. α, 329. Versum istum, quem cod. Vind. 5. apud Alterum post hunc inserit, Buttmannus in add. pag. 566. recte quidem scripsit, sed minus recte explicavit. Explicationem hujus lusus, aliunde sibi cogniti, dederat jam Huetius, a Lessingio repetitam in libro: Zur Geschichte und Literatur, Beitrag 2. pag. 435. 436. Duo enim hi versus conjungendi sunt:

Κούρη Ἰκαρίοιο, περίφρων Πηνελόπεια,
Ἓξ ποσὶν ἐμβεβαυῖα τριδάκτυλος ἐξεφαάνθη,

quod significat, versum istum κουρ. Ἰκ. etc. incedere sex pedibus, inter quos tres dactylos esse. Tales fuerunt lusus aenigmatici seriorum grammaticorum.

α, 415. ἐξεφαύλισεν ὡς γυναικεῖον ἐν ταῖς τοιαύταις μαντείαις πιστεύειν. Leg. ὡς γυναικεῖον ὂν ταῖς etc.

δ, 44. πρὶν φανῆναι τῷ Μενελάῳ. Leg. τὸν Μενέλαον.

δ, 355. καὶ ὑπὸ ὄφεως καταποθέντος. Fuit forsan una voce addita, καὶ ὑπὸ ὄφεως καταπατηθέντος ἀποθανόντος.

ε, 1. καὶ ἀγανακτήσας τὸ γῆρας ἐζήτησε τοὺς θεοὺς μεταβαλεῖν αὐτὸν εἰς ὄρνεον. Forsan ἐξῄτησε. Nam praecedentium ἐζήτησε (bis autem jam praecedit) alia est ratio, cum accusativus non adsit, ut h. l.

ibid. ὁ δὲ Ὅμηρος ἄθρησιν τῶν θεῶν τὴν ἄνω πρόνοιαν λέγει. Scribe ἄθροισιν, *ecclesiam deorum.*

ε, 51. τοιοῦτος γὰρ καὶ ὁ λόγος. Lege ὁ λάρος.

ε, 60. εὐπίπτου bene a Buttmanno in add. mutatum est in εὐτρίπτου. Sed pro εὐκατασκευάστου legendum quoque videtur εὐκατακεάστου.

ε, 295. Inter explicationes vocis δυσαής legitur quoque: ἢ διπλοῦς κατὰ τὸ πνεῖν. Hoc ad aliam lectionem δισαής pertinere videtur.

ε, 405. Pro ἐπεὶ λυγγοειδεῖς scribe σπηλυγγοειδεῖς.

ζ, hypoth. κάτεισι πλύνουσα leg. πλυνοῦσα.

ζ, 44. ἀπὸ τοῦ πέλω leg. πελῶ.

η, 87. τάξει τριχώσεως καὶ κόσμου. Rectius postea scribitur καὶ κόμης.

η, 107. ὡς δοκεῖν ἔλαιον ἔχειν. Cum in schol. vulg. pro ἔχειν sit ἀποβάλλειν, vide ne fuerit ἐκχεῖν.

η, 170. τὸν ὑπὸ τῆς ἀνδρείας ἀγαπώμενον. lege τὸν ἀπὸ τ. ἀ. ἀ.

η, 216. οὐδὲν τῆς γαστρὸς ἐπαναβέβηκεν εἰς ἀναίδειαν. scribe ἐπάνω βέβηκεν.

η, 318. διὰ τὸ μὴ ἰδεῖν εἰς ποῖον καὶ ἅμα ἀναπλέουσιν. Fuit forsan εἰς ποῖον λιμένα ἀναπ.

θ, 12. τοῦ φιλοπλανοῦς leg. τοῦ πολυπλανοῦς.

θ, 232. ἠνοίξατο lege ἠνίξατο.

θ, 266. ὁ δὲ σπουδαῖος τί φησι; desidero hic Ulyssis nomen; fuit, ni fallor, aut ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς τί φησι, aut ὁ δὲ σπουδαῖος Ὀδυσσεὺς etc.

ibid. ὡς γὰρ χάριν φαμὲν ἔχειν τὰ τεχνικὰ ἔργα, οὕτως καὶ Ἀφροδίτην τινὰ αὐτοῖς ἐπι . . . χεῖν λέγομεν. Syllabam deficientem cum Majus supplere non posset, conjunxit, quae aperte divisa erant, et addita voce scripsit ἐπιχεῖν χάριν λέγομεν. Sed ipse explicationis nexus eo ducit, ut χάριν hic repeti nequeat. Hoc enim innuit Scholiasta: Vulcani uxorem esse et Venerem et Gratiarum unam; inde in quotidiano jam sermone dici, opera artificiosa habere gratiam, vel iis inesse venerem. Scribe itaque ἀφροδίτην litera minuscula, et tum ἐπιτρέχειν.

ι, hypoth. Ἰωνικῆς lege Λακωνικῆς cf. Schol. ad v. 80.

ι, 44. καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι δεύτερον ἀπόστασιν ἐποίησαν etc. Fuit, ni fallor, ὕστερον ἐπανάστασιν κ. τ. λ.

ι, 276. διὰ τούτων κινεῖ τὸν ἀκροατὴν, ἵνα μισήσωσι τὸν Κύκλωπα τῆς ἀσεβείας, καὶ ἐφησθῶμεν αὐτῷ κολασθέντι. Quis ferat scabram hanc orationem? Lege τοὺς ἀκροατάς et ἐφησθῶσιν. Etiam mox pro τοῖς τὰ τοιαῦτα εἰς θεοὺς ἀποῤῥίψασι lege καὶ τὰ τ. ε. θ. ἀποῤῥίψας.

ι, 335. Pro δίχα λαγμοῦ, quod Schaeferus in λαχμοῦ mutatum velit, lego δίχα δισταγμοῦ.

ι, 366. Προπερισπαστέον (sic bene Buttm.) νῦν τὸ ὄνομα. Scribe νῦν τὸ οὖτις.

ι, 373. ἀχανίαν muta in ἀχάνειαν.

ι, 525. μὴ βουλόμενος, οὐ γὰρ δυνάμενος. leg. οὐ γὰρ μὴ δυνάμενος.

κ, hypoth. οὗ εἰλήφθη leg. οὗ εἰλήφει. —

Ibid. τοὺς αὐτοῦ ἐρίηρας leg. τ. α. ἑταίρους.

κ, 2. vers. fin. οἱ φίλοι δὲ τούτου λύουσι. leg. δ' ἐν τούτῳ.

κ, 7. pro προςυπάρχοντι lege προςυπάρχῃ τό, et pro συναναστροφῆς scribe συνανατροφῆς.

κ, 494. μεταβέβληκε εἰς γυναῖκα· Lege μεταβεβλήκει, quod et sententia postulat, et ipsum ν omissum arguit.

κ, 515. pro συνάφεσις, quam vocem in hac significatione non novi, malim σύναψις.

λ, 58. περὶ τὰς ᾅδου αὐλάς. Praestat, ni fallor, πύλας.

λ, 171. μεγαλοκοίτου leg. μεγαλοκοιμήτου, ut μακροκοιμήτου in vulgatis scholiis exstat.

λ, 174. εἶχε τὸν ἔρωτα leg. τὸν ἐρωτῶντα.

λ, 236. μετέθηκεν. scribe μετέθηκαν.

λ, 271. Scabram orationem, quae exercuit etiam Buttmannum, vitabis, si pro καὶ Διὸς ἀγόμενος scribas καὶ βίᾳ ἀγόμενος, et tum ὑπερασπιστήν cum Buttmanno pro ἀπιστεῖν. Sed quid sibi vult in eodem scholio antea accusativus γέροντα βαστάζοντα?

μ, 89. οἱ δὲ ἄνεισι κατὰ μέγεθος. Pro ἄνεισι adjectivum reponendum est; forsan ἄνισοι, quamvis etymologiam non video.

μ, 243. Ex exemplo addito patet, hunc quoque scholiastem (cf. ad vers. praec.) in textu legisse κυανέη, casu recto. Scribe itaque κυανιζομένη in explicatione.

ξ, 68. ἢ πῶς ἂν ἡ Πηνελόπη τῆς Ἑλένης ὑπάρχει. Scribe ὑπάρχοι.

ξ, 307. οὕτω τῷ ὄζει ὁ κεραυνός. Legendum vel οὕτω γάρ vel τούτου γάρ.

ξ, 317. οὐδὲ χρήματα, ὅ ἐστιν ἐλεύθερον. Ad priora duo vocabula adjectum erat αἰτήσας, vel tale quid.

ξ, 464. ἠλεός] ἡ λιθοποιός, μάταιος. Lege ἠλιθιοποιός, vel fortasse ἠλεόποινος, cf. Schneid. lex. s. h. v.

ο, 49. ἀλλὰ μείνωμεν ἕως ἂν ὁ Μενέλαος ἔλθῃ καὶ δῶρα

θήσει ἐν τῷ ἅρματι. Fortasse corrrigendum θῇ σοι. Apud Homerum Telemachus solus dona accipit.

ο, 146. τὴν καταφλιὰν τῆς θύρας λέγει αἴθουσαν. Fort. τὴν κάτω φλιάν. Sed in hac significatione αἴθουσαν non memini.

π, 281. πόθεν γὰρ ᾔδει τὰ ὅπλα ἐν τῷ ἀνδρῶνι ἀντικείμενα; Fortasse ἔτι κείμενα.

σ, 2. fin. καὶ ἐπὰν γεννηθῇ, οὐ παύεται ἐσθίειν τὴν ὑποστήσασαν καρδίαν. Scribe ὑποστᾶσαν.

σ, 5. Ἀρναῖος] ἢ ὅτι παραβατώδης. Lege προβατώδης. In sequentibus ex Etym. M. v. Ἀρναῖος scribendum est: γέγονε τὸ ὄνομα παρὰ τὴν ἀρὰν ἀραῖος.

σ, 235. πρὸς τῇ παραστάτιδι παρεστηκώς. Lege παραστάδι.

τ, 94. ὥστε οὐ διὰ φιλοξενίαν μόνον τῷ πτωχῷ συνεπόθει, ἀλλὰ καὶ προςθεραπεύουσα αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ πυθέσθαι. Scribendum fortasse συνεπάθει.

υ, 302. φασὶ τὸν ἡφαιστότευκτον ὑπὸ Διὸς Εὐρώπῃ δοθέντα φύλακα. Lege φασὶ Τάλων, τὸν κ. τ. λ.

φ, 61. συνεπτικὸν τῶν ὄγκων ἀγγεῖον. Scribe συνεκτικόν.

χ, 184. εὐρὼς δέ ἐστιν ἡ τοῖς μυδῶσιν ἐπιγινομένη λευκότης ἀράχνῃ προςφερής. Fortasse legendum ἄχνῃ coll. Apoll. Argon. 4, 1531. μυδόωσα δ' ἀπὸ χροὸς ἔῤῥεεν ἄχνη.

χ, 240. οὐδὲ ὁ Πρωτεὺς πῦρ ἐγένετο. ἔκαυσε γὰρ τὸν Μενέλαον. Lege ἔκαυσε γὰρ ἄν.

ω, 229. Γραπτῦς] τὰς καταξύσεις τῶν ἀκανθῶν φυτῶν. Videtur scribendum esse ἀκανθωδῶν.

---

9. SCRIPTORES ECCLESIASTICI.

Aristeas de LXX Interpretibus p. 260. v. D. (XI. Hod.) ἥτε τοῦ θυσιαστηρίου κατασκευὴ σύμμετρον ἔχουσα πρὸς τὸν τόπον καὶ τὰ θύματα διὰ πυρὸς ἐξαναλούμενα τὴν διοικοδομὴν εἶχε. Verba sunt obscura, et, ni fallor, corrupta. Vertunt: „Altare enim exstructum erat apposite et ad locum illum, et hostias, quae ibi igne consumerentur.“ Conjungebant itaque σύμμετρον τὴν

διοικοδομὴν εἶχε πρὸς τὸν τόπον καὶ τὰ θύματα, participio *ἔχουσα* neglecto et propria significatione vocis *διοικοδομή* posthabita. Verba ipsa non exsculpo (etiam sequentia corrupta sunt, et nexu laborant), sed hoc video, fuisse in templo Hierosolymitano ad altare *διοικοδομήν* quandam, qua hostiae et sacrificia, igne comburenda, a reliqua templi munditie segregarentur.

p. 270. (XIV.) *περιῤῥεῖ δὲ αὐτὴν (τὴν χώραν) ὁ λεγόμενος Ἰορδάνης, ποταμὸς ἀείῤῥους, οὐκ ἔλαττον ἑξακισχιλίων μυριάδων ἀρουρῶν κατὰ τὸ ἀρχαῖον οὔσης· μετέπειτα δὲ οἱ γειτνιῶντες ἐπέβησαν (ἀπέβησαν* Hod.) *αὐτῆς, ἑξήκοντα μυριάδες ἀνδρῶν ἔγκληροι καθειστήκεισαν ἑκατονταρούροις.* Locus corruptus est; pro *οὔσης* lege *οὖσαν*, tum sic pergas: *μετὰ δὲ, ἐπεὶ οἱ γειτνιῶντες ἐπέβησαν αὐτῆς, ἑξήκοντα μυριάδες ἀνδρῶν ἔγκληροι καθειστήκεισαν, ἕκαστος ἑκατοντάρουρος.* Sexaginta enim myriades, quorum singuli centena jugera possident, sexies mille myriades jugerum explent.

p. 277. (XVI.) sic scribendum est: *περὶ δὲ τῆς τοῦ θεοῦ δυναστείας δι' ὅλου τοῦ ζῆν ἡ σκέψις αὐτοῖς ἐστιν· ὅπως δ' ἐν μηθενὶ συναλισγούμενοι μήθ' ὁμιλοῦντες φαύλοις διαστροφὰς λαμβάνωμεν, πάντοθεν ἡμᾶς περιέφραξεν ἁγνείαις καὶ διὰ βρωτῶν καὶ ποτῶν καὶ ἁφῶν καὶ ἀκοῆς καὶ ὁράσεως νομικῶς*, ubi hypostigmen post *ἐστιν* posui, post *λαμβάνωμεν* vero delevi. Praeterea post *ὅπως* addidi *δ'*, et *μήθ'* pro *μήδ'* scribendum duxi.

p. 310. (XXVIII) *ξενητία* male scribitur pro *ξενιτεία*. Rectius scriptum exstat p. 313. (XXIX).

p. 311. (XXVIII) *συνανθομολογησάμενος δὲ τούτῳ τὸν ἑξῆς ἠρώτα, πῶς ἂν ἀναμάρτητος εἴη*, ubi *ἄν* noto errore excidit; neque omissum ab Aristea credi potest. Nam inter 72 illas quaestiones, quae singulis interpretibus a rege propositae narrantur, nondum dimidia pars indicativum modum praebet, reliquae omnes optativum cum *ἄν*, exceptis tribus quaestionibus, ubi *ἄν* necessario addendum est. Hae sunt praeter illam, quam jam attulimus, quaestio 40. *πῶς ἐπιγινώσκοι τοὺς δόλῳ τινὶ πρὸς αὐτὸν πράσσοντας*, et 43. *πῶς ἁρμόσαι γυναικί*. Alio modo tres praeterea quaestiones corruptae sunt: quaest. 48. *πῶς ἂν ἀποδοχῆς ἡ ξενιτεία τυγχάνῃ*, lege *τυγχάνοι*, tum 49. *πῶς, ἃ ἂν κατασκευάσῃ, καὶ μετὰ τοῦτο διαμένῃ*, lege *διαμενεῖ* vel *πῶς ἂν — διαμένοι*; denique 62. *πῶς ἂν ἀπαραλόγιστος ᾖ*, lege *εἴη*.

p. 329. (XXXV.) in ambabus editionibus male scriptum exstat *παρενέγνω* pro *παρανέγνω*.

Athenagoras Legat. pro Christian. p. 6. (H. Steph.) *ὑμεῖς τε γὰρ οὐ πρὸς ἀγνοίας ἐξαμαρτήσετε, καὶ ἡμεῖς τὰ ἀπὸ τῆς ἀκρίτου τῶν πολλῶν φήμης ἀποδυσάμενοι παυσόμεθα πολεμούμενοι*, ubi num *ἐξαμαρτήσεσθε* reponendum sit, ignoro; id scio pro *ἀποδυσάμενοι* legendum esse *ἀπολυσάμενοι* sc. *τὰ ἀπὸ τῆς — φήμης ἐγκλήματα* cf. eundem p. 5. *τὸ τοίνυν πρὸς ἅπαντας ἴσον καὶ ἡμεῖς ἀξιοῦμεν, μὴ, ὅτι Χριστιανοὶ λεγώμεθα, μισεῖσθαι καὶ κολάζεσθαι, ἀλλὰ κρίνεσθαι, ἐφ' ὅτων ἂν καὶ εὐθύνῃ τις, καὶ ἢ ἀφίεσθαι ἀπολυομένους τὰς κατηγορίας, ἢ κολάζεσθαι τοὺς ἁλισκομένους πονηρούς*. et p. 20. *ἀπολυόμενος τὰς διαβολὰς λογισμὸν τῆς προαιρέσεως ἡμῶν παρέχω*. Ut ad *ἐξαμαρτήσετε* revertar, catalogum horum verborum, quorum futurum plerumque formam medii assumit, dedit Buttmannus Gr. Gr. §. 100. not. 8. cui haec addimus: *ᾄσομαι* ab *ᾄδω* nunquam nisi hac forma mihi occurrit, verum a non contracto *ἀείδω* est tam *ἀείσω* quam *ἀείσομαι*, illud in Oppian. Cyneget. 1, 80. et saepius, hoc in fragm. Euripidis apud Plutarch. Alcibiad. — *διώξομαι* habet Plat. Protag. c. 4. *σπάσομαι* Heliodor. 2, 5. *τωθάσομαι* Plat. apud Schneid. s. h. v.

Ibid. p. 15. *ἄνθρωποι δὲ, τὸν μὲν ἐνταῦθα ὀλίγου καὶ μικροῦ τινος ἄξιον βίον λελογισμένοι, ὑπὸ μόνου δὲ παραπεμπόμενοι τούτου, ὃν ἴσως θεὸν καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον εἰδέναι, τίς ἡ τοῦ παιδὸς πρὸς τὸν πατέρα ἑνότης, τίς ἡ τοῦ πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν κοινωνία . . . τοιοῦτοι δὲ ἡμεῖς ὄντες καὶ τὸν τοιοῦτον βιοῦντες βίον, ἵνα κριθῆναι διαφύγωμεν, ἀπιστούμεθα θεοσεβεῖν;* Locum corruptum et constructione laborantem omnes fere interpretes agnoverunt, quorum conjecturas praetereo, certissima locum medicina sanaturus. Dele verba *ὃν ἴσως*, quae quomodo in textum irrepserint, facile explicabo. Scriptum erat in archetypo aliquo *ΘΝ καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ* etc. quod postea in *ΟΝ καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ* etc. abiit. Jam doctus aliquis codicis possessor ad marginem adscripsit *ἴσως θεόν*, i. e. pro *ὅν* forsan *θεόν* legendum esse, in quo vere ille divinaverat, quae duo verba postea ab indocto librario in ipsum textum recepta sunt.

Ibid. *ἐπεὶ δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἐπικαλούντων ἡμῖν τὴν ἀθεότητα, οὐδ' ὄναρ τίς ἐστιν ὁ θεὸς ἐγνωκότες* (sic lego e codd., *τίς* etiam pro *τί* scribens), *ἀμαθεῖς καὶ ἀθεώρητοι ὄντες τοῦ φυσι-*

κοῦ καὶ τοῦ θεολογικοῦ λόγου, μετροῦντες τὴν εὐσέβειαν θυσιῶν νόμῳ, ἐπικαλοῦσι τὸ μὴ καὶ τοὺς αὐτοὺς ταῖς πόλεσι θεοὺς ἄγειν· σκέψασθέ μοι ὧδε περὶ ἑκατέρων, καὶ πρῶτόν γε περὶ τοῦ μὴ θύειν. Series orationis satis docet, unam vocem deesse, quam facile restitues legendo, *ἐπικαλοῦσι τὸ μὴ θύειν καὶ τοὺς αὐτοὺς ταῖς πόλεσι θεοὺς ἄγειν.*

Clemens Alexandrinus Cohort. ad Gentil. p. 2. Potter. Ante *ὕμνος ἢ θρῆνος ὄφεως ἦν ἡ ᾠδή* excidisse videtur *εἰ.* — p. 3. *ᾄδει δέ γε ὁ Εὔνομος ὁ ἐμὸς οὐ τὸν Τερπάνδρου νόμον οὐδὲ . . . ἀλλὰ τῆς καινῆς ἁρμονίας τὸν ἀΐδιον νόμον, τὸν φερώνυμον τοῦ θεοῦ, τὸ ᾆσμα τὸ καινὸν, τὸ Λευϊτικόν:*

νηπενθές τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων

γλυκύ τι καὶ ἀληθινὸν φάρμακον πειθοῦς ἐγκέκραται τῷ ᾄσματι. Respicit Clemens ad notissimum locum Homericum Od. 4, 220.

αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον,
νηπενθές τ' κ. τ. λ.

unde ipsam vocem *φάρμακον* sumsit. Jam ut in *γλυκύ* ad *ἄχολον* alludit, ita quin *φάρμακον νηπενθές* per *ἀληθινὸν φάρμακον πένθους* (quod pro *πειθοῦς* legendum suadeo) expresserit, non dubito. — p. 5. *τοῦτό τοι καὶ τὸ πᾶν ἐκόσμησεν ἐμμελῶς, καὶ τῶν στοιχείων τὴν διαφωνίαν εἰς τάξιν ἐνέτεινεν ἐμφωνίας.* Sylburgius jam vidit, legendum esse *ἐνέτεινε συμφωνίας*, quod libri scripti confirmant. — p. 7. *οὓς ἂν οἷός τε εἴη ἐκ γενετῆς σφετερίσασθαι*, lege *οἷός τε ᾖ.* — p. 13. *ταῦτα οἱ Φρύγες τελίσκουσιν Ἀττίδι*, lege *ταὐτὰ οἱ Φρύγες.* — p. 16. *αἱ θεσμοφοριάζουσαι τῆς ῥοιᾶς τοὺς κόκκους παραφυλάττουσιν ἐσθίειν· τοὺς ἀποπεπτωκότας χαμαὶ ἐκ τῶν τοῦ Διονύσου αἵματος σταγόνων βεβλαστηκέναι νομίζουσι τὰς ῥοιάς.* Tolle hypodiastolen post *ἐσθίειν* et lege *νομίζουσαι.* — p. 17. 18. Versus Orphicos, saepissime jam tentatos sic fere scribendos censeo:

ὣς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρατο, δεῖξε δὲ πάντα
σώματος οὐχὶ πρέποντα τύπον· παῖς εἶδεν Ἴακχος
χεῖρά τε ἣν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις·
ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἐνόησε θεὰ, μείδησ' ἐνὶ θυμῷ,
δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνεχεῖτο.

p. 20. *καὶ Διαγόραν καὶ Ἵππωνα τὸν Μήλιον, τόν τε Κυρηναῖον· ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνον, ὁ Θεόδωρος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἄλλους συχνοὺς κ. τ. λ.* Forsan *καὶ Ἵππωνα* ejiciendum est, nam *τὸν Μήλιον* ad *Διαγόραν* pertinet; tum scribe sine articulo *Θεό-*

δωρος ὄνομα αὐτοῦ; cf. p. 31. Λυκάων τὸν παῖδα κατασφάξας τὸν αὑτοῦ, Νύκτιμος ὄνομα αὐτοῦ, παραθείη ὄψον τῷ Διΐ. — p. 21. ὥςπερ ὁ ἐκ τῆς πόρνης τοὺς πολλοὺς ἐπιγράφεται πατέρας, dele articulum ante πολλούς. — p. 22. et 31. male legitur προτροπαῖος, quamvis codices προςτροπαῖος dederunt. — p. 29. Φαέθοντα noli mutare in Φάωνα, cf. Hesiod. Theog. 983. sq. — p. 31. διὸ τράπεζαι καὶ μέθαι καὶ γέλωτες καὶ συνουσίαι, οὐκ ἂν ἀφροδισίοις χρωμένων ἀνθρώποις (sic Pott. ἀνθρώπων ed. Colon.), οὐδὲ παιδοποιουμένων οὐδὲ μὴν ὑπνωσσόντων, εἰ ἀθάνατοι καὶ ἀνενδεεῖς καὶ ἀγήρῳ (male ἀγήρως in editis) ὑπῆρχον. Male Potterus: „cum ne homines quidem venere uterentur, aut liberis operam darent aut somno indulgerent, si essent immortales et nullius indigi seniique expertes.“ Χρωμένων refertur ad deos paganorum, quorum mentio praecessit. Nisi participio adhibito orationem praecedentibus annectere praetulisset Clemens, dicendum fuisset; διὸ τράπ. κ. μέθ. κ. γ. κ. συνουσίαι (μνημονεύονται) τῶν θεῶν, οἳ οὐκ ἂν ἀφροδισίοις ἐχρῶντο, οὐδὲ ἐπαιδοποιοῦντο . . . εἰ ἀθάνατοι κ. ἀν. κ. ἀγ. ὑπῆρχον. Ceterum ἀνθρώποις in codd. esse videtur. ἀνθρώπων a Sylburgio profectum est, ut ἀφροδίσια ἀνθρώπων significent venerem, qua homines utuntur. Possis quoque ἀνθρωπίνοις legere; possis, quod praefero, ὡς ἄνθρωποι conjicere. — p. 35. pro οἱ τούτων ἐπιτιμότεροι lege οἱ τούτων ἔτι τιμιώτεροι. — p. 38. φιλόδωρος ὑμῶν ὁ Φοῖβος, ἀλλ' οὐ φιλάνθρωπος· προὔδωκε τὸν Κροῖσον τὸν φίλον, καὶ τοῦ μισθοῦ ἐκλαθόμενος οὕτω φιλόδοξος ἦν· ἀνήγαγε τὸν Κροῖσον διὰ τοῦ Ἅλυος ἐπὶ τὴν πυράν. Quae h. l. intelligi queat φιλοδοξία, interpretes exercuit. Potteri explicatio, esse eum, qui se amicum simulet, quasi δοξόφιλον s. δοκησίφιλον quendam, inepta est. Apollinem Loxiam quidni novo vocabulo φιλόλοξον appellet Clemens, alludens simul ad λοξὴν ὁδόν per Halym in rogum? Antea pro τὸν φίλον malim τοῦ φίλου, non tamen propter repetitum articulum τὸν Κροῖσον τὸν φίλον, quod quamvis abhorrens a probatorum scriptorum usu (cf. Buttm. Gr. Gr. §. 110, 3.) seriores non refugerunt. Sic tribus lineis antea τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ μαντικοῦ, p. 47. τῆς Ἀφροδίτης τῆς Κνιδίας, Heliod. 2, 21. p. 80. τὴν Χέμμιν τὴν κώμην. — p. 40. ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων ἀναίσθητα προτρεπόμενοι, lege προςτρεπόμενοι, cf. ipsum Potterum in not. 7. p. 32. Sic οἱ λίθους προςτρεπόμενοι p. 44. ὕδωρ προς-

τρεπόμενοι p. 56. — p. 59. *δι' οὗ μόνου ἔνδον ἀνατείλαντος ἐν τῷ βάθει τοῦ νοῦ, καὶ τοῦ νοὸς αὐτοῦ καταυγάζεται τὸ ὄμμα.* Dittographiam agnosco; ad *τοῦ νοῦ* adscripserat aliquis *γρ. τοῦ νοός*, quod in textum receptum est et *γρ.* male intellectum in *καί* versum. Delenda prorsus verba *καὶ τοῦ νοός*. De diversiclini *νοῦς* locum Etymologici Magni p. 606, 23. excitavit Fischerus ad Weller. 2. p. 181.; corrupta emendavit Sylburgius, a Fischero, ut videtur, non inspectus. Partem observationis sed auctiorem dabit quoque Zonar. p. 1403. et iisdem verbis Phavorinus. Exempla praeterquam contractae formae Fischerus non attulit, sed quantopere seriores altera forma delectati fuerint, satis constat. Quare haec pauca tantum exempla addam: *νοΐ* Ignat. epist. p. 18. et 226. *νοός* Syncell. ap. Fabric. Cod. ps. V. T. p. 185. Testam. Jud. c. 20. p. 612. Rarior haec est heteroclisis in adjectivis cum *νοῦς* compositis, cujus exemplum *οἱ εὔνους* pro *οἱ εὖνοι* Etym. laudat. Adde *κουφόνοες* Polem. Physiogn. 1, 3. p. 182. *μεγαλόνοες* Id. 1, 8. p. 242. — p. 61. *Ξενοφῶν δὲ ὁ Ἀθηναῖος διαῤῥήδην ἂν καὶ αὐτὸς περὶ τῆς ἀληθείας ἀναγράφει τι, μαρτυρῶν ὡς Σωκράτης, εἰ μὴ τὸ Σωκράτους ἐδεδίει φάρμακον.* Apertum est, scribi debere *ἀνέγραφέ τι.* — p. 74. *ἐρέεσθαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι*, lege *ἐρέσθαι.* Quae ad reliquam hujus opusculi partem in editionis meae Heinsianae margine annotaram, ea jam omnia nunc occupata video in Potteri editione, tum ex codicibus tum ex aliorum conjectura.

μνηστέον Eust. Il. 2. p. 289, 28. 5. p. 58, 19. etc. ἀναστρεπτέον Schol. Soph. Ajac. 616. ἀνατρεπτέον Luc. Hermot. c. 49. ἀναφύσητος Eust. Il. 18. p. 65, 7. ἀναχωρητέον Plat. Criton. c. 12. Eust. Il. 12. p. 109, 45. ἀνδριστέον Plat. Phaedon. c. 90. ἀντεπιστρατευτέον Nicet. Eugen. 5, 338. ἀντιβλεπτέον Lucian. Demosth. encom. c. 17. ἀντιλεκτέον Hippocr. T. 2. p. 947. ἀντιτιμώρητος Eust. Il. 24. p. 345, 26. ἀπαγορευτέος Luc. Hermot. c. 47. Adamant. Physiogn. 1, 17. p. 362. ἀπαλλακτέον Aristaen. ep. 1, 27. fin. ἀπαρκτέον Nicet. Eugen. 5, 162. ἀπελπιστέον Galen. T. 2. p. 21, B. ἀπιστητέον Galen. T. 2. p. 8. Sext. Empir. 7, 175. ἀποβλεπτέον Galen. T. 2. p. 3. B. ἀποβλητέος Luc. Hermot. c. 18. ἀποβούλευτος Eust. Il. 3. p. 300, 17. ni legendum ἀπροβ —. ἀπογνωστέον Aristaen. ep. 1, 17. ἀποδιοπομπητέον ex vetere lexico in indice affert Stephanus p. 494. C. Reperi apud Phrynichum de dict. att. p. 134., quem citat Ruhnk. ad Tim. p. 41. ἀποδοκιμαστέος Aristot. art. poet. c. 26. Luc. Hermot. c. 18. ἀποδοτέον Luc. Hermot. c. 64. ἀποδυτέον ibid. c. 38. ἀπόθητος (= ἀπόθεστος, *abjectus*) Eust. Il. 7. p. 148, 41. Od. 2. p. 104, 2. 17. p. 147, 16. ἀποκληρωτέον Eust. Il. 15. p. 257, 12. ἀποκνητέον Plat. Alcibiad. I. p. 33. G ἀποκριτέον Eust. Il. 19. p. 110, 33. ἀποληπτέον Sext. Empir. 7, 388. ἀπορητέον Schol. Soph. Oed. Tyr. 711. Eust. Il. 11. p. 68, 39. ἀποῤῥαπιστέον Eust. Il. 2. p. 251. 45. ἀποῤῥιπτέον Eust. Od. 18. p. 161, 30. — τέος Heliodor. p. 285. ἀποστατέον Dem. Lept. §. 117. Wolf. ἀποσχετέον Hippocr. T. 2. p. 294. ἀποχωρητέον Heliodor. p. 274. ἀριθμητέον Galen. T. 2. p. 7. ἀρνητέον Heliod. p. 43. ἀσμενιστέος Hippocr. T. 1. p. 591. Ex Hippocrate citat quoque Stephanus in indice p. 551, C. ἀφεκτέον ex Isocrate in indicem retulit Stephanus p. 589, C. Ipse vocem observavi in Aristot. magn. moral. 2, 3. T. 2. p. 102, H. Casaub. βαδιστέον Soph. Electr. 1502. Schaef. Ex Plutarcho et Aristophane citat Stephanus T. 1. p. 661, B. βασανιστέον Demosth. adv. Aphob. de fals. testim. §. 35. Brem. βδελυκτέος Theodor. Prodrom. p. 33. βιωτέον Plat. Gorg. c. 144. βοηθητέον sine auctoritate posuit Stephan. T. 1. p. 761, B. Occurrit apud Luc. Lexiph. c. 20. Galen. T. 2. p. 104, 43. Aristid. orat. ad Achill. p. 36. Norm. βουλετός Eust. Il. 14. p. 230, 33. (an βουλητόν scribendum?) βουλευτέον Eust. Il. 23. p. 287, 25. γαμητέον Clem. Alex. cohort. ad gent. p. 87. Eust. Od. 20. p. 239, 35. γνωματευτέον

Eust. Il. 2. p. 141, 33. γνωστέον Gal. T. 5. p. 445, 50. Bas. Eust. Il. 11. p. 61, 37. γραμμιστός Eust. Il. 11. p. 39, 3. γραπτέον Sext. Empir. 1, 169. Eust. Il. 14. p. 222. 24. Od. 15. p. 92, 23. δακρυτέος Prisc. opp. min. p. 84. δασυντέον Eust. Il. 23. p. 289, 22. Od. 11. p. 409, 41. δεδιττέον Themist. ep. 11, 12. δεκτέον Luc. Hermot. c. 74. Eust. Il. 14. p. 202, 18. διαγνωστέον Luc. Hermot. c. 16. διαιρετέον Plat. Soph. c. 109. διαμαχητέον ibid. c. 56. διανοητέον ibid. c. 37. διαρθρωτέον Eust. Od. 23. p. 305, 30. διασταλτέον Eust. Il. 11. p. 27, 45. διδακτέος Prisc. opp. min. p. 17. διερευνητέον Plat. Soph. c. 99. διομολογητέον ibid. c. 78. διορθωτέος Hippocr. T. 2. p. 869. δομητός Eust. Od. 17. p. 181, 32. δοτέον Plat. Charm. c. 13. Procop. hist. arc. p. 157. — τέος Eust. Il. 6. p. 88, 33. 12. p. 102, 32. δυςχεραντέον Plat. Soph. c. 89. 91. δυςωπητέον Eust. Il. 2. p. 141, 10. ἐατέον Plat. Soph. c. 57. Eust. Il. 4. p. 398, 40. Od. 19. p. 215, 21. ἐγγραπτέον Clem. Alex. T. 1. p. 84. ἐγγυητέον Eust. Od. 8. p. 302, 19. ἐγκαλυπτέον Eust. Il. 14. p. 217, 13. ἐγκλητέος Eust. Il. 15. p. 249, 14. ἐγκρατευτός Eust. Il. 5. p. 32, 41. (an genitivus ἐγκρατευτῶν ab ἐγκρατευτής?) ἐγχειρητέον Eust. Il. 1. p. 5, 16. Od. 5. p. 229, 26. 8. p. 298, 26. ἑδραστέον Apoll. lex. ap. Heyn. ad Il. 11, 647. εἰκαστέον Eust. Od. 21. p. 260, 40. εἰςακτέον Eust. Od. 4. p. 144, 27. εἰςελευστέον Eust. Il. 22. p. 229, 38. εἰστέον = ἰστέον Eust. Od. 1. p. 53, 23. ἐκδεκτέον Eust. Od. 4. p. 148, 17. 160, 29. ἐκκαλυπτέον Eust. Od. 12. p. 20, 1. ἐκκίνητος Eust. Il. 9. p. 278, 18. ἐκληπτέον Eust. Od. 4. p. 160, 31. ἐκπληρωτέον Planud. p. 4. ἑκτέος Aristaen. ep. 1, 27. ἐλεητέον Eust. Il. 23. p. 304, 17. ἑλκυστέος Eust. Il. 11. p. 32, 23. p. 310, 10. ἐλπιστέον Eust. Il. 18. p. 81, 19. ἐμβλητέος Hipp. T. 2. p. 869. 872. ἐναριθμητέον Eust. Od. 12. p. 20, 18. p. 166, 40. ἐνδοιαστέον Eust. Il. 11. p. 84, 28. ἐνθυμητέον Eust. Il. 4. p. 353, 5. 5. p. 61, 1. 11. p. 61, 29. etc. ἐννοητέον Eust. Il. 13. p. 155, 38. ἔνοπτος Eust. Il. 16. p. 333, 9. ἐξακουστέον Eust. Il. 10. p. 339, 21. ἐξεμπλωτός Eust. Od. 2. p. 85, 36. ἐξεταστέον Demosth. Lept. §. 45. Wolf. Eust. Od. 5. p. 202, 25. ἐξευμενιστέον Eust. Il. 7. p. 158, 14. ἐξισωτέον Eust. Il. 2. p. 207, 2. ἐξιτέον Eust. Il. 5. p. 42, 10. ἐπαινετέος Eust. Il. 11. p. 7, 2. 35, 9. 13. p. 180, 2. etc. ἐπίαλτος Eust. Il. 5. p. 37, 45. 38, 6. ἐπιβλητέον Eust. Il. 2. p. 207, 7. ἐπιγραπτέον Eust. Il. 8. p. 197, 6. 10.

p. 339, 7. 22. p. 241, 40. ἐπιλεκτέον Eust. Il. 9. p. 240, 42. ἐπιλησtέον Eust. Il. 12. p. 110, 1. 14. p. 221, 13 etc. ἐπιλογιστέον Eust. Il. 24. p. 332, 43. ἐπιμελητέον Eust Il. 10. p. 322, 41. 14. p. 194, 14. etc. ἐπινοητέον Heliodor. p. 444. Eust. Il. 17. p. 8, 3. ἐπισημαντέον Eust. Il. 14. p. 243, 25. 18. p. 74, 12 etc. ἐπισκεπτέον Plat. Soph. c. 96. ἐπιστρεπτέον Eust. Il. 9. p. 285, 16. 17. p. 8, 42. ἐπίτεγκτος Hippocr. T. 2. p. 833. ἐπιτηδευτέον Eust. Od. 1. p. 1, 33. ἐπιτμητέον Eust. Od. 5. p. 225, 23. ἐρανιστέον Eust. Il. 15. p. 280, 46. Od. 11. p. 407, 39. ἑρμηνευτέον Eust. Il. 2. p. 224, 19. ἐρωτητέον Eust. Od. 3. p. 113, 1. εὐεκτέον f. l. pro εὖ δεκτέον Nicet. Eugen. 9, 118. εὐλαβητέον Hipp. T. 1. p. 591. εὑρετέον Planud. p. 6. εὑρητέον Eust. Il. 13. p. 175, 14. ἐφεκτέον Eust. Il. 18. p. 57, 38. ζητητέον Eust. Il. 6. p. 82, 7. 7. p. 176, 17. etc. — τέος Soph. Ajac. 470. Lob. Plat. Menon. c. 37. Luc. Hermot. c. 69. ἡγητέον Galen. T. 2. p. 102, 6. lin. 26. Eust. Il. 12. p. 117, 39. ἡσσητέον Soph. Antig. 674. Herm. Eust. Il. 11. p. 272, 28. θαῤῥητέον Hippocr. sect. 1. p. 30. Foes. θαυμαστέος Eust. Il. 1. p. 81, 20. 6. p. 134, 41. θεατέον Plat. Soph. c. 65. θεραπευτέος Hippocr. T. 2. p. 543. θετέον Plat. Soph. c. 93. Luc. Hermot. c. 48. Eust. Il. 8. p. 220, 46. 11. p. 31, 10. θεωρητέον Eust. Il. 2. p. 257, 32. 5. p. 76, 2. 16. p. 312, 16. θρηνητέος Eust. Il. 1. p. 25, 24. καταβλητέον Plat. Theaet. c. 19. καταντλητέον Galen. T. 2. p. 100. fin. Ald. καταῤῥαπιστέον Eust. Il. 5. p. 2, 21. κατασφιγκτός Theod. Prodr. p. 169. κενεαγγητέον Hippocr. T. 2. p. 867. κενωτέον Galen. T. 2. p. 104. l. 36. κλητέον Plat. Soph. c. 45. κολλητέον Eust. Il. 1. p. 129, 33. 6. p. 132, 31. κριτέον Sext. Empir. 1, 116. 7, 45. κτητέον Plat. Alcib. I. c. 59. κυνιστέον Julian. Apostat. ap. Schöll. hist. Gr. lit. 3. p. 131. κωλυτέος Hippocr. T. 2. p. 823. λαλητέον Eust. Il. 5. p. 42, 10. λειπτέον Plat. Criton. c. 12. λεκτέον Plat. Soph. c. 95. ληπτέος Plat. Protag. c. 112. λυτέον Eust. Il. 5. p. 42, 11 etc. μαλθακιστέον Plat. Alcib. I. c. 42. μαχητέον Plat. Soph. c. 73. μεθετέον, ionice μετετέον Herod. 7, 16. μεμπτέον Eust. Il. 2. p. 141, 29. 3. p. 322, 17. etc. μενετέον Eust. Il. 2. p. 153, 5. μεταδιωκτέον Luc. Amor. c. 27. μετακομιστέον Eust. Il. 4. p. 398, 40. μισητέον Themist. ep. 9, 22. μνηστέον Eust. Il. 5. p. 3, 5. 6. p. 81, 36. etc. μυσιατὸς (οἶνος) Hippocr. T. 2. p. 884. ναυπηγητέον Eust. Il. 5. p. 9, 28. νοητέον Schol. Soph. Oed.

Tyr. 800. 1384. Erf. et multi alii. *νομιστέον* Galen. p. 103. B. Heliodor. p. 146. Phurn. de nat. Deor. c. 17. p. 175. *ξυνδετέος* Hippocr. T. 2. p. 844. *οἰητέον* Eust. Il. 3. p. 322, 7. *οἰστέον* Eust. Il. 3. p. 315, 41. *ὀκνητέον* Eust. Il. 1. p. 18, 13. *ὁμολαλητός* Eust. Il. 2. p. 146, 44. *ὁμολογητέον* Plat. Soph. c. 89. *ὀνομαστέος* Eust. Il. 3. p. 307, 44. *ὀπτέος* Heliodor. p. 285. *ὀρθοτονητέον* Schol. Ven. ad Il. 11, 389. *παιδοποιητέον* Clem. Alex. p. 87. *παραβατέον* Arist. de LXX. intpp. p. 251. *παραγέμιστος* Eust. Il. 2. p. 211, 10. *παραγκωνιστέος* Theod. Prodr. p. 86. *παραινετέον* Planud. p. 11. *παραμυθητέον* Phurn. de nat. Deor. c. 22. *παραπειστέον* Sext. Empir. 2, 11. *παραπεμπτέον* Heliodor. p. 140. *παραπηκτέον* Eust. Il. 2. p. 273, 6. *παρατηρητέος* Heliodor. p. 284. *παρηγορητέον* Galen. T. 2. p. 104. fin. *παριτέον* Procop. anecd. p. 138. Eichel. *πειρατέον* Clem. Alexandr. p. 99. *πεμπτέον* Themist. ep. 9, 21. *πευστέον* Plat. Soph. c. 61. *πιστευτέον* Sext. Empir. 7, 63. *πληκτέον* Eust. Il. 2. p. 178, 2. *ποιητέον* Plat. Criton. c. 10. *ποιμαντέον* Theogn. 689. *πολιτευτέον* Clem. Alexandr. T. 1. p. 87. *πορευτέος* Soph. Ajac. 689. Heliodor. p. 361. *προθυμητέον* Plat. Phaedon. c. 90. Menon. c. 7. *προνοητέον* Galen. T. 2. p. 104. *προςαριθμητέον* Polluc. Onom. p. 42, 16. *προςελευτέος* (?) Prisc. opp. min. p. 17. *προςενεκτέον* Arist. magn. mor. 2, 3. T. 2. p. 102, G. Sext. Empir. 1, 222. *προςενθυμητέον* Eust. Il. 5. p. 3, 7. 64, 35. *προςεπιθετέον* Eust. Il. 1. p. 31, 14. *προςεπιλεκτέον* Eust. Il. 5. p. 43, 45. *προςκυνητέον* Athenag. leg. p. Christ. p. 17. *προςοιστέον* Plat. Lach. p. 265. Bekk. Hippocr. T. 2. p. 269. *προςυπακουστέον* Schol. Luc. adv. ind. c. 5. Eust. Il. 2. p. 211, 38. 3. p. 346, 43. *προτιμητέον* Eust. Il. 1. p. 116, 45. 7. p. 152, 46. *πταιστός* Eust. Il. 1. p. 42, 27. *ῥητέον* Plat. Theaet. p. 127. B. *σημειωτέον* quoties in grammaticorum et criticorum commentariis occurrat, quis nescit? *σιγητέος* Heliodor. p. 284. *σικυαστέον* Galen. T. 2. p. 104. lin. 54. *σκεπτέος* Xenoph. anab. 1, 3, 11. Plat. Alcib. I. c. 43. Hippocr. T. 1. p. 326. 689. etc. *σκοπητέον* Eust. Il. 1. p. 3, 38. etc. *σκορακιστέον* Eust. Il. 2. p. 277, 20. *σπευστέον* Heliodor. p. 240. *σπουδαστέον* Luc. Hermot. c. 23. *στερκτέος* Themist. ep. 9, 18. *συγκαλεστέος* Theod. Prodr. p. 413. *συγκαταθετέον* Eust. Il. 6. p. 110, 2. *συγχωρητέον* Luc. Hermot. c. 74. Eust. Il. 6. p. 123, 45. *συκοφαντητέος* Schol. Arist. Ran. 53. *συλλογιστέον* Eust. Il. 5. p. 49, 21. 66, 20. etc. *συμ-*

βεβαιωτέον Planud. p. 4. *συμπαικτός* (?) Meleag. epigr. 97. *συναποδοκιμαστέον* Eust. Il. 2. p. 151, 26. *συναπτέον* Schol. Soph. Oed. Tyr. 1365. 1430. *συνεμβλητέον* Galen. T. 2. p. 104. B. *συνεννοητέον* Eust. Il. 2. p. 211, 40. *συνεξακουστέον* Eust. Il. 2. p. 274, 31. *συνεπιλογιστέον* Eust. Il. 2. p. 297, 22. *συνεπινοητέον* Eust. Il. 7. p. 147, 34. *συνεστέον* Plat. Protag. c. 11. *συνηγορητέον* Sext. Empir. 2, 11. *συννοητέον* Eust. Il. 4. p. 392, 37. 6. p. 132, 32. etc. *συνυπακουστέον* Eust. Il. 2. p. 260, 25. *τολμητέον* Plat. Alcib. I. c. 3. Pseudosoph. Clytaemn. 131. *τορνωτός* Eust, Il. 3. p. 344, 3. *ὑβριστέος* Anonym. poet. de S. Theod. v. 192. *ὑμνητέον* Plat. Epinom. p. 701. H. *ὑπακουστέον* Plat. Soph. c. 101. *ὑπεικτέον* Soph. Ajac. 667. Plat. Criton. c. 12. *ὑπερθετέον* Arist. de LXX. intpp. p. 251. *ὑποδεικτέον* Sext. Empir. 6, 59. 7, 77. 127. *ὑπομνηστέον* Plut. T. 2. p. 21. D. E. *ὑπονοητέον* Phurn. de nat. deor. c. 18. Eust. Il. 7. p. 173, 33. *ὑπουργητέον* Luc. necyom. c. 3. Heliodor. p. 285. *φατέον* Plat. Soph. c. 105. *φευκτέος* Hippocr. T. 1. p. 65. *φιλητέος* Prisc. opp. min. p. 17. *φιλοσοφητέον* Luc. Hermot. c. 45. *φροντιστέον* Galen. T. 2. p. 100. lin. 26. *φυσητέος* Hippocr. T. 2. p. 844. *χειριστέος* Hippocr. T. 2. p. 872(2). *χρηστέος* Plat. Soph. c. 115. Heliodor. p. 285. *ψεκτέος* Eust. Il. 1. p. 51, 40. 3. p. 326, 43. etc. *ψιλωτέον* Schol. Ven. ad Il. 11, 358. Eust. Il. 2. p. 224, 15. *ὠνητέον* Luc. Hermot. c. 58.

Quibus accedant haec composita: *ἀβόητος* Nonn. paraphr. 2305. 3010. *ἀβόσκητος* Eust. Il. 2. p. 249, 19. *ἄβρικτος* Etym. Magn. *ἀβύρσευτος* Eust. Il. 2. p. 223, 27. *ἀγειτόνευτος* Eust. Il. 14. p. 57, 27. *ἀγογγύστως* Eust. Il. 1. p. 3, 10. *ἀγραμματίκευτος* Eust. 1. p. 91, 21. *ἀδιάῤῥηκτος* Nicet. Eugen. 1, 304. *ἀδιεξήγητος* Eust. Il. 4. p. 397, 9. *ἀδιπλασίαστος* Eust. Il. 9. p. 304, 32. 13. p. 190, 37. — *άστως* Eust. Il. 11. p. 66, 22. *ἀδίπλαστος* Eust. Il. 9. p. 278, 11. 21. p. 204, 30. Od. 22. p. 286, 24. *ἀδίπλωτος* Eust. Il. 2. p. 198, 35. *ἀδίωκτος* Eust. Il. 9. p. 240, 24. *ἀειστένακτος* Nicet. Eugen. 5, 119. *ἀθρήνητος* Eust. Il. 13. p. 146, 37. *αἱματοστάλακτος* Nicet. Eugen. 1, 35. *αἱματοφόρυκτος* Eust. Od. 20. p. 241, 37. *ἀκαραδόκητος* Eust. Il. 18. p. 48, 38. *ἀκατάκλαστος* Eust. Od. 10. p. 383, 37. *ἀκατάξεστος* Eust. Il. 18. p. 101, 14. *ἀκαταπολέμητος* Eust. Od. 12. p. 14, 31. *ἀκατάχρηστος* Eust. Il. 10. p. 348, 2. *ἀκάτοπτος* Heliodor. p. 248. *ἀκληρονόμητος* Eust. Il. 5. p. 18, 15. 18. *ἀκολόβωτος*

Eust. Il. 8. p. 228, 26. ἀκοπίατος Eust. Il. 18. p. 86, 33. Od. 1. p. 17, 25. ἀκύκλωτος Eust. Il. 11. p. 40, 39. ἀκυριολέκτητος (lege ἀκυρολ —) Eust. Il. 5. p. 44, 11. ἄληκτος a λαγχάνω derivandum ex vetere quodam scriptore affert Eust. Il. 1. p. 55, 37. cf. Od. 8. p. 289, 38. ἀλογογράφητος Eust. Il. 12. p. 91, 34. ἀμμόχωστος Eust. Il. 7. p. 176. 40. ἀναλληγόρητος Eust. Il. 5. p. 29, 27. 45, 18. ἀναπόσπαστος Eumath. 10. p. 468. ἀναποτέλεστος Eust. Il. 13. p. 137, 37. Od. 23. p. 295, 44. ἀνέκδεκτος Eust. Od. 14. p. 63, 38. ἀνέκδυτος Eust. Il. 2. p. 134, 2. Od. 7. p. 276, 20. ἀνεμόδαρτος Eust. Il. 17. p. 6, 39. ἀνενταφιάστως Eust. Il. 22. p. 254, 34. ἀνεπεξέργαστος Eust. Il. 4. p. 396, 18. etc. ἀνεπικόσμητος Eumath. 2. p. 48. ἀνεπιπρόςθητος Eust. Il. 5. p. 70, 39. 11. p. 29, 5. 15. p. 275, 8. etc. ἀνεπισκόπητος Eust. Od. 3. p. 111, 14. 11. p. 397, 17. ἄνεφθος Hippocr. T. 2. p. 894. ἀνόξυντος Eust. Il. 13. p. 149, 21. ἀνόσφιστος Eust. Od. 14. p. 83, 35. ἀνύστακτος Eumath. 8. p. 326. Eust. Il. 9. p. 278, 29. ἀνυστέρητος Ignat. in inscript. ep. 7. p. 148. ἀξιομίμητος Eust. Il. 16. p. 361, 9. ἀξιοσέβαστος Eust. Dion. Perieg. p. 72, 22. ἀπανηγύριστος Eust. Od. 7. p. 261, 42. ἀπαραδόκητος Eust. Od. 13. p. 38, 33. ἀπαραχείρητος Eumath. 5. p. 216. ἀπαρῳδήτως Eust. Il. 16. p. 361, 40. ἀπερικλόνητος Eust. Il. 2. p. 198, 12. ἀπερικόσμητος Eumath. 4. p. 130. 10. p. 458. ἀπεριουσίαστος Eust. Od. 14. p. 83, 35. ἀπεριπλάνητος Eust. Il. 23. p. 295, 27. ἀπεριποίητος Eust. Il. 5. p. 29, 23. ἀπερίφραστος Eust. Od. 23. p. 299, 45. — τως Eust. Il. 17. p. 29, 32. ἀπλαγιάστως Eust. Il. 21. p. 187, 30. ἀπλεόναστος Eust. Il. 13. p. 171, 9. ἄπριστος Quint. Smyrn. 12, 137. ἀπρομήθευτος Eust. Od. 5. p. 227, 30. ἀπροσάρμοστος Eust. Il. 15. p. 266, 4. 22. p. 245, 6. ἀπροςκόλλητος Eust. Od. 23. p. 297, 23. ἀπροςκόπτως Eust. Il. 10. p. 329, 13. etc. ἀπρόςπταιστος Hippocr. T. 2. p. 924. ἀπυθμένιστος Eust. Il. 11. p. 65, 26. ἀπύκνωτος Eust. Il. 14. p. 206, 27. ἀσεμνολόγητος Eust. Il. 2. p. 278, 5. ἀσκέδαστος Eust. Od. 6. p. 237, 22. ἀστρόβλητος Eust. Il. 18. p. 87, 11. ἀσυμβίβαστος Eust. Il. 2. p. 203, 15. etc. ἀσφάλτως Eust. Il, 8. p. 212, 21. etc. ἀτεράτευτος Eust. Il. 13. p. 132, 16. ἀτράχυντος Eust. Il. 6. p. 112, 22. 15. p. 272, 36. αὐθορμήτως Eust. Il. 24. p. 378, 30. αὐτέλεγκτος Eust. Od. 16. p. 127, 46. αὐτοέκτατος Eust. Il. 13. p. 166, 46. ἀφιλοκάλητος Eust. Il. 7. p. 148, 41. 13. p. 177, 40. ἀχάσμητος Eust. Il. 13.

p. 134, 25. etc. *διςήμαντος* Eust. Il. 13. p. 172, 26. *δυςανάπαυστος* Eust. Il. 23. p. 279, 27. *δυςαπόβλητος* Eust. Il. 6. p. 127, 36. Od. 17. p. 143, 1. *δυςαπόδοτος* Eust. Od. 4. p. 159, 25. *δυςδάμαστος* Eust. Il. 2. p. 293, 12. *δυςδιεξόδευτος* Eust. Il. 2. p. 184, 20. *δυςέψητος* Eust. Od. 5. p. 210, 40. *δυςκοίμητος* Eust. Od. 22. p. 283, 45. *δυςμάλακτος* Eust. Il. 15. p. 250. 15. *δυςμετάληπτος* Eust. Il. 11. p. 26, 30. Od. 23. p. 294, 1. *δυςμετάπεμπτος* Eust. Il. 16. p. 354, 32. *δυςπροένεκτος* Eust. Od. 19. p. 200, 23. *δυςφώτιστος* Eust. Il. 16. p. 323, 30. *εὐανασκεύαστος* Eust. Od. 23. p. 308, 30. *εὐδιανόητος* Eust. Il. 9. p. 266, 21. *εὐδιάῤῥηκτος* Eust. Il. 23. p. 307, 44. *εὐδιαχείριστος* Eust. Il. 20. p. 172, 2. *εὐδιήλωτος* Eust. Il. 16. p. 317, 44. *εὐείλητος* Eust. Il. 16. p. 317, 44. *εὐκατάβλητος* Eust. Il. 16. p. 316, 13. *εὐκαταπόνητος* Eust. Il. 5. p. 16, 12. *εὐκατάσειστος* Eust. Il. 14. p. 202, 37. Od. 2. p. 81, 17. *εὐκράδαντος* Eust. Il. 13. p. 164. 37. etc. *εὐπαραχώρητος* Archim. p. 127, 24. *εὐπεράτωτος* Eust. Od. 9. p. 320, 25. *εὐπερίγραπτος* Eust. Il. 13. p. 149, 37. 17. p. 4, 13. *εὐπτόητος* Greg. Nazianz. Tetrast. 210. *εὐσήμαντος* Eust. Il. 12. p. 114, 2. *εὐστίβητος* Eust. Il. 15. p. 288, 35. *εὐσύμβατος* Eust. Il. 15. p. 292, 15. *εὐσχημάτιστος* Eust. Od. 7. p. 263, 16. *εὐτερμάτιστος* Eust. Od. 19. p. 201, 27. *εὐυπονόητος* Eust. Od. 5. p. 196, 17. *εὔχυτος* Eust. Il. 16. p. 320, 46. *θεοδόμητος* Eust. Il. 21. p. 215, 43. *μονοσχημάτιστος* Schol. ad Prisc. opp. min. Lindem. p. 284. *ὀπισθότρωτος* Eust. Il. 5. p. 56, 1. *ὀφεόδηκτος* pro *ὀφιόδηκτος* habet Eust. Il. 2. p. 267, 37. *πανόλβιστος* Orac. Sibyll. 3, 347. *πεντασχημάτιστος* cf. *μονοσχημάτιστος*. *πηλόῤῥυτος* Theod. Prodr. p. 170. *πολυκλείδωτος* Eust. Il. 2. p. 142, 3. *πολυποίκιλτος* Eust. Il. 3. p. 341, 46. *σιδηρένδυτος* Theod. Prodr. p. 189. *τετράζευκτος* Eust. Il. 5. p. 47, 13. *ὑδατόῤῥυτος* Eust. Il. 2. p. 217, 13.

---

3. DE NUMERALIBUS.

„*Εἰκοσάς*, *άδος*, *ἡ*, Pollux 1, 63., wo die Handschriften richtiger *εἰκάς* haben."

Schneideri haec sunt verba in lexico Graeco; unde hanc Viri venerabilis fuisse sententiam haud injuria nobis conclusisse

videmur, praeter Pollucis auctoritatem, propter codicum dissensum non sane magni faciendam, hanc vocem, quam etiam Stephani thesaurus ignorat, nihil praesidii habere, quo se tueatur. Atque profecto apud Pollucem l. c. *καὶ μέχρι τῆς εἰκοσάδος· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου α' ἐπὶ εἰκάδι κ. τ. λ.* propter vicinum *εἰκάδι* jure suspectum videri possit *εἰκοσάδος*. Verum etsi concedamus, Pollucem ipsum *εἰκάδος* scripsisse, ipse tamen codicum consensus satis monstrat, tum, cum librarii *εἰκοσάδος* substituerent, satis in usu fuisse hanc vocem. Nam sic mihi quidem persuasum est, ejusmodi varias lectiones non calamo aberranti tribui debere, sed vel usui loquendi, qui tum, cum exemplar transscriberetur, obtinuerit, vel docto alicui librario, qui, quae sibi melius et reconditius dicere posse videbatur, auctori obtruserit. Sed in Pollucis loco subit mirari inconstantiam scripturae. Nam sive ex seriore usu loquendi a librario intrusum *εἰκοσάδος* dicas, cur alterum *εἰκάδι* idem non simul mutarit, nulla causa reddi potest; sive doctrinae ejus, qui exemplar transscripsit, hanc formam tribuas, non minus exspectem, eandem doctrinam alteri etiam loco rariorem formam intulisse. Equidem sic censeo, Pollucem et *εἰκοσάδος* et *εἰκάδι* scripsisse, illud ex suae aetatis consuetudine, hoc vero ex norma Atthidos. Notissimum enim est, Pollucem id egisse, ut usum veterum Atticorum explicaret; verum in iis, quae ipse explicationis causa inseruit, haud quaquam veteri loquendi consuetudini firmiter adhaeret. Fuisse vero Pollucis aetate receptam *εἰκοσάδα*, idoneus est testis Lucianus, qui Polluci aequalis sic in Alexandr. c. 11. T. 1. pag. 525. Schm.

πένθ' ἑτέρας μονάδας καὶ εἰκοσάδα τρισάριθμον,

unde omni dubitatione major haec est vox, suumque in lexicis tuebitur locum. Praeterea apud Sext. Empiric. adv. Aritmeth. 4, 32. pag. 337. Fabr. *ἀκολουθήσει γὰρ τῇ τῆς μονάδος προςθέσει τὴν δεκάδα εἰκοσάδα γίνεσθαι* in libris scriptis nihil variatur*)..

Sed de his Graecorum substantivis numeralibus paulo diligentius, quam huc usque a grammaticis factum est, exponendum videtur. Nam quisquis in praeceptis grammaticorum hanc

*) Fabricius enim ex iis codicibus, quibus ipse usus est, nihil omnino affert; liber vero Regiomontanus, quo nullus ad textum hujus scriptoris constituendum melior est, prorsus vulgatam confirmat.

horum numeralium seriem intuetur: μονάς, δυάς, τριάς, τετράς, πεντάς s. πεμπάς s. πεμπτάς, ἑξάς, ἑβδομάς, ὀγδοάς, ἐννεάς, δεκάς κ. τ. λ.

tum εἰκάς, τριακάς, τεσσαρακοντάς,

tandem ἑκατοντάς, χιλιάς, μυριάς:

is sane, quam analogiam Graeci secuti fuerint, haud facile divinare poterit. De monade postea dicemus; sed δυάς, πεντάς, ἑξάς a cardinalibus formata qui conveniunt ἑβδομάδι aut ὀγδοάδι, ubi ordinalia regnant? unde accidit, ut a τριάκοντα formetur τριακάς, a τετταράκοντα vero τετταρακοντάς? Sed de hac re sic habetote: primitus omnia haec substantiva a cardinalibus fuisse derivata, mutata tantum terminatione in ας. Hinc ἑνάς Platon. Phileb. pag. 73. H. Tum δυάς, τριάς, τετράς (quod syncopen passum est), πεντάς, ἑξάς. Ordine sequuntur ἑπτάς, ὀκτάς, quorum illud ex Aristotele jam vetera lexica offerunt, hoc vero, nescio unde, in Riemeri lexico comparet. Jam ἐννεάς, pro quo εἰνάς Iones, et δεκάς, tum ἑνδεκάς (Fisch. ad Well. Tom. 2. pag. 153.) et δυωδεκάς s. δωδεκάς presso pede cardinalia sequuntur. Reliquorum usque ad vicenarium numerum exempla desidero; ab εἴκοσι fit εἰκοσάς. Jam ut a τετταράκοντα proficiscitur τετταρακοντάς, quo Hippocrates saepe usus est, sic a τριάκοντα exspectes τριακοντάς, quod si in usu fuit, nobis tamen prorsus se subduxit; neque ex reliquis numeris denariis quisquam hactenus se obtulit. [ἑξηκοκτάς Nicet. Eugen. 6, 483.] Centenarius numerus est ἑκατοντάς, formatus ab ἑκατόν, ad analogiam τεσσαρακοντάδος. Reliquorum centenariorum exempla nondum mihi visa sunt; ionicum διηκοσιάς, quod Thierschii grammatica offert, sponsorem desiderat. Χιλιάς et μυριάς denique agmen claudunt. [Χιλιοντάς Ducange glossar. p. 1752.] — Vidimus itaque a cardinalibus omnia haec substantiva simplicissima ratione deducta fuisse; sed non omnia aeque in usu fuerunt; ἑνάς ubique fere loco cessit, quem μονάς occupavit, ut in compositis μόνος semper regnat, μονόκερως, μονόπεπλος. Neque praeter ἑνοειδής, ἑνοειδῶς, quo vocabulo, lexicographis ignoto, usus est. [Nicom. arithm. 1, 6. pag. 74. Ast.] Psell. in schol. in orac. chaldaic. pag. 102. et 108. Gall. (ubi posteriori loco male typis excusum est ἐννοειδῶς), ullum aliud ejusmodi connubium novi. — Jam cum in reliquis derivatis in ᾶς cardinalia regnent, cur ἑβδομάς et ὀγδοάς praelata sit ἑπτάδι et ὀκ-

τάδι quaeri potest. Lepida sunt, quae *περὶ τῆς ὀγδοάδος* Etymol. magn. s. v. *τρεῖς* pag. 765, 6. affert, dignissima, quae, ut severiora studia leni risu temperemus, hic afferantur: *πᾶς ἀριθμὸς ἐντὸς τῶν χιλίων θέλει ἔχειν στοιχεῖον εἴτε φωνῆεν**), *εἴτε σύμφωνον ἐκ τῶν ἐντὸς τῆς δεκάδος· οἷον, τὸ εἷς καὶ τὸ ἓν ἔχει τὸ ε̄ ἐκ τῶν ἐντὸς τῆς δεκάδος· καὶ τὸ δύο ἔχει τὸ δ̄ καὶ τὸ πεντήκοντα ἔχει τὸ ε̄ καὶ τὸ η̄ καὶ τὸ ᾱ. τὸ ὀκτὼ δοκεῖ ἀντικεῖσθαι· ἀλλὰ καὶ τοῦτο δύναμιν* (lege *δυνάμει*) *ἔχει ἐκ τῶν ἐντὸς τῆς δεκάδος. λέγουσι γὰρ οἱ φιλόσοφοι, ὅτι τὸ ὀκτὼ καὶ ὀγδοὰς λέγεται παρὰ τὸ ἄγειν δύο τετράδας, οἱονεὶ ἀγωδυάς, καὶ ὀγδοάς. Τὸ δὲ ᾱ καὶ τὸ γ̄ καὶ τὸ δ̄ ἐκ τῶν ἐντὸς τῆς δεκάδος εἰσίν.* Sed his missis, cur Graeci praetulerint *ἑβδομάδα* et *ὀγδοάδα*, usui quidem, quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi, adscribendum videtur, sed ita tamen, ut cum eo comparari possit, quod similiter non *ἑπτήκοντα* neque *ὀκτώκοντα* dixerunt, ut *πεντήκοντα, ἑξήκοντα*, et reliqua, quae a cardinalibus unionum proficiscuntur, sed *ἑβδομήκοντα* et *ὀγδοήκοντα*, quae ad *ἕβδομος* et *ὄγδοος* referuntur. Eandem itaque analogiam quoque Graeci in *ἑβδομάς* et *ὀγδοάς* secuti videntur. Verum quid de *πεμπτάς* fiet, quomodo pro *πεντάς* saepius dixisse videntur Graeci? Num hoc quoque eadem analogia defendemus? Verum *πεμπτήκοντα* nunquam dictum est. Atque codices ubique fere variant inter *πεντάς, πεμπάς*, et *πεμπτάς*. Sic in Platon. Phaedone c. 121. pro recepto *πεμπτάς* cod. Tubing. offert *πεντάς*. Athenienses *πεμπάδα* dixisse pro *πεντάδα*, non magis mirum videri debet, quam multa alia, quae ex veterrimo sermone retinuerunt; hinc quoque *πεμπαδάρχης*. Sed quicquid alii dicunt (cf. Jungerm. ad Polluc. 1, 127.) *πεμπτάδα* proscribendam fere duco, eidem librariorum errori eam imputans, quo

*) *Τὰ φωνάεντα, οἱ φωνάεντες* a Lobeckio nostro inter dorismos Atticorum referuntur, in dissertatione de figuris compositis nominum. pag. 8., ubi praeter Plutarchum et Athenaeum etiam Sexti Empirici locos quosdam affert. Occurrit haec hujus vocabuli forma dorica saepius apud Sextum adv. Grammatt. 1, 55. (bis) 1, 100. (ter) 1, 113. 115. 116. 121. (bis) 2, 57. adv. physic. 9, 178. (bis.) Ex his locis Lobeckius excitavit 1, 100. 121. et 9, 178. Verum jam codex Cizensis apud Fabricium in 1, 100. atticam formam restituit; et codex Regiomontanus, facile optimus inter omnes hucusque collatos, ubique, praeterquam in 1, 55. 2, 57. et 9, 178. ita ut doricum illud *ᾱ* in hac voce indocto plebis ori attribuere malim, quam doctis scriptoribus.

apud Photium in lex. pag. 299. scriptum est: *πέμπτα, πέντε· καὶ Αἰολεῖς καὶ Ἴωνες καὶ Ἀττικοί· πεμπτάζειν γὰρ τὸ κατὰ πέντε ἀριθμεῖν.* Sed cf. Phavorinum: *Πέμπας οἱ Αἰολεῖς τὰ πέντε φασίν· ὅθεν καὶ πεμπάζειν κυρίως τὸ κατὰ πεντάδας ἀριθμεῖν.* Quid, quod Photii librarius in iis verbis, quae statim his subjunguntur, intrusum illud *τ* ipse non agnoscit. Ita enim pergit: *καὶ πεμπώλαρχον* (lege *πεμπάδαρχον*) *καὶ Πλάτων πέμπελα καὶ Ξενοφῶν.* — Progredimur ad *εἰκάδα* et *τριακάδα.* Utrumque ad proximum *δεκάς* sic inflexum et propterea syncopen passum videtur. Quod in reliquis numeris denariis non factum esse, nemo mirabitur. Nam *εἰκάδας* et *τριακάδας* cum in mensium computis usurparent, cumque praeterea *τριακάδας* etiam in *φυλαῖς* nossent, voces hae ore populi celebratae ob quotidianum usum formam, quam semel ab antiquissimis temporibus induerunt, (Hesiod. *ἔργ.* 792. Fisch. ad Well. 2, 153.) exuere non potuerunt. Reliquis sane rarissime opus erat, et fere non nisi artium scriptoribus; hinc factum est, ut, sicubi ea formare necesse haberent, regulae convenienter a cardinalibus ea derivarent, quod Hippocratem in *τεσσαρακοντάς* fecisse vidimus. *)

Adjiciamus hic nonnulla alia, quae de Graecorum numeralibus observavimus. Sic in adjectivis, quae multiplicationem indicant, satis mirari nequeo, qui factum sit, ut omnes recentiores grammatici, (Fischerum dico, Buttmannum, Thierschium, Matthiae, ipsosque dialectorum scriptores Maittarium et Sturzium,) terminationum *πλασιων* ignorent, contenti afferre *πλους* et *πλασιος.* Schneiderus in lexico aliquot locis utramque formam attulit, ut s. v. *διπλάσιος, τριπλάσιος.* Ut tamen cognoscant juvenes, quam saepe haec forma occurrat, exempla quaedam hic proferamus. *διπλασίων, τριπλασίων* habet Archimed. ed. Basil. princip. pag. 48. lin. 47. pag. 50. l. 47. p. 57. l. 35. p. 65. l. 39, 40. p. 67. l. 20, 21. p. 82. l. 13. p. 87. l. 18. p. 98. l. 20, 21, 48. p. 117. l. 6. p. 122. l. 23. p. 123. l. 33. p. 127. l. 38. p. 129. l. 44. [Nicom. Arithm. pag. 76. Ast. Galen. de compos. medicam. sec. loc. lib. 2. Tom. 2. pag. 99. Ald. Sext. Empir. lib. 4, 6, 7. lib. 6, 47. Long. pastor. p. 370. 402. Bod. Procop. anecd. pag. 88. *τετραπλασίων* Archimed. pag. 117. l. 2. pag. 137.

---

*) T. 1. pag. 170. (quinquies) p. 171. 172. 173. (bis) 174. 178. (bis) etc.

l. 23. *ἑπταπλασίων* Cod. pseud. V. T. pag. 123. *δεκαπλασίων* Archimed. pag. 121, 5. Chrysostom. in Daniel. pag. 79. Procop. anecd. pag. 102. *ὀκτωκαιδεκαπλασίων* Archimed. pag. 121. lin. 11. *εἰκοσαπλασίων* Archimed. ibid. lin. 13. Etymolog. magn. p. 297, 44. *τριακονταπλασίων* Archimed. pag. 123. lin. 24. 26. 30. *ἑκατονταπλασίων* Origen. exhort. ad martyr. pag. 176. (4.) 215. *χιλιοπλασίων* ibid. lin. 29. *μυριοπλασίων* ibid. l. 23. 36. p. 127, 1. *τρισμυριοπλασίων* ibid. lin. 31. *ὁσαπλασίων* id. pag. 106, lin. 33. *τοσαυταπλασίων* ibid. lin. 34. *πολλαπλασίων* ibid. pag. 106. lin. 56. p. 127. lin. 3. Cod. pseud. V. T. pag. 640. Origen. exhort. ad martyr. pag. 176. Horum longe plurima in lexicis desiderantur, quae jam cum aliis vocibus, quae cum numeralibus compositae sunt, quasque lexicographi omittunt, hic recensebimus.

δεκαδύο. Sext. Empir. adv. astrolog. 5, 5. Arist. de LXX interprett. pag. 12. Hod. Cod. pseud. V. T. pag. 124. Formam *μεγαλογραφουμένην* hujus vocis habet Schneider.

δεκαπλασίων. cf. supra. Adverbium *δεκαπλασίως*, quod ad *δεκαπλάσιος* pertinet, habet Hippocr. de vet. medic. T. 1. pag. 20. Lind.

δεκάπληγος. „Omittunt hanc vocem lexica. Dicit quodam in loco Chrysostomus de Mose: *δεκαπλήγῳ μάστιγι τοὺς Αἰγυπτίους ἐτάσας*, *cum Aegyptios decuplo flagello cecidisset.*" Sic Suicer. in thesaur. eccles. s. h. v. Quid illud *ἐτάσας* sibi velit, nescio, cum locum Chrysostomi non accuratius definiat. Sed de toto loco paululum addubito; deberet esse *δεκαπλῆγι μάστιγι*, si adjective vox haec posita esset. [cf. vero *ἄπληγος* in lex. Schn.] Sed totus locus memoriter tantum citatus videtur, atque verba forsan paululum aliter disposita in eo legentur. Nam *ἡ δεκάπληγος* verbum est ultimae Graecitatis, quo declarantur decem plagae, Aegyptiis inflictae. Nam ut *ὁ δεκάλογος* valet *τοὺς δέκα λόγους*, sic *ἡ δεκάπληγος*, *τὰς δέκα πληγάς*. Praeter locos Clementis, quos affert Dufresne in gloss. pag. 279. vide Cedrenum in compend. histor. pag. 39.

διττάκι. Quint. Smyrn. 2, 56.

διχηλής lexicis addendum videri possit ex Arist. hist. LXX interpr. pag. 18. Hod. *πάντα γὰρ, ὅσα διχηλῆ καὶ μηρυκισμὸν ἀνάγει, σαφῶς τοῖς νοοῦσιν ἐκτίθεται τὰ τῆς μνήμης· ἡ γὰρ ἀναμηρύκησις οὐθὲν ἕτερον ἀλλὰ τῆς ζωῆς καὶ συστάσεως ἐπίμνησις*

κ. τ. λ. Sed legendum est *διχηλεῖ.* Verum *ἀναμηρύκησις* hinc lexicis accedat.

δυοκαιεικοσίπηχυς. Etymolog. magn. s. v. *θυρεπανοίκτης.*

δωδεκαετός noli recipere ex Chrysostom. homil. in psalm. 6. pag. 27. Cotel. *οὕτως οὖν καὶ ὁ Δανιὴλ δωδεκαετὸν ἦν παιδίον.* Adjectivum enim hoc analogia Graecae linguae respuit. lege *δώδεκα ἐτῶν.*

δωδεκάφυλον Schneidero addubitatur. Sed adjectivum *δωδεκάφυλος* habet Sibylla 3. v. 249.

λαὸς ὁ δωδεκάφυλος ἐν ἡγεμόσιν θεοπέμπτοις.

εἰκοσαπλασίων. cf. antea p. 236.

εἰκοσάπηχυς. Lucian. Philops. c. 22. T. 2. pag. 316. Schm.

ἑκατοντάρουρος. Arist. de LXX interprett. pag. 14. Hod. 270. v. Dal.

ἑνδεκάμηνος. Hippocrat. de Septim. lib. spur. T. 1. pag. 165. Lind. et etiam libr. de septim., qui genuinus judicatur, pag. 169. L. et libr. de octim. pag. 178.

ἐνδίπλωμα. Galen. de potestat. simplic. lib. 2. Tom. 2. pag. 12, lin. 42. Ald.

ἐνδίπλωσις. ibid. lin. 44.

ἑνιαῖος. Plethon. schol. in oracul. magic. pag. 88. Psell. schol. in oracul. chald. pag. 104. Adverbium *ἑνιαίως* habet idem pag. 102. Alia exempla attulit jam Lobeckius in progr. de adjectivis Graecorum ponderalib. et mensuralib. pag. 4.

ἑνοειδῶς. cf. supra pag. 233.

ἑπτακιφώνης. Vox haec contra linguae Graecae leges formata occurrit in Euseb. praeparat. evangel. pag. 202. C.

καὶ σφόδρα καὶ καθ' ἕκαστον ἀεὶ θεὸν ἑπτακιφώνην. Bene margo *ἑπτάκι φωνεῖν.*

ἡμιπήχιον apud Arist. de LXX interpr. pag. 10. Hod. transire debet in *ἡμιπηχυιαῖον*, cf. Lobeck. l. c. pag. 9.

ἡμίστομος. Tim. lexic. Platon. pag. 18.

τὸ ἡμίσεον saepissime apud Archimedem occurrit pro *τὸ ἥμισυ.* p. 72, lin. 37. 49. 50. p. 73, lin. 1. pag. 74, l. 22. 23. 40. p. 75, l. 23. 25. 27. 29. 31. p. 79, l. 44. 47. 51. pag. 80, l. 1. p. 81, l. 3. 5. 9. 11. Apud eundem Archimedem cum saepius *τοῦ ἡμίσους* occurrat, pag. 63, l. 2. 39. p. 74, l. 43. p. 75, l. 33. 47. p. 118, l. 45. 48. p. 137, l. 1. dubitatio incidit, num hoc ab *ἥμισυ* tanquam vitiatum an a *τὸ ἥμισος* deri-

vandum sit, de quibus substantivis dixit Lobeck. in dissert. de compositione adjectivorum Graecorum. Quod ibidem quoque legitur *τοῦ ἡμίσεως*, pag. 63, l. 15. p. 64, l. 10. p. 75, l. 31., ut apud Hippocr. de octim. part. T. 1. p. 178. librariis imputandum est.

μονοείδεια. Sic haec vox restituenda est Sexto Empir. adv. gramm. 1, 117. *ἐπεὶ οὖν ὁ τοῦ αι καὶ ει φθόγγος* (sic quoque cod. Regiom.) *ἁπλοῦς ἐστι, καὶ μονοειδής, ἔσται καὶ ταῦτα στοιχεῖα. τεκμήριον δὲ τῆς ἁπλότητος καὶ μονοειδείας τὸ λεχθησόμενον,* ubi male nunc ubique vulgatur *μονοειδέας.*

μονομερής ne sit dubium. cf. Sext. Empir. adv. logic. 1, 2., ubi *μονομερής, διμερής,* et *τριμερής* occurrit.

μυριόεις Sibyll. 1. pag. 144. de hac forma alibi dicemus.

μυριόνους. Naucrat. apud Caveum in hist. lit. pag. 438. inter laudes Theodori Studitae refert, quod fuerit *ὁ μεγαλοφωνότατος τῆς ἀληθείας κῆρυξ. ὁ ἀένναος τῆς διδασκαλίας βρυτήρ* (etiam hoc vocabulum lexicis deest) *ὁ μυριόνους τῇ θευσκόπῳ κυβερνήσει* etc. Sed totum illud opusculum ita ineptum est, ut persuasum mihi habeam, scripsisse istum *ὁ μυριόναυς*, ad quam conjecturam delati sumus propter *κυβερνήσει*, *qui gubernatoris instar innumeras naves fidelium rexerat.* Ut enim quisque recentissimus est inter Graecos scriptores, ita maxime verba sesquipedalia et poëtica suis immiscet ineptiis.

μυριοπλασίων cf. supra p. 236.

ὁποσάμηνος Hippocrat. epidem. l. 4. T. 1. p. 743. Lind.

ὁποσάπους a suspicione Schneideri tuetur Lucian. somn. s. gall. c. 9. T. 2. p. 154. Schm.

ὁσαπλασίων. cf. supra p. 236.

πεντακέλευθος. Pausan. Arcad. c. 9, 2. p. 374. Fac.

πεντεκαιδεκατημόριον. Hippocr. de partu octim. T. 1. p. 178.

πεντεκαιτεσσαρακονθήμερος. id. de nat. hum. T. 1. p. 278. Lind. ubi in omnibus perverse scriptum est *πέντε καὶ τεσσαρακονθήμεροι.*

πρωτόκρονος. Man. Phil. 5, 308. p. 166. loco corrupto.

πρωτοφόρημα cur dubium sit, non video. cf. Long. Pastor. 3, 8.

τεσσαρακαιδεκατίτης. patres Laodiceni in Canon. 7. apud V. Dale de Aristea pag. 410.

τεσσαρακονταῖος e lexicis in posterum exsulabit. Haec enim numeralia in αιος semper ab ordinalibus descendunt, *δευτεραῖος,*

τριταῖος κ. τ. λ. atque *τεσσαρακοσταῖος* suo loco jam in lexico comparet. Exemplum, si tanti est, praebet Hippocr. epidem. 6. p. 814. Lind.

τετραδίτης. patres Constantinopolitani in Canon. 7. apud. V. D. l. c. pag. 411.

τετράκοστος falsa lectio est cf. *τετρώκοστος.*

τετράοδος Pausan. l. c. s. v. *πεντακέλευθος.*

τετρασώματος Syncell. chronogr. p. 28.

τετρωκοστομόριον. Archimed. pag. 123. lin. 48. Restituenda eadem vox ibid. pag. 124, lin. 45. ubi male dilaceratur in *τέτρωκον τὸ μόριον.* Derivatur vero hoc verbum a Dorico ordinali.

τετρώκοστος. apud Archimed. pag. 126, l. 10. Doricum *τετρώκοντα* e tabulis Heracleensibus affert Schneiderus in lexico. Alibi apud Archimedem legitur *τετράκοστος*, ut ead. pag. lin. 21. 23. etc. Sed ubique *τετρώκοστος* rescribendum videtur. [Ceterum in libro hoc Psammite antiqua et crassa manus exemplari bibliothecae Regiae Regiomontanae multas vulgatae lectionis correctiones adscripsit, non ubique facile legendas.]

τριάδελφαι vocantur Parcae in carm. Sibyll. 5, pag. 592.

τριακονταπλάσιος. Archimed. pag. 121. lin. 9.

τριηκοστομόριον. Hippocrat. T. 1. pag. 178.

τριημερίζω. Cod. pseudep. *V. T.* pag. 702.

τριηραύλης. ex Polluce et Philodemo affertur. Sed habet vocem jam Demosth. de coron. c. 40. pag. 308. Harl.

τριμέρεια. jam ante Eustathium dicta est a Salustio de diis et mundo c. 11. p. 264. Gale.

τριςάριθμος. Lucian. Alexand. c. 11.

τριςαύγουστος. Theophan. edit. ab Alemanno ad Procop. pag. 63. et saepius.

τριςμακάριστος. ex solo Hesychio affertur. add. Sibyll. 8. pag. 717.

τριςμυριοπλασίων cf. supra p. 236.

χιλιάγωνος. Archimed. pag. 123. lin. 19.

χιλιοετηρίς Georg. Cedren. pag. 3. pro quo corrupte *χιλιονταετηρίς* legitur apud Chrysostom. in psalm. pag. 1.

4. ADDIDAMENTA AD SCHNEIDERI LEXICON GRAECUM.

A.

'Αγαλλητός.) Hesych. T. 1. p. 29. ἀγαλλητόν· ἐφ' ᾧ ἄν τις ἀγασθείη. Transtulit hinc Stephanus in Thesaurum T. 4. p. 243. B. Sed dubia mihi forma vocis videtur, cum ab ἀγαλλάω s. ἀγαλλέω, quod non occurrit, derivanda foret. Neque tamen ad hanc formam offendit Ruhnkenius, qui, quod alio loco in Hesychio p. 422. legitur, ἀπαλλητόν. θαυμαστόν· ἔξαλλον πολύ· παρηλλαγμένον, quodque Stephanus T. 1. p. 344. E. inter derivata ab ἄλλος posuit, sic emendat: ἀγαλλητόν· θαυμαστόν· reliqua verba intacta linquens; cf. Ruhnk. ad Tim. Lex. p. 8. Equidem praeferrem ἀπαλλακτόν· modo exemplum mihi in promptu esset, ubi ἀπηλλαγμένον eadem significatione *insoliti, mirabilis* occurrat, quo ἐξηλλαγμένον et παρηλλαγμένον gaudent.

*'Αγενεάλογος Athanas. T. 2. p. 9. D. διὰ τοῦτο λέγεται ἀπάτωρ, ἀμήτωρ καὶ ἀγενεάλογος. Sed lege ἀγενεαλόγητος ut antea ead. pag. C. διὰ τοῦτο κληθήσεται ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος. cf. Suid. s. v. Μελχισεδέκ· ἀγενεαλόγητος δὲ εἴρηται κ. τ. λ. et mox διὰ δὲ τὸ ἀγενεαλόγητον λέγεται ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ. add. Georg. Cedren. T. 1. p. 27. D. ἀπάτωρ δὲ καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος λέγεται.

'Αδρυάς i. q. ἁμαδρυάς e Nonn. Dionys. 22, 14. pag. 576, 23. adduxit jam Schmidtius et hinc nunc Schneiderus. Addo eundem p. 582, 1.

σὸν φυτὸν 'Αδρυάδεσσι χάριν καὶ κάλλος ὀπάσσει.

id. p. 622, 2. 626, 7. 628, 5. ubi tamen ab Hamadryadibus secernuntur. Paul. Silentiar. in Anthol. Gr. Jacobs. T. 2. p. 233.

ἐνθάδ' ἐριδμαίνουσι, τίνος πλέον ἔπλετο χῶρος,
νύμφαι Νηϊάδες, Νηρεῖς, 'Αδρυάδες.

Atque reddenda haec vox Propertio quoque, 1, 20, 12.

Non minor Ausoniis est amor *Adryasin*,

ubi codices plerique, etiam Helmstadiensis, cujus collatio penes me est, *adriacis*, nonnulli adscripta explicatione *amadriacis*, unde *ah Dryasin*, *et Dryasin*, *in Dryasin*, certatim editores emendarunt

---

*) Quibus vocibus asteriscus praefixus est, eae corruptae videntur.

et in textum intulerunt; Lachmannus vero noster *Hydriasin.* Sed correctio nostra confirmatur v. 30.

ah dolor ibat Hylas, ibat *Hamadryasin*,

et v. 45.

cujus ut accensae *Dryades* candore puellae,

ut pateat, Adryadas, Cryadas, Hamadryadas sine discrimine Propertium posuisse. cf. Unger. Paradox. Theb. p. 440.

Ἀκήπευτος Galen. de compos. medicam. secund. loc. lib. 2. T. 2. p. 173, 9. Bas. *χρήσαιτο δ' ἂν τις ἐν τοιούτῳ χωρίῳ καὶ σέρεως χυλῷ καὶ θριδακίνης τῆς ἀκηπεύτου τε καὶ ἀγρίας, ἣν ἰδίως ὀνομάζουσι θριδακίνην· τὴν γὰρ κηπευομένην ὀνομάζουσι θρίδακα.* Ex hoc loco simul patet, quam indiligenter recentiores lexicographi usi sint indice Stephaniano. Nam differentiam inter *θρίδακα* et *θριδακίνην* nullam hi memorant, quamvis Stephanus T. 4. p. 1058. A. ex hoc ipso Galeni loco eam commemoraverat, qui tamen, quod mirum est, vocem *ἀκήπευτος* inde in thesaurum suum transferre neglexit. Praeterea lexica nostra s. v. *σέρις* declinationis hujus vocabuli nullam mentionem faciunt. Stephanus vero T. 4. p. 2. p. 28. E. et genitivi *σέρεως* et accusativi *σέριδα* meminit, unde inter heteroclita referendum est.

Ἀκοντίζω. Hinc *ἠκοντισμένος* Theod. Prod. p. 66. et 274. Cantic. Salom. LXX interpr. 2, 14. *καὶ ἀκούτισόν με τὴν φωνήν σου* Psalm. 50, 10. *ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην* Schol. Gregor. Naz. inedit. ap. Ruhnk. ad Tim. p. 258. *Γρηγόριον καὶ τὰ Γρηγορίου ἐνοπτρίζεσθαί τε καὶ ἀκουτίζεσθαι.* Plura dabit Stephan. Thes. T. 1. p. 294. B. Mirabar itaque, unde Schneiderus in lexico, hac forma omissa, aliam *ἀκουστίζω* intulisset. Sic enim ille: „*ἀκουστίζω* bei den 70 *hören lassen, unterrichten. τὴν περὶ τῶν ὄντων γνῶσιν ἠκουστίσθησαν* bei Suidas in *δόγμα.*" Sed in Suidae quoque exemplaribus legitur *ἠκουτίσθησαν* non *ἠκουστίσθησαν.* Itaque aut errore calami, quem facile condonandum dixeris, *ἀκουστίζω* in Schneideri lexicon irrepsit, aut analogiam secutus vir doctissimus *ἀκουτίζω* corruptum credidit et ubique *ἀκουστίζω* rescribendum. Atque habet hoc quandam speciem, sed quae non eo valeat, ut vulgatam scripturam abjiciendam suadeat, altera illata, quam nullisdum exemplis confirmare licuit*). Verba enim in *ιζω* a nominibus deri-

*) Nam nihil praesidii est in Naucratii epistola apud Caveum hist. liter.

vantur *), ἀληθίζω, ἐνοπτρίζω, σφετερίζω, ξυρίζω, πρηνίζω etc. Ubi itaque τ praecedit terminationi ιζω, id jam in nomine affuerit, necesse est; hinc ἀκρατίζω, φορτίζω, ἀκοντίζω, σκωλοβατίζω, κερατίζω, μαστίζω, συνετίζω, etc. quo pertinent etiam ἀποστοματίζω, σχηματίζω, et reliqua a nominibus in μα profecta. Huic analogiae conveniens foret scriptura ἀκουστίζω ab ἀκουστής; nam aliud nomen ab ἀκούω derivatum non exstat. Verum saepius jam observatum est, Graecos, ut fuerunt vivacioris ingenii, falsa nonnunquam analogia se abripi passos esse. Quod cum aliis exemplis permultis demonstrari possit, nunc in una ea quaestione morabimur, quae nos exercet. Ab αἱρέτης recte quidem proficiscitur αἱρετίζω (Hippocr. epist. ad Damaget. T. 2. p. 920. Lind. ἄνθρωποι πολεμοῦσιν ἔμφυλον, ἠρεμίην οὐχ αἱρετίζοντες. Genes. 30, 20. LXX. ἐν τῷ νῦν καιρῷ αἱρετιεῖ με ὁ ἀνήρ μου. Psalter. Salomon. 9, 17. in Fabric. cod. Pseudepigr. V. T. pag. 946. ὅτι σὺ ᾑρέτισας τὸ σπέρμα Ἀβραάμ). Sed cum idem αἱρετίζω ab αἱρέω derivatum videri possit, hinc factum est, ut seriores (nam antiquioribus haec vox prorsus incognita fuisse videtur) ab ἀκούω deducerent ἀκουτίζω. Non dissimile est, quod, cum βάπτης ex se gignat βαπτίζω, tamen reperti sunt, qui, quasi a βάπτω derivatum esset, τυπτίζω pro τύπτω dicerent. Testam. Jos. c. 2. p. 700. ἐφυλακίσθην, ἐτυπτίσθην, ἐμυκτηρίσθην. ubi tria haec verba deinceps sic posita satis se tuentur contra doctiorem librarium, qui ἐτύφθην posuit, omisso ἐμυκτηρίσθην.

Ἀκραιφνός. Man. Phil. 5, 325. p. 168.

τηρεῖς δέ μου τὸ κάλλος ἀκραιφνὸν θέλων,

quod in ἀκραιφνές mutare in alio scriptore forsan necessarium in his serioribus, qui labente jam cum imperio ipsa lingua scripserunt, non facile largior. Ejusmodi heteroclita lexicis nondum animadversa plura reperies. Lexicis a nobis inter alia addentur: πολυφθορής, οὐρανόφοιτος, μεγαλοσθένης, δωδεκαετός, ἐρίθηλος, οὐασικοίτης, ὀρεσικοίτης, λιθουργής, φιλορχηστής, φρενόβλαβος. Sed διχηλής pro δίχηλος falsa lectione nititur, ap. Arist. hist. LXX interpr. p. 18. Hod. p. 280. v. Dal. et χάμερ-

pag. 438. τὸ καὶ παρ' ἑτέρων προακουστισθέν. Nam excerpta, quae Caveus collectioni suae inseruit, ita vitiose exarata sunt, ut, ubi de literis et apicibus agitur, nulla eorum sit auctoritas.

*) τερετίζω. quod a nullo neque nomine neque alio vocabulo derivari potest, cum sit onomatopoëticum, huic regulae non subjacet.

πος pro χαμερπής ex Man. Phil. 5, 258. p. 160. soli accentui adscribendum censeo, cum χαμέρπων κανθάρων scribatur pro χαμερπῶν, nisi χαμέρπων excusare velis verbis Wolfii ad Dem. de Coron. c. 70. p. 476. Harl.: „τριήρεων] προπαροξυτόνως κατ' Ἀττικισμόν. Hinc et contractum genitivum saepe invenias παροξυτόνως scribi τριήρων: cum lingua communis postulet περισπωμένως τριηρῶν a τριηρέων, ob acuti et gravis concursum.“ Cf. quoque Wagnerus de accent. p. 157. Atque in horum heteroclitorum aliis terminationem in ης frequentiorem esse, in aliis vero ος, jam ab aliis observatum est. Sic in compositis cum αὐχέω usitatius est ης, ut δυςαυχής, μεγαλαυχής, κενεαυχής. Neque tamen terminatione ος abstinuerunt, μεγάλαυχος Paus. Lacon. c. 8. Polem. Physiogn. 1, 15. p. 259. In adjectivis, quae ab ἔργον proficiscuntur, frequentius esse ος quam ης Ruhnkenius jam observavit ad Tim. p. 185. Sic ἀλουργές Aristaen. 1, 4. 1, 49. κακοεργέες Sibyll. 2. v. 162. In compositis cum ζεύγνυμι plerumque regnat tertia quaedam terminatio in ξ, ut ἄζυξ, σύζυξ et ὁμόζυξ. Reliquarum duarum terminationum frequentior est ος, σύζυγος Testam. Ruben. c. 4. p. 526. ὁμοζύγου Schol. cod. reg. ad Clem. Alexandr. p. 106. Pott. ἄζυγος Schol. Soph. Ajac. v. 442. Erf., ubi Brunckius sine causa ἄζυξ posuit. Sed ἀζυγεῖς Clem. Alex. p. 106.

*Ἀκρονύχων Quint. Smyrn. 8, 157. cf. notata ad illum locum.

Ἀκτινόεις Sibyll. 8. v. 191.

πολλὰ μὲν ἑξῆς ἄστρα καὶ ἀκτινόεντα κομήτην,

ubi secundam syllabam correptam non miror apud scriptorem, qui quam legem in adjectivis in εις formandis secuti sint Graeci, non intellexisse videtur. Omnia enim haec adjectiva praeter χαρίεις, quod unicum hujus formae est, et pauca in ωεις ut κητώεις, εὐρώεις, aut in ηεις aut in οεις terminantur. Sed cum haec adjectiva ad usum solorum fere poëtarum inventa videantur, prima atque primaria lex haec constituenda est, ut, ubi ante terminationem longa syllaba praecedat, ηεις invaluerit; ubi vero brevis, plerumque οεις. Ita enim antiquissimus sermo poëticus, epicus, sibi providit. Hinc quoque factum est, ut, ubi una tantum syllaba brevis praecedat, in nonnullis saltem vocabulis utraque terminatio in usu fuerit, ut in θυόεις et θυήεις, cum utrumque metrum heroicum ferre possit; ubi vero

duae syllabae correptae praecedant, semper $\overline{οεις}$ inveniatur. Sic itaque distinguuntur *πωτήεις*, *ῥωπήεις*, *φοινήεις*, *ἠχήεις*, *ὑψήεις*, *οἰστρήεις*, *τιμήεις*, *τολμήεις*, *κνισσήεις*, *αἰγλήεις*, *φωνήεις*, *πετρήεις*, *τεχνήεις*, *ἀλκήεις*, *αἰπήεις*, *κυδήεις*, *ὀρφνήεις*, *μελισσήεις*, *βησσήεις* atque *ζοφόεις*, *φαρμακόεις*, *σκοτόεις*, *πυρόεις*, *σκιόεις*, *ἀλγινόεις*, *αἰθαλόεις*, *ἱμερόεις*, *δροσόεις*, *γονόεις*, *μυριόεις*, *νηπιόεις*, *δολόεις*, *μυελόεις*, *ὀφρυόεις*, *ἀμπελόεις*, *μιχθαλόεις*, *ἐρόεις*, (e quibus multa nos nunc demum lexicis adjiciemus). Atque sic intelligitur, quo jure Passovius p. 44. *ἀβροχαιτόεις* non Graecum dixerit, sed *ἀβροχαιτήεις* apud Simonid. de mulier. 57. rescribendum esse. Praeter primam hanc atque primariam legem, quam diximus, ea Graecae linguae in formandis vocibus fuit facilitas, ut etiam hic plerumque aliam quandam analogiam sequerentur; eam dico, qua plerumque adjectiva in $\overline{οεις}$ a nominibus secundae atque tertiae declinationis derivarunt, adjectiva in $\overline{ηεις}$ vero a nominibus primae declinationis, atque iis, quae genitivum in $\overline{εος}$ sive $\overline{εως}$ exeuntem habent. Exempla e praecedentibus quivis colligere potest. Neque tamen huic secundae regulae ita adhaeserunt, ut eam non, ubi primae adversaretur, relinquendam crederent. Hinc *ἠχήεις*, *αἰπήεις*, *σκιόεις*, alia. Sed quae non a nominibus descendunt, ea vocabula utique primae tantum regulae subjacent.

Ἀλληλοπενθής Nicet. Eugen. 4, 69. Theod. Prodr. p. 246.

Ἁλματίας Adamant. Physiogn. 2, 39. p. 440 in descriptione androgyni: *κινεῖται πάντα τὰ μέλη καὶ ἐπιθρώσκει· ἁλματίας ἐστὶ, γονύκροτος κ. τ. λ.* cf. Polem. Physiogn. 2, 9. p. 290. *κινεῖται πάντα τὰ μέλη ἅλματι· γονάτων κρότος καὶ χειρῶν φαίνεται κ. τ. λ.* Neque tamen quicquam mutandum apud Adamantium; *ἁλματίας* enim jam per se bonae notae est; tum vero accedit, quod et recentissimus quisque maxime his nominibus in $\overline{ιας}$ usus est, et vero praecipue Adamantius. Frequentissime occurrunt voces hujusmodi in $\overline{ματιας}$ a substantivis in $\overline{μα}$ profectae: *ἀσθματίας* Adamant. 2, 27. p. 428. *πνευματίας* Hippocr. T. 2. p. 274. Lind. *φλεγματίας* id. ibid. p. 281. adde *φρονηματίας* aliaque. Praeterea etiam ab aliis tertiae declinationis radicibus propullulant, ut *ὀκλαδίας*, *σταγονίας* etc.; a primae quoque et secundae declinationis vocabulis, ut *σχιζίας*, *τροπίας*, praesertim in compositis, *γλωσσαλγίας*, *ὑπερλοφίας*, *παντολμίας*. Tum quoque a nominibus in $\overline{της}$ primae declinationis, ut *βρυχητίας*, *τολμητίας*

(quod ex Agathia citat Schneiderus, habet quoque Adamant. 1, 4. p. 332.). Tota haec vocabulorum classis praeter quaedam, ut *τροπίας*, recentioribus tantum in usu fuisse videtur, ut jam supra significavimus.

***'*Ανακοή*. Vox haec legitur apud Phurnutum de N. D. c. 32. p. 227.; sed loco corrupto et mutilo, quem tamen pleniorem exhibet MS. Galei in nota citatus, in quo simul *ἀνακοάς* in *ἀκοάς* mutatur.

'*Ανακολπόω*. Etymolog. magn. *Ζειραί, χιτῶνες ἀνακεκολπωμένοι ἢ ἀνάκωλοι· Ξενοφῶν κ. τ. λ.* Suid. *Ζειραί, χιτῶνες ἀνακεκολαμμένοι ἢ ἀνάκωλοι.* Tim. Ruhnk. p. 129. *ζειραί, χιτῶνες ἀνακεκολαμμένοι.* Zonar. p. 954. *ἢ ζειρὰς τὰς χλαμύδας λέγουσί τινες, ἢ χιτῶνας ἀνακεκωλαμένους ἢ ἀνακώλους.* cf. Ruhnken. ad Tim. l. l., qui etymologici lectionem praeferens addit „*ἀνακεκολπωμένος χιτών* est *tunica in sinum replicata.*“ — '*Ανακολάπτω*, quod per se non damnandum, huc quidem prorsus non pertinet; *ἀνακολπόω* vero lexicis deest; *ἀνακολπίζω* affert Schneiderus ex Asistophan. (Thesmophor. 1180. Invern.) Sed in tota hac de vestimentis veterum disputatione cum multa ubique dubia oriri soleant, hac quoque in re nondum omnia ad liquidum perducta esse patet vel ex ipsius Schneideri lexico. Vidimus enim *ζειράν* explicari a grammaticis vestem *ἀνάκωλον*. Jam qui conveniant inter se harum vocum explicationes in Schneideri lexico, nemo facile assequatur. „*ἀνάκωλος*, *abgekürzt*, *sehr kurz*, als *χιτωνίσκος* Plut. 7. p. 64. (T. 2. p. 261. F. Xyl.) *κάμηλος* Diodor. 2, 54.“ Et tum suo loco „*ζειρά*, eine Art von weitem Ueberkleide, welches nach Xenoph. Anab. 7, 4, 4. die Thracier bis auf die Füsse herabtrugen, und nach Herodot. 7, 69 und 75. die Araber. — Andere nehmen es für anliegende Hosen. Böttiger. Vasengem. 1, 3, 185.“ Haec inter se non convenire, facile patet, cum eadem vestis non simul ad pedes pertingere et brevissima esse possit. Obiter moneo, alterum Herodoti locum 7, 75. non de Arabibus agere, sed de iisdem Thracibus, de quibus Xenophontis locus est, ita ut aperte Xenophon Herodotum respiciat. Boettigerum vero errasse, cum *ζειράς* braccas esse contenderet, facile demonstrari potest. Ipse Xenophontis locus, quem maxime suae sententiae favere contendit, prorsus ei contrarius est; nam braccas sine dubio semper portarunt Thraces: *ζειράς* vero tantum frigoris arcendi causa

ἐπὶ τῶν ἵππων; praeterea omisit Boettigerus verba postrema Xenophontis: ἀλλ' οὐ χλαμύδας; opponuntur itaque ζειραί et χλαμύδες, unde luce clarius patet, ζειράς esse longioris sagi vel pallii genus, quam χλαμύδας. Conficitur res altero Herodoti loco, quem conferre Boettigerus neglexit: Θρήϊκες δὲ ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι ἀλωπεκέας ἔχοντες ἐστρατεύοντο, περὶ δὲ τὸ σῶμα κιθῶνας· ἐπὶ δὲ (super tunicas vero) ζειρὰς περιβεβλημένοι ποικίλας· περὶ δὲ τοὺς πόδας τε καὶ τὰς κνήμας πέδιλα νεβρῶν. Vides ζειράς tunicis superinjectas corpus circumdare, vides praeter ζειράς sua pedibus et tibiis involucra sive tegumenta. In altero vero Herodoti loco: Ἀράβιοι δὲ ζειρὰς ὑπεζωσμένοι ἦσαν argutatur vir doctissimus „Auch Herodot 7, 69. braucht das Wort ὑποζώννυσθαι von diesem Kleidungsstück, was auf ein Mäntelchen gar nicht passt.“ Non de parvo sagulo sed de amplo sago agitur, quod, ut expeditiores essent, succinctum ferebant. Sic Phurnut. de N. D. c. 30. p. 217. τὰς δὲ παρδάλεις ὑποζωννύασι τῷ Διονυσίῳ*). — Ex omnibus vero, quae diximus, patet, aut eos grammaticos, qui ζειρὰν χιτῶνα ἀνάκωλον interpretantur, errasse, aut ἀνάκωλον non id significare, quod credunt. Atqui in Plutarchi loco nihil est, quod de brevissima tunica nos cogitare jubeat; verba sunt haec: ἐκ δὲ τούτου γενόμενος ἦν μὲν ἐν ταῖς περὶ γυναῖκας καὶ παῖδας ἐλευθέρους ἀδικίαις αὐτὸς ἑαυτοῦ μοχθηρότατος· ἱστόρηται γὰρ, ὅτι τοὺς μὲν ἄῤῥενας παῖδας ἤσκει κομᾶν καὶ χρυσοφορεῖν, τὰς δὲ θηλείας ἠνάγκαζε περιτρόχαλα κείρεσθαι καὶ φορεῖν ἐφηβικὰς χλαμύδας καὶ τῶν ἀνακώλων χιτωνίσκων. Hoc in loco vox χιτωνίσκος causa fuisse videtur, ut obscurum vocabulum ἀνάκωλος de brevi tunica interpretarentur. Verum χιτωνίσκος in toto hoc Plutarchi opusculo ipse χιτών est, nulla minoris χιτῶνος significatione admixta. Series orationis nihil aliud postulat, quam ut puellae virilia vestimenta, cujusmodi χλαμύς est, induisse intelligantur. Jam cum, ut supra vidimus, ζειρὰ χλαμύδος loco fuerit, forsan praestabit apud Plutarchum omisso καί legere ἐφηβικὰς χλαμύδας τῶν ἀνακώλων χιτωνίσκων. Restat itaque vox ἀνακεκολπωμένος, quam non statim me intellexisse fateor, non magis, quam Ruhnkenii tunicam in sinum replicatam, quamvis et Tittmannus ad Zonarae l. l. et Schweighäuserus ad Herodoti l. l., Ruhnkenii et lectioni et explicationi

---

*) Male editur ὑποζευγνύασι.

calculum suum adjicientes, nullam in hac voce difficultatem sensisse videntur. Atqui, si sana est haec vox, non potest diversa esse ab ἀνακολπίζω, quod ex Aristophane Schneiderum adduxisse vidimus. Sed et ipsa haec vox sola conjectura nititur. Nam omnia et edita et scripta Aristophanis exemplaria l. c. legunt

πρῶτον μὲν οὖν δίελθε κἀνακόλπασον,

quod cur in ἀνακόλπισον mutandum sit e Biseti sententia non sane perspicio. Verba enim in αζω a nominibus secundae declinationis non pauca profecta sunt — ἐνεάζω, ἑξητριάζω, τοπάζω, ἀφηνιάζω, νεάζω et alia quam plurima. Ut igitur ad ἀνακολπάζειν redeamus, videamus an Schneideri explicatio *aufschürzen* se tueri possit. Contextus quidem orationis vix aliam significationem admittit cf. v. 1183. 1184.

ἡ παῖς ἔμελλε προμελετᾶν, ὦ τοξότα·
ὀρχησομένη γὰρ ἔρχεθ' ὡς ἄνδρας τινάς.

Jam cum κολποῦν et quae inde derivantur de veste sinuata sive sinus faciente frequentius occurrant, cf. Stephan. T. 2. p. 317. Schol. ad Lucian. Cynic. c. 1. T. 2. p. 611., ἀνακολπόω sive ἀνακολπάζω de ejusmodi vestibus dictum videtur, quae, cum plerumque ad pedes pertingerent, ubi opus esset, ὑπεζωννύοντο, i. e. cingulo ita sursum adstringebantur, ut pedes expeditiores essent, pars vero ea vestis, quae supra cingulum eminebat, in multos sinus se expanderet. Hinc itaque videmus et milites, iter facturos, et puellas saltaturas tali ἀνακολπώσει (liceat hoc vocabulo uti) usos fuisse. Germanica vero vox *aufschürzen* partem tantum ejus exprimit, quod Graeco vocabulo continetur. Verum cum nobis, quantum equidem scio, vox ejusdem significationis prorsus desit, aut Schneideri explicatione contenti esse possumus, aut nova vox invenienda est, qualis forsan *aufbauschen* fuerit.

*Ἀνέμειος, Orac. Sibyll. 5. v. 45. cf. notata ad illum locum.

Ἀνεπιτηδείως, Galen. de compos. medicam. sec. loc. lib. 2. T. 2. p. 100, 30. Ald. Ex vetere lexico citat Steph. T. 1. p. 1218. G.

Ἀνετοίμως, Schol. Lucian. pseudolog. c. 4. T. 2. p. 378.

Ἀνεύλογος, Theod. Prodr. p. 186. Eust. Il. 24. p. 355, 32. (?)

*'*Ανεφοράω*, Philostorg. hist. eccles. 3, 6. Gothofr. πολλῆς δὲ τῆς τιμῆς παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξιωθεὶς πόλιν μὲν ἰδίαν ἀνεφορᾶν οὐκ ἐκληρώσατο, κοινὸν δ' ὥςπερ ἄγαλμα δι' ἀρετὴν τοῖς ὁμοδόξοις ἐβλέπετο, i. e. non, cum rediisset, iterum ephorus s. episcopus factus est Theophilus; nam eum ante iter in Indiam susceptum ephorum fuisse, patet ex cap. 4. ejusdem libri. Verum quoniam Valesius tacite ἐφορᾶν pro ἀνεφορᾶν edidit, notumque est, quot vitiis ex incuria editoris profectis editio Gothofredi scateat asterisco saltem notandam vocem duximus, ut dubiae auctoritatis.

'*Ανθρωπαρεσκέω*, Ignat. epist. 12. p. 266. οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἀνθρωπαρεσκῆσαι, ἀλλὰ θεῷ ἀρέσαι, ὥςπερ καὶ ἀρέσκετε. Proscripsit e Graecia nostram formam Lobeck. in Phrynich. spec. 1. p. 7. cum omnibus similibus derivatis, contendens ἀνθρωπαρεστέω, et similiter in reliquis, legendum esse. Videamus exempla contrarii. Tria exempla, ubi ἀνθρωπαρέσκεια et ἀνθρωπάρεσκος occurrit, reperies in Schilteri thes. eccles. s. h. v. His adde Psalter. Salom. 4, 8. in Fabric. Cod. pseud. V. T. p. 929. ἀνακαλύψας ὁ θεὸς τὰ ἔργα ἀνθρώπων ἀνθρωπαρέσκων, ibid. 10. ἀνθρωπάρεσκον νόμον, ibid. 21. σκορπίσθησαν σάρκες ἀνθρωπαρέσκων ἀπὸ θηρίων, ubi legendum est σκορπισθείησαν. (Nam injuria Buttmannus hanc tertiam personam hujus optativi e Graeca civitate ejecit, quod, cum nihil neque Fischerus neque Matthiae afferant, paucis exemplis demonstrabimus: ἀπαιρεθείησαν Herod. 1, 70. ναυπηγηθείησαν Xenoph. hist. Graec. 1, 3, 17. ἀποκλεισθείησαν id. ibid. 2, 4, 28 et anab. 4, 3, 21. φανείησαν id. hist. Gr. 6, 5, 25. ἀποτμηθείησαν id. anab. 3, 4, 29. λυθείησαν id. ibid. 35. ἐκταθείησαν Ignat. epist. 5. p. 112. λυτρωθείησαν id. epist. 6. p. 146. στρεβλωθείησαν Phot. exc. ex Ctesia p. 657. Steph. κυκλωθείησαν ibid. p. 665. αἰσχυνθείησαν Chrysost. in Psalm. p. 20. τραπείησαν, ἀποστραφείησαν, καταισχυνθείησαν, κατασπουδασθείησαν, id. in Daniel. p. 207. [ἐκπεμφθείησαν Thuc. 1, 38. σφαλείησαν id. 2, 43. πεισθείησαν id. 3, 42. συῤῥυείησαν Xenoph. hist. Gr. 2, 3, 18., ubi συῤῥύησαν editur et Portus συῤῥυῶσι voluit. ἀναλωθείησαν Xenoph. Cyrop. 2, 1, 8. ὁρισθείησαν Nicom. arithmet. p. 19. φανείησαν Aristoxen. harm. l. 2. in Museo Rhen. 3, 1. p. 95. ἀφεθείησαν Prisc. legat. p. 23.] His adde, quoniam idem in omnibus similibus terminationibus tertiae personae pluralis opta-

tivorum contendit Buttmannus, *γνοίησαν* Hippocr. T. 1. p. 35. Lind. *παραδοίησαν*, quod tres optimi codd. pro *παραδοῖεν* restituunt Xenoph. anab. 2, 1, 10. *θεωροίησαν* Arist. de LXX. interpr. p. 290. v. Dal. ut de *εἴησαν* taceam. [Nubem similium terminationum vide ap. Hesych. s. v. *κωλαβρισθείησαν* T. 2. p. 396. et in notis ibidem.] — (Sed redeat oratio, unde deflexit.) *αὐτάρεσκος* habet Ignat. epist. 11. p. 260. Contra *εὐάρεστος* Clem. Alex. cohort. ad gent. p. 62. Pott. Testam. Dan. c. 1. p. 646. *εὐαρεστέω* Genes. 5, 22. 24. 6, 9. 24, 40. etc. Arist. de LXX. interpp. p. 323. Epiphan. T. 1. p. 295. Athanas. T. 3. p. 239. Chronic. pasch. p. 49. Euseb. praepar. 9, 17. bis. Octo praeterea alia exempla hujus verbi affert Schilterus in thes. eccles. s. h. v. *κατευαρεστέω* Ignat. ep. 3. p. 56. *εὐαρέστησις* Ignat. ep. 7. p. 164. Testam. Isasch. c. 4. p. 625. Sed Lobeckio meo in hac disputatione non prorsus assentiri possum. Nam *εὐάρεστος*, *δυςάρεστος* et similia sine dubio sola vera sunt; verum *ἀνθρωπάρεσκος* non derivatur ab *ἀρέσκω*, ut sit, *qui hominibus placet*, quod per se non malum est, sed ab *ἄρεσκος*, quod semper mala significatione usurpatur, *qui nimis placere studet*, *qui adulatur;* unde Aristoteles magn. moral. lib. 2. T. 2. p. 102. C. *ἄρεσκον* et *κόλακα* jungit, *τοῦτο μὲν γὰρ καὶ κόλακος καὶ ἀρέσκου δόξειεν ἂν εἶναι.* Hinc bene Ignatius dixit, nolo vos *ἀνθρωπαρεσκῆσαι*, quod malum est, sed *θεῷ ἀρέσαι*, quod bonum est.

**Ἀνούτητος*, Quint. Smyrn. 13, 145; cf. notata ad illum locum.

**Ἀντεγκρίνω*, Legebatur in Aristaeneti epist. 2, 21. *καὶ παραλλήλους κατ' ἐμαυτὸν ἐννοούμενος ἀντεκρίνω*, ubi Mercerus correxit *ἀντεγκρίνω*, melius Abreschius *ἀντικρίνω*.

Ἀντιδέομαι, Platon. Lachet. p. 249. A. *τοῦτο οὖν σοῦ ἐγὼ ἀντιδέομαι, ὦ Λυσίμαχε, καθάπερ ἄρτι Λάχης μὴ ἀφίεσθαι σὲ ἐμοῦ διεκελεύετο, ἀλλὰ ἐρωτᾶν, καὶ νῦν ἐγὼ παρακελεύομαι σοὶ μὴ ἀφίεσθαι Λάχητος μηδὲ Νικίου, ἀλλ' ἐρωτᾶν.* Verba sunt Socratis jocantis atque ea respicientis, quae p. 248. B. Laches et Lysimachus dixerant, unde quam urbane *ἀντιδέομαι* dictum sit, intelliges.

Ἀπαράτρωτος, Audiamus Schneiderum in lex. *ἀπαράτρυτος* wahrsch. f. L. st. *ἀπαράτρωτος*, Phavorini Lex. welches *ἀπαρασάλευτος* erklärt wird, und eben so zw.“ De *ἀπαράτρυτος* hic non disseremus, cum nesciamus, ex quo fonte eam vocem

hauserit Schneiderus. Glossa vero Phavorini desumpta est ex Zonar. lex. p. 248. *ἀπαράτρωτος, ἀπαρασάλευτος*, ubi Tittmanno quoque haec vox suspecta fuit, qui *ἀπαράθραυστος* conjicit. Sed nihil mutandum est. Glossa pertinet ad Philostorg. histor. eccles. 2, 16. *Ἀντώνιον μὲν καὶ Λεόντιον ἀπαράτρωτον τὴν εὐσέβειαν διασώσασθαι λέγει.* Adverbium quoque occurrit apud eundem 3, 5. *ἐξ ἀρχῆς ἀπαρατρώτως τὸ ἑτερούσιον πρεσβευόμενοι.* Etymologia tamen, ut verum fatear, mihi nondum liquet.

Ἀπεχθημοσύνη, Philostorg. hist. eccles. 6, 4. *διὸ καὶ ὁ Κωνστάντιος ταῦτα μαθὼν δι' ὑπονοίας τε* (*ὑπουσίας* Gothofr. fortasse *ὑποψίας*) *τὸν Ἀκάκιον ἔσχεν, ὡς ἀπεχθημοσύνῃ μᾶλλον ἢ τρόπων εὐθύτητι τὴν κατηγορίαν ἐνστησάμενον.* Derivatum est hoc substantivum ab *ἀπεχθήμων*, quod adjectivum Schn. quidem habet, sed dubium esse significavit. Sed adjectivum hoc quoque Graecis in usu fuisse, et ipsum illud substantivum hinc derivatum demonstrat, et aliud praeterea adjectivum compositum *φιλαπεχθήμων*, quod Schn. ex Luciano affert, quodque mihi se obtulit in Eunomii Apologetico ap. Gal. Cave in script. eccles. hist. literar. p. 139. statim ab initio: *τὸ μὲν συκοφαντεῖν καὶ διαβάλλειν τινὰς ἐξ ἀκολάστου γλώττης καὶ γνώμης ἀγνώμονος μοχθηρῶν καὶ φιλαπεχθημόνων ἔργον εἰδότες κ. τ. λ.*

Ἀποφλεγματικός, Galen. de simpl. potest. lib. 5. T. 2. p. 30. B. 46. Ald. p. 55. 48. Bas. Sed libet locum longiorem adscribere, ut ubertatem linguae Graecae in formandis his adjectivis in ικος demonstremus: *ἐν δὲ δὴ τῷδε τῷ λόγῳ τῷ ε̄ γένος ἄλλο μοι πρόκειται δυνάμεων ἐξηγήσασθαι, δευτέρων, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ τρίτων, ἐπὶ ταῖς πρώταις τε καὶ κοιναῖς ἁπάντων. ἐπειδὴ γὰρ ἕκαστον τῶν κατὰ μέρος οὐχ ὡσαύτως ἐξ ἐκείνων κέκραται, τὸ μὲν οἶμαι χαλαστικὸν αὐτῶν ἐγένετο, τὸ δὲ συντατικὸν ἢ μαλακτικὸν ἢ σκληρυντικὸν ἢ ἀραιωτικὸν ἢ πυκνωτικόν. ἔτι δὲ ἐκ τῶν ἔργων, ἃ πέφυκε δρᾶν, ἐλέχθη δυνάμεις ἔχειν ἐν αὐτοῖς ἀραιωτικὰς καὶ πυκνωτικὰς καὶ μαλακτικάς τε καὶ σκληρυντικὰς, ἐμπλαστικάς τε καὶ ῥυπτικὰς, ἑλκτικάς τε καὶ ἀποκρουστικὰς, ἔτι τε πρὸς τούτοις χαλαστικὰς, συντακτικὰς, ἀναστομωτικὰς, συνακτικὰς, παχυντικὰς, λεπτυντικὰς, ἀνωδύντους, ὀδυνηρὰς, πεπτικὰς, ἐκπυητικὰς, διαφορητικὰς, ἱδρωτικὰς, καρωτικὰς, ναρκωτικὰς, ὑπνωτικὰς, ἐκστατικὰς, σηπτικὰς, καυστικὰς, διαβρωτικὰς, ἐσχαρωτικὰς, χυτικὰς, πιλη-*

τικὰς (male πιλιτικὰς in ambabus edd. excusum est) κακοχύμους, ἐπικεραστικὰς, καθαρτικὰς, σταλτικὰς, τραχυνούσας, λειαινούσας, ἐκφρακτικὰς καὶ ἐμφρακτικὰς, καὶ πῤῥωτέρω προϊόντων ἔτι καὶ οἷον κατὰ μέρος ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἔργων ὀνομαζόντων, οὐρητικὰς, ἐμετικὰς, ὑπακτικὰς, λαπακτικὰς, ἐῤῥίνους, ἀποφλεγματικὰς, ἐμμήνων ἀγωγοὺς ἢ ἐπισχετικάς· ὡςαύτως δὲ καὶ γάλακτος καὶ σπέρματος ἤτοι γεννητικὰς ἢ σβεστικὰς ἢ προκλητικὰς ἢ ἐπισχετικάς. ἔτι δὲ μᾶλλον ὅταν ἡπατικάς τινας ἢ σπληνικὰς ἢ ὠτικὰς ἢ ὀφθαλμικὰς ἢ ὀδοντικὰς ἢ ἰσχιαδικὰς ἢ νεφριτικὰς ἢ ποδαγρικὰς ἢ ἀρθριτικὰς ἢ πλευριτικὰς ἢ βηχικὰς ἢ λίθων θρυπτικὰς ὀνομάζωσι δυνάμεις, ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος ἀφικνοῦνται. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον εἴρηται καὶ σαρκωτική τις ἕλκους εἶναι δύναμις καὶ ἐπουλωτικὴ καὶ κολλητικὴ, καθαρτική τε καὶ καθαιρετικὴ, καὶ σχεδὸν οὐδ' ἀριθμεῖσθαι δυνατὸν ἁπάσας τὰς κατὰ μέρος δυνάμεις. Plura ex his adjectivis in lexicis etiamnum desiderantur.

*Ἀπρόςφιλος Heliod. 5, 7. p. 183. cf. notata ad hunc locum.

Ἀρχαγγελικός. Psell. Exposit. dogmat. Chaldaic. p. 110. φασὶ δὲ καὶ ἀρχικὸν ἥλιον ἀπὸ τῆς ὑλικῆς πηγῆς, καὶ ἀρχαγγελικόν.

Ἀρχιτεκταίνω. Maxim. Planudes in interpr. Graec. lib. 3. c. 19. librorum ad Herennium p. 9.*) ἡ γὰρ διάνοια παντοίαν δή τινα χώραν δύναται περιπλέκειν καὶ ἐν ἐκείνῃ θέσιν ἑκάστου τόπου κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν κτίζειν καὶ ἀρχιτεκταίνειν. In Latino est *fabricari et architectari.* Non damno ἀρχιτεκταίνω. Etenim non a τεκταίνω propagatum est; quod si esset, Lobeckii mei censuram effugere non posset (in Phryn. 1. p. 3. sq.). Sed derivatur ab ἀρχιτέκτων; ut enim ab ἄφρων proficiscuntur ἀφρονέω et ἀφραίνω, sic ab ἀρχιτέκτων, ἀρχιτεκτονέω et ἀρχιτεκταίνω.

Ἄσινος Hippocr. T. 1. p. 589. Lind. cf. notata ad h. l.

Αὐτόζωος Eust. Il. 3. p. 331, 32. Psell. expos. dog-

*) Edidit hanc interpretationem Matthaei jam anno 1810 Mosquae ex codice bibliothecae Augustanae. Eandem nunc quoque Majum sed sine Planudis nomine, edidisse ut nondum vulgatam, ex ephemeridibus literariis edocti sumus. Librum enim ipsum nondum vidimus.

mat. Chald. p. 110. ἔχει δὲ καὶ αὐτόγονον οὐσίαν καὶ *αὐτόζωον*. Eadem significatione αὐτόζως affert Budaeus ex Dionys. Areopag. ap. Stephan. T. 1. p. 1387, B.

B.

Βαΐουλος, Latinorum *bajulus*. Schol. Soph. Ajac. 544. p. 295. ἀφ᾽ ὧν παιδαγωγὸς, καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος *βαΐουλος*.

Βάπτης.*) Platonius περὶ διαφορᾶς κωμῳδιῶν pag. XXXIII. Invern. ἴσμεν γοῦν τὸν Εὔπολιν, ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς βάπτας, ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλασσαν ὑπ᾽ ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τὸ δρᾶμα. Juvenal. satir. 2, 92.

Talia secreta coluerunt orgia taeda
Cecropiam soliti baptae lassare Cotytto.

Feminino genere extulit Lucian. adv. indoct. c. 27. T. 2. pag. 359. τὸν δὲ Ἀριστοφάνην καὶ τὸν Εὔπολιν ὑποδέδυκας; ἀνέγνως καὶ τὰς βάπτας, τὸ δρᾶμα ὅλον; Sed dudum viri docti emendarunt τοὺς βάπτας, quod sine dubio restituendum Luciano; nam ἡ βάπτη ne Graecum quidem. Id certissimum est, fuisse comoediam Eupolideam, quae inscribebatur masculino genere βάπται. Sed hic oritur quaestio altera subdifficilis, quinam proprie sint βάπται. Jam suspicari quis possit, vocem hanc ab Eupolide fictam esse quacunque de causa, quam, cum fabulam ipsam non habeamus, nunc nobis eruere non liceat. Sed huic opinioni obstat locus Juvenalis, qui, praesertim si ad nexum cum praecedentibus attendas, satis monstrat, fuisse quondam viros Athenis, βάπτας dictos. Jam fuerunt, qui contenderent, βάπτας fuisse dictos sacerdotes Cotyttus. Sed hoc etiam facile refelli potest. Cotyttus enim, quae et Cotys (Strabon. 10. §. 16. T. 4. pag. 189. 190. Tzchuck.) vocabatur, cultus ex Thracia Athenas migraverat. Ex toto loco Strabonis**) apparet, sacra hujus deae non minori ἐνθουσιασμῷ eodemque cornuum et tympanorum, quae hominem sui compotem non sinerent, con-

*) Intulit nunc hanc vocem in recentissimam lexici editionem Schneiderus; sed quae olim commentati sumus, cur deleantur, nullam causam video.

**) In quo duo ultima Aeschyli fragmenta facile in systemata anapaestica redigi possunt, si τυπάνου pro τυμπάνου aut scribatur aut saltem pronuncietur.

centu celebrata fuisse, quam aut Bacchi aut Cybeles (ubi geminant Corybantes aera) sacra. Hinc jam quivis facile colligat, verisimile esse, haec sacra Cotyttus sive Cotyos non minori libidinum licentia infamia fuisse, quam omnia ea in tota antiquitate, quae simili modo celebrabantur. Quae sententia disertis veterum scriptorum testimoniis comprobatur. Cf. praeter locum Juvenalis supra laudatum Horat. epod. 17, 56. 57.

inultus ut tu riseris Cotyttia
vulgata, sacrum liberi Cupidinis!

ubi vid. Mitscherl. Virgil. catal. 5, 19.

non me vocabis pulchra per Cotyttia
ad feriatos fascinos.

Synes. epist. 44. pag. 114. edit. Basil. 1558. *ἀποφαίνου τὸν ἄνδρα ἡμίγυμνον, αὐτόχρημα θιασώτην τῆς Κότυος* add. eund. ep. 32. pag. 90. Talia itaque orgia sive sacra arcana quondam Athenis celebrasse dicuntur baptae. Jam si baptarum nomen eodem modo sacerdotes certos constitutosque significassent, ut bacchas Baccho, gallos Cybelae operatos scimus, Alcibiadem quoque ejusmodi sacerdotem fuisse, necesse esset. Hoc enim jure concludi potest, si cum narratione Platonii contuleris, quae habet vetus scholiasta ad Juvenalis locum laudatum. Verum cum nusquam de Alcibiade relatum legamus, eum tali sacerdotio functum fuisse, jam per se non adeo verisimilis haec quorundam virorum doctorum explicatio *τῶν βαπτῶν* videri potest. Huc tandem accedit, quod totam rem conficit, quod sacra Cotyttus, quemadmodum sacra bonae deae, a solis feminis celebrabantur. Papias in vocabular. ap. Burm. ad anthol. Lat. T. 1. pag. 433. „Cotytto*) fuit dea Atheniensium, quam *solae feminae* colebant, quae psaltriam exercebant.“ Atque sic quoque Scholiasten Juvenalis explicandum esse, statim videbimus. Hinc vero patet, quicunque illi fuerint baptae, de viris sacerdotibus Cotyttus, cogitari non posse. Jam aut omnia nos fallunt, aut

---

*) Sic recte sive librarium sive scriptorem ipsum correxit Scaliger. Legebatur enim *Cocitos*. Similiter in Juven. l. l. multa vetera exemplaria praebent *Cocyton*: atque sic quoque citat Nic. Perott. corn. cop. p. 698. 699. et de Proserpina explicat. Idem quoque *jussi* pro *soliti* exhibet, quam lectionem e duabus veteribus editionibus Ruperti profert. Nimis a recentioribus poëtarum Latinorum editoribus neglectum esse opus hoc Nic. Perotti, accuratior usus satis me docuit.

recte nobis perspexisse videmur, baptarum nomine insignitos fuisse Athenis viros, qui nefanda libidine correpti, quo effusius ei indulgerent, secreta illa feminarum orgia Cotyttia imitarentur, sumto vestitu muliebri, atque omnia cetera feminarum ritu peragentes. Hoc ut statuamus, suadet sententiarum nexus apud Juvenalem, qui, postquam eos viros, qui in vestium luxu et munditie atque mollitie feminas fere referebant, acriter exagitavit, in haec verba erumpit:

> Foedius hoc aliquid quandoque audebis amictu;
> nemo repente fuit turpissimus; accipient te
> paulatim, qui longâ domi redimicula sumunt
> frontibus, et toto posuere monilia collo,
> atque bonam tenerae placant abdomine porcae
> et magno cratere deam; sed more sinistro
> exagitata procul non intrat femina limen.
> Solis ara deae maribus patet: ite profanae!
> clamatur; nullo gemit hic tibicina cornu.
> Talia secreta coluerunt etc.

Quorum versuum sententia haec est: fuisse tum Romae viros, qui vestitu muliebri assumto sacra bonae deae peragerent, ad quae sacra nullam feminam admitterent; qua in re imitatos eos esse sacra Cotyttus, olim Athenis eadem ratione a baptis celebrata. Jam facile perspicitur, quam vere scholiastes quoque Juvenalis, qui in multis aliis nullam prorsus fidem meretur, dixerit: „baptae, titulus libri, quo impudici describuntur ab Eupolide, qui inducit viros Athenienses *ad imitationem feminarum saltantes* lassare psaltriam." His jam, ut mihi videtur, satis demonstratis, subsistamus paulisper in verbis Juvenalis, *soliti lassare Cotytto.* Nonnulli interpretum, inter quos et Perottus l. c., *lassare* eodem modo explicant, quo *fatigare precibus* occurrit apud Horat. carm. 1, 2, 26.

> *prece qua fatigent*
> virgines sanctae minus audientem
> carmina Vestam?

Alii vero, ex quibus Rupertum nominasse sufficiat, baptas libidinibus eo usque indulsisse volunt, ut ipsa Cotytto, quamvis sane pudicitiae non adeo assueta, aspectu earum lassata fuerit. Verum si Juvenalis verba contuleris cum verbis Papiae *exer-*

cere psaltriam, et scholiastae *lassare psaltriam*, foedum quoddam nequitiae genus significari, statim in oculos incurrit.

* **Βουτελάτης** Oracul. Sibyll. 8, 480. cf. notata ad h. l.

Βρυτήρ. Apud Naucratium in epistola, quam servavit Cave hist. liter. p. 438. Theodorus iste Studita vocatur etiam *ὁ ἀένναος τῆς διδασκαλίας βρυτήρ*. i. e. *ὃς διδασκαλίαν βρύει*, qui quasi scaturigo, sive vivus et perennis fons est doctrinae. *Βρύειν* enim, quod Schneiderus neglexit, quamvis a Stephano aliisque non praeteritum, non solum dativo jungitur, *βρύειν τινί*, *scatere aliqua re*, sed etiam, praesertim apud seriores, accusativo, *βρύειν τι*, *magnam alicujus rei copiam gignere*. Veterem constructionem habet Quint. Smyrn. 6, 344. *βρύει ἅλις ἄνθεσι γαῖα*, Oracul. Sibyll. 7, 18. *Αἴγυπτον ἀεὶ σταχύεσσι βρύουσαν*, Man. Phil. 2, 45. *ἰχῶρσι καὶ μώλωψι καὶ σήψει βρύων*. Cum accusativo junxit ignotus poët. de S. Theodoro v. 90. p. 26. *ὁ Χριστὸς, ὁ τροφὴν πᾶσι βρύων*, Georg. Pisid. hexaem. 44. *ῥεῖθρα ἀναβρύειν*, id. 233. 643. *βρύειν φῶς, πηγάς*, Man. Phil. 4, 139. p. 108. *ἀμφιστόμους ἁρπαγὰς ἡ βλάστη βρύει*, id. 5, 397. p. 174. *ἡ καὶ ῥόδον βρύουσα λειμῶνος δρόσος*, id. 5, 535. p. 188. *πολυτρόποις χρώμασιν εὔκλειαν βρύων*, Philostorg. histor. eccles. 3, 12. *σκώληκας βρύσαντα*. Genitivus huic verbo junctus videri possit apud Clement. Alex. paedag. 1, 6. p. 125. *πηγὴ ζωῆς βρύουσα*. Sed hoc loco participium adjectivi potestatem induit, atque *ζωῆς βρύουσα* est *ἢ ζωὴν βρύει*. Ponitur vero *βρύειν* quoque, nullo casu adjuncto, de omni re, quae propullulat, progerminat, erumpit. Aelian. V. H. 3, 43. *ἐδόκει αἷμα ἐν τῷ τῆς Ἥρας ναῷ ἀναβρύειν*. Procop. h. a. p. 85. *ὕδωρ βρῦσαν ἐξ ὑπονόμων*. Man. Phil. 4, 40. p. 100. *λιπαίνεται δὲ καὶ χλοάζει καὶ βρύει*. ibid. v. 117. p. 106. *βλάστη δέ τις ἔνικμος ἐντεῦθεν βρύει*. — Quod Clemens dixit *ζωῆς βρύων*, hoc uno verbo eidem illi ignoto poëtae de S. Th. v. 257. p. 46. audit *ζωοβρύτης*. Eodem modo compositum est *σιτοβρύτις*, quod ex eodem poëta v. 207. *Δήμητραν αὐτὴν τὴν φίλην σιτοβρύτιν* lexicis addendum est.

1 ## 5. QUAESTIONUM DE DIALECTO HERODOTI
Spec. I.

Herodot. 1, 7, 4.*) οἱ δὲ πρότερον Ἄγρωνος βασιλεύσαντες ταύτης τῆς χώρης ἦσαν ἀπόγονοι Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος, ἀπ' ὅτευ ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη κ. τ. λ. Ad hunc locum Augusti Matthiaei haec est nota:

„ἀπ' ὅτευ *non nisi Reizii conjectura nititur. Codd.* ἀπό τευ. *Sed equidem dubito an* ὅστις *de certo homine usurpetur. Vid. ad Eur. Hipp.* 900. *Scribendum videtur* ἀπὸ τοῦ *i. e.* ἀφ' οὗ *ut infra* 145. *Sic.* 8. ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ. 167. ἐν τῷ οἱ Φωκαιέες — ἐκέατο."

De usu isto, quo ὅςτις pro simplici ὅς usurpetur, editor doctissimus jam multis annis ante dubitaverat, ut postea patefiet. At vero, cum ampliorem grammaticam denuo ederet, in primo volumine, quod ante editum Herodotum lucem aspexit, ad hunc locum non offendit, scripturam nunc quidem receptam ὅτευ inde afferens (pag. 286). Verum in secundo volumine, quod edito jam Herodoto promulgavit, eadem fere verba repetiit, quibus in editione Herodoti usus erat**). Miror tamen quod contra codd. e sola conjectura ita nunc scribi editor contendat. Nam vel ex Gaisfordii notula: „*Sic Reizius et a apud Larcher. Vulgo* ἀπό τευ *cum S.*" contrarium elucet. Neque hoc non ita esse concludi potest ex eo, quod Schweighäusero missa excerpta hanc scripturae varietatem praetermittunt (vid. Schweigh. pag. 14). Nam de Larcheri testimonio nemo dubitabit***). Atque hunc codicem *a* non solum inter Parisinos sed

*) Primum et secundum numerum in his et reliquis omnibus locis, qui afferuntur, indicare librum et capitulum, ut nunc vocant, vix monendum videtur. Tertius vero numerus spectat parvas illas sectiones, in quas capitula in Gaisfordii editione divisa sunt; nam ne lineas numeremus, factum est insigni ista perversitate, qua numeri harum linearum ad marginem editionis Lipsiensis, qua sola utor, additi sunt.

**) Herodot. 1, 7. 3, 115. ist ἀπ' ὅτευ Conjectur von Reiz statt der Lesart der Handschr. ἀπὸ τεῦ (viell. ἀπὸ τοῦ, wie 1, 145. in den Handschr.) — Ceterum moneo, e codd. apud Schweigh. et Gaisf. non ἀπὸ τεῦ afferri, sed, ut Matthiae ipse scribit in notis ad Herodot. ἀπό τευ, et sic quoque est in antiquis editionibus, uf in Steph. 2da, quae ad manus est.

***) T. 1. p. 185. Cette correction est appuyée du manuscript A de la Bibliothèque du Roi.

inter ceteros etiam maximae esse auctoritatis, negari nequit. 2
Neque tamen in primo hoc loco, ubi haec scripturae varietas occurrit, Matthiae *ἀπὸ τοῦ*, in quod Schweigh. etiam inciderat, ausus est in textum recipere.

Secundus in nota ad Herodot. additur locus I, 145, 2. *ἐν τῇ Κρᾶθις ποταμὸς ἀένναός ἐστι, ἀπ' ὅτου ὁ ἐν Ἰταλίῃ ποταμὸς τὸ οὔνομα ἔσχε.* Ita nunc scribitur in recentioribus editionibus, Reiz. Schweigh. Gaisf., idque diserte confirmat cod. F. ap. Schweigh. Matthiae vero reduxit, quod a Stephano inde editiones occuparat *ἀπὸ τοῦ.* Ex Aldina vero et cod. *a* citatur *ἀπό του.*

Tertius in grammatica laudatur locus III, 115, 2. *Ἠριδανὸν . . . . ποταμὸν . . . ἀπ' ὅτευ τὸ ἤλεκτρον φοιτᾶν λόγος ἐστί.* Etiam hic ante Reizium ubique scribebatur *ἀπό τευ*, quod omnes codd. tenere videntur. Matthiae jam audacior factus solus, quod sciam, *ἀπὸ τοῦ* edidit.

His jam unum praeterea locum adjiciam, qui Matthiaei sententiam confirmare videtur, IV, 23, 3. *ποντικὸν μὲν οὔνομα τῷ δενδρέῳ, ἀπὸ τοῦ ζῶσι.* Ibi nusquam neque *ἀπό του* neque *ἀπ' ὅτου* scribitur, sed vel *ἀπὸ τοῦ*, vel *ἀπ' οὗ*. Illud habent Schweigh. Gaisf. Matth. cum duobus codd. Hoc vero Steph. Reiz.*) cum aliis codd. Utrum verum sit, postea videbimus. — De alio loco, IV, 45, 4. statim dicetur.

In his itaque quatuor locis Matthiae *ἀπὸ τοῦ* pro *ἀπ' ὅτου* sive *ἀπ' ὅτευ* unice probavit, idque propterea, quod dubitabat, an *ὅςτις* de certo homine usurpetur. Hoc dubium proposuerat jam in editione hymnorum Homericorum ad III, 158. Breviter tum ad eundem locum respondit Hermannus: „*Idem Matthiae cum negaret* ὅ ς τ ι ς *apud antiquos poëtas simpliciter poni pro pronomine relativo, non meminit Iliad. XXIII,* 43.“ Sed hunc Homeri locum ad refellendam Matthiaei sententiam propter additum *γέ* non valere, Blomfieldio ad Aeschyl. Prom. 362. visum est. Quod quo spectet, doctissimus Anglus tacuit, nec mihi successit, causam investigare, cur *ὅςτις γε* ad certum quendam hominem aut deum, ut h. l. referri possit, quando *ὅςτις* hoc nequeat. Multo tamen magis mihi mirum accidit ex quo fonte

---

*) Reiziana editio, qua utor, anni 1825, Schäferi V. D. curas experta est. Exemplar primae editionis nancisci non potui.

hanc versus Homerici scripturam Blomfieldius hauserit. Nam in nostris editionibus, quotquot inspicere mihi licuit, scribitur

οὐ μα Ζῆν', ὅςτις τε θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος,

neque Heynius ex ditissimis copiis quicquam varietatis attulit. Blomfieldius vero, hoc Homeri loco rejecto, alios attulit sex, ubi ὅςτις simpliciter pro pronomine relativo ponatur. Interea ante Blomfieldium Hermannus ad Soph. Oed. Tyr. 688. subtiliter de significatione pronominum ὅς, ὅς γε, ὅςτις et ὅςτε disseruerat, unde quae ad quaestionem a nobis hic propositam pertinent, repetam:

„Ὅςτις est *qui, scilicet aliquis i. e. aliquis, qui.* Hinc primo significat *quicumque.* Deinde quum reddendae rationi adhibetur, non, ut ὅς γε, restringit sed dilatat rem: *non te ego aversor,*
3 *aliquem, qui afflictam remp. restituat.* Ὦ φῶς, τελευταῖόν σε προςβλέψαιμι νῦν, ὅςτις πέφασμαι φύς τ' ἀφ' ὧν οὐ χρῆν. *Postremum te adspiciam, aliquis, qui tanta patravit flagitia.* Id plane exprimitur Latino *ut qui.* Ὅςτε proprie significat *quique*, quod non plane idem est ut καὶ ὅς *et qui.* Nam καί atque *et* conjungunt ea etc. . . . . . In reddenda autem ratione ὅςτε, fortius indicata significatione, est *qui omnino, i. e. qui, quoquo modo rem species.* Eadem, qua Graeci, lenitate nos, *der da*, quod nunc parcius, quam a maioribus nostris, usurpatur etc. etc."

Hinc vero patet, non negare Hermannum, pronomen ὅςτις ad certam personam referri posse, sed negare eum, simplicem hanc esse relationem; inservire enim reddendae rationi, quemadmodum Latinorum *ut qui.* Dolemus vero, quod idem V. D., cum haec scriberet, loci Homerici, quo ad hymnum Homericum adversus Matthiaeum usus erat, immemor fuit. Significet itaque apud Graecos ὅς τε, quod nos dicimus *der da*; num in versu Iliadis ὅςτις τε aliter explicari possit? Quod si in hoc verborum nexu ὅςτις τε pro ὅς τε aperte usurpatum est, cur negemus, ὅςτις alibi quoque, non addito τέ, etsi non ita frequenter, pro simplici ὅς poni potuisse? Sed magis etiam dolendum videtur, quod Hermannus in iterata dramatis Sophoclei editione, quae anno 1823 prodiit, exempla a Blomf. allata sub examen vocare dedignatus est.

Audiamus itaque Matthiaei verba in nota ad Hippolyt. v.

900*) „necdum mihi ὅςτις idem esse videtur quod ὅς. Ubique enim verti potest, *aliquis qui*, ut statim infra 940. etiam in locis a Blomfield. allatis ad Aesch. Prom. 865. [imo 362]. Vid. quae monui ad Hom. h. in Ven. 157. et Hermanni notam ad Soph. Oed. T. 688. in Erfurdt. min.“ In eo itaque Matthiaeo cum Hermanno convenit, ὅςτις esse *aliquis*, *qui*: sed non addit, utrum hoc diversum statuat ab *ut qui*, an ita quoque accipi posse concedat. Nam Hermanni quidem verba plana sunt, ὅςτις, *aliquis qui*, *ut qui* ad certam personam referri posse, sed in *ratione reddenda*, ita ut eum usum excipere videatur V. D., quo ad certam personam relatum simpliciter membra conjungit. Sed ut ad Matthiaeum revertar, utinam omnium a Blomf. allatorum locorum explicationem adjecisset! Sunt vero hi: Euripid. Alcest. 246. *καὶ τάςδε τύχας λεύσσων βασιλέως, ὅςτις ἀρίστης ἀπλακὼν ἀλόχου τῆςδ' ἀβίωτον τὸν ἔπειτα χρόνον βιοτεύσει.* Sane ad certam personam, Admetum, chori verba referuntur, ubi quomodo Latine dici possit *regis*, *alicujus*, *qui* non video; sed *ut qui* locum habere posse non nego. Reddit enim causam, cur post infortunium regis de felicibus nuptiis in posterum desperet. — Eurip. Hippolyt. 947. (940. Matth.) *σκέψασθε δ' ἐς τόνδ', ὅςτις ἐξ ἐμοῦ γεγὼς ᾔσχυνε τἀμὰ λέκτρα.* Thesei sunt verba de Hippolyto, ubi eadem valent, quae antea dixi. Et tamen simplex *qui* mihi melius hic convenire videtur, quam *ut qui*. — Sophocl. Ajac. 1299. (1286. Lob.) *ἐκ πατρὸς μέν εἰμι Τελαμῶνος γεγώς, ὅςτις στρατοῦ τὰ πρῶτ' ἀριστεύσας ἐμὴν ἴσχει ξύνευνον μητέρα.* Hic saltem neque *aliquis qui*, neque *ut qui* locum habet. — Locum Leonidae, quem jam ex Anthol. III, 22, 38. laudat, conferre non possum. Sed quid clarius esse potest duobus locis Callimachi, quos in fine notae Blomf. apposuit? hymn. Apoll. 22. *καὶ μὲν ὁ δακρυόεις ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος, ὅςτις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐστήρικται*, et hymn. Del. 156. *οὐδ' ἥτις Κέρκυρα φιλοξεινωτάτη ἄλλων.* — Matthiaeum, ut vidimus, exempla haec non permoverunt, ut sententiam mutaret; eadem tamen Bothio sufficere visa sunt, idque, ni fallimur, summo jure. Haec enim Bothii ad eundem locum Euripid. Phoen. 900. (857. Both.) est annotatio. „*De ὅστις pro ὅς dicto cf. imprimis Blomfield.*

*) Brevius eadem repetiit ad Bacch. 103. „Mihi quoque locus mendosus videtur, quia ὅςτις an pro ὅς usurpetur dubito.“

ad Aeschyl. Prom. 362. *Vid. etiam index* v. ὅστις." In hoc indice hos praeterea locos ex Euripidis tragoediis allatos videmus: Orest. 272. (276. Matth.) *Λοξίᾳ δὲ μέμφομαι, ὅςτις μ' ἐπάρας ἔργον ἀνοσιώτατον τοῖς μὲν λόγοις εὔφρανε*, ubi *ut qui* verti posse pronomen ὅςτις in oculos incurrit. — Ibid. 421. (428. Matth.) *πῶς, οἵτινες ζῆν οὐκ ἐῶσ' ἡμᾶς ἔτι*; ubi vix aliter, quam pro simplice *οἵ* vocabulum accipi posse, ni subtilitatem poëtae inferre velis, quam ipse non agnoscet, nemo facile dubitabit. — ibid. 477. (484. Matth.) *τούτου τίς ἀνδρῶν ἐγένετ' ἀσυνετώτερος, ὅςτις τὸ μὲν δίκαιον οὐκ ἐσκέψατο.* Neque hic refragabor, si quis sententiae convenienter ὅςτις per *ut qui* reddi posse contendat. Quos duos praeterea locos Bothius affert Hippolyt. 857. (900. M.) et Bacch. 96. (103. M.), ii et propter scripturae insignem varietatem huc non pertinent, et supra jam allati sunt.

Sic ex aliorum copiis dubiam quasi coenam (liceat hoc vocabulo detorta significatione uti) lectori apposuimus. Vidimus, qui ὅςτις ad certam quandam personam unquam referri prorsus negaret; vidimus, qui, ut ex exemplis ab ipso allatis patet, hanc ad certam personam relationem concederet, ita tamen ut ὅςτις non pro simplice ὅς poni possit, sed in reddenda ratione rem dilataret, ut per *ut qui* Latine exprimi posset; vidimus vero etiam exempla, ubi aliis, qui ὅςτις pro simplice ὅς dictum esse contenderunt, ex nostra quidem sententia nihil responderi potest. Ne tamen ipsi ad hanc coenam prorsus *ἀσύμβολοι* accedamus, age, exempla nonnulla afferamus, ex quibus ὅςτις pro simplice ὅς vel ab antiquissimis scriptoribus usurpatum esse, demonstrari posse confidimus. Quare nolo afferre Soph. Aj. 1044. Lob. *ὅςτις στρατῷ ξύμπαντι βουλεύσας φόνον νύκτωρ ἐπεστράτευσεν, ὡς ἕλοι δορί.* De certa utique persona, Ajace, Menelaus loquitur; sed cum causam reddat, cur eum *ἐχθίω Φρυγῶν* repererint, ὅςτις bene Latine per *ut qui* exprimi potest. Atque similiter ad certam personam referuntur loci, quos nunc ex ipso Herodoto dabimus, ita tamen ut significationem *ut qui* huic pronomini in iis tribui posse non negemus. VI, 12, 3. *τίνα δαιμόνων παραβάντες τάδε ἀναπίμπλαμεν, οἵτινες παραφρονήσαντες . . . . ἀνδρὶ Φωκαέϊ . . . ἐπιτρέψαντες ἡμέας αὐτοὺς ἔχομεν.* VI, 121, 1. *οὐκ ἐνδέκομαι τὸν λόγον, Ἀλκμαιωνίδας . . . ἀναδέξαι ἀσπίδα, βουλομένους ὑπὸ βαρβάροισι εἶναι . . . οἵτινες μᾶλλον ἢ ὁμοίως Καλλίῃ . . . φαίνονται μισοτύραννοι ἐόντες.* VII, 99, 1. *Ἀρτεμι-*

σίης — μάλιστα θῶυμα ποιεῦμαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατευσαμένης, γυναικὸς, ἥτις ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρὸς . . . ὑπὸ λήματός τε καὶ ἀνδρηΐης ἐστρατεύετο. VIII, 142, 4. *αἰτίους γενέσθαι δουλοσύνης τοῖσι Ἕλλησι Ἀθηναίους οὐδαμῶς ἀνασχετόν, οἵτινες αἰεὶ καὶ τὸ πάλαι φαίνεσθε πολλοὺς ἐλευθερώσαντες ἀνθρώπους.* IX, 27, 7. *ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἔργου ἄξιοί εἰμεν τοῦτο τὸ γέρας ἔχειν . . . οἵτινες μοῦνοι Ἑλλήνων δὴ μουνομαχήσαντες τῷ Πέρσῃ . . . περιεγενόμεθα καὶ ἐνικήσαμεν.*

Longe vero aliter res se habet in duobus Homeri locis, itemque Herodoti pluribus. Odyss. XVII, 52. sqq.

αὐτὰρ ἐγὼν ἀγορὴν ἐςελεύσομαι, ὄφρα καλέσσω
ξεῖνον, ὅτις μοι κεῖθεν ἅμ' ἕσπετο δεῦρο κιόντι·
τὸν μὲν ἐγὼ προὔπεμψα σὺν ἀντιθέοις ἑτάροισιν·
Πείραιον δέ μιν ἠνώγεα προτὶ οἶκον ἄγοντα
ἐνδυκέως φιλέειν καὶ τιέμεν, εἰςόκεν ἔλθω.

Jam si quis contulerit Odyss. XV, 529—546, neque *quicunque* neque *ut qui* hic locum habere posse confitebitur, sed Telemachum simpliciter narrare, se hospitem advocaturum esse, *qui* cum ipso advenerit. — Alter Homeri locus est Odyss. II, 124.

ὄφρα κε κείνη τοῦτον ἔχῃ νόον, ὅντινά οἱ νῦν
ἐν στήθεσσι τιθεῖσι θεοί.

Verba sunt Antinoi ad Telemachum de Penelope, deque hujus consilio, quod *nunc* habet, procos eludendi, ubi et ipsa res et praemissum *τοῦτον* et ipsum *νῦν* impediunt, quominus aliter *ὅςτις* accipi possit, ac diximus. — Accedunt jam, ut dixi, plures Herodoti loci, in quorum primo miror, Matthiaeum in ea lectione, quam elegit, acquievisse. Is est locus, de quo me statim dicturum esse, jam antea professus sum, IV, 45, 4. Ibi nunc in editt. Schweigh. Gaisf. Matth. legitur: *φάμενοι ἐπὶ Ἀσίεω, τοῦ Κότυος, τοῦ Μάνεω κεκλῆσθαι τὴν Ἀσίην . . . . . ἀπ' ὅτευ καὶ τὴν ἐν Σάρδισι φυλὴν κεκλῆσθαι Ἀσιάδα.* Atque sic Reizium in prima editione dedisse apparet ex epistola ad Garvium pag. XIII. Veteres editiones, ut Steph., usque ad Reizianam et codicum pars major, ut videtur, (nam ex solo F. diserte affertur) solenni more praebent *ἀπό τευ*; sed *ἀπ' ὅτευ* confirmatur ab eodem illo cod. *a*, qui I, 7, 4. idem dederat. Hic quae causa Matthiaeum impedierit, ne *ἀπὸ τοῦ* scriberet, divinare nequeo. Sed est alia praeterea lectio memorabilis in cod. S. (quem Wessel. et Schweigh. *Arch.* vocant), a Schaefero

in editionem Reizianam illata, *ἐπ' ὅτευ*, quod sane non ita facile ex *ἐπὶ τοῦ* depravari potuit. Ceterum utrum *ἀπ' ὅτευ* an *ἐπ' ὅτευ* Herodotus scripserit, non definio. In initio hujus capitis legitur *οὐδ' ἔχω συμβαλέσθαι, ἐπ' ὅτευ μιῇ ἐούσῃ γῇ οὐνόματα τριφάσια κέεται*; sed ibi recte in interrogatione obliqua *ἐπ' ὅτευ* ponitur, ita ut ab *ἐπὶ τεῦ* non differat*). Verum *καλεῖσθαι, ὄνομα ἔχειν, ἀπό τινος* et *ἐπί τινος* sine discrimine dicitur. *Ἀπό* jam in duobus locis Herodoti I, 7, 4. 145, 2. vidimus, et statim in hujus capitis sect. 5. recurret: *εἰ μὴ ἀπὸ τῆς Τυρίης φήσομεν Εὐρώπης λαβεῖν τὸ οὔνομα τὴν χώρην.* Praepositio *ἐπί* vero quater aut quinquies deinceps in eo loco repetitur, de quo nunc agimus, ita tamen, ut *ἀπό* quoque in libris manuscriptis appareat: *ἡ δὴ γὰρ Λιβύη μὲν ἐπὶ* (*ἀπὸ* tres codd. et editt. Ald. Steph.) *Λιβύης λέγεται ὑπὸ τῶν πολλῶν Ἑλλήνων*
6 *ἔχειν τὸ οὔνομα γυναικὸς αὐτόχθονος· ἡ δὲ Ἀσίη ἐπὶ* (*ἀπὸ* iidem codd. et edd.)**) *τῆς Προμηθέος γυναικὸς τὴν ἐπωνυμίην καὶ τούτου μὲν μεταλαμβάνονται τοῦ οὐνόματος Λυδοὶ φάμενοι ἐπὶ* (*ἀπὸ* iid.) *Ἀσίεω, τοῦ Κότυος, τοῦ Μάνεω, κεκλῆσθαι τὴν Ἀσίην, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ* (*ἀπὸ* iid.) *τῆς Προμηθέος Ἀσίης· ἀπ' ὅτευ* (sic, aut *ἀπό τευ*, ut vidimus, omnes praeter F.) *καὶ τὴν ἐν Σάρδισι φυλὴν κεκλῆσθαι Ἀσιάδα.*

Accedat nunc Herodoti locus VI, 13, 4. *Ὁ δὲ Αἰάκης παρ' ὅτευ τοὺς λόγους ἐδέκοντο οἱ Σάμιοι, παῖς μὲν ἦν Συλοσῶντος.* Sic omnes editiones et major pars codd. neque Matthiae controversiam huic lectioni movere conatus est, quod tamen facile potuisset, cum in tribus manuscriptis *παρ' οὗ* occurrat.

Hi duo Herodoti loci, quos attulimus, propter ipsam scripturae varietatem et quoniam mutatio, si qua necessaria nonnullis videatur, non nimis audax sit, litem sane non diriment. Sed nunc alios praeterea afferam, quos alia ratione explicari posse, quam ut *ὅςτις* pro simplice *ὅς* positum concedamus, ne-

---

*) Hinc Hesychius, ab editoribus citatus, *ἐπότευ: διατί· ἢ ἐπὶ τίνος.*

**) Gaisf. quidem ex solo cod. S., quem ipse denuo contulit, hic et bis postea hanc varietatem affert, semel postea Aldinam commemorare contentus. Sed et duos reliquos codd. V. et A. et editionem Ald. ubique sic habere, patet ex Schweigh. nota, ubi primum hic lectionis dissensus notatur. Ibi enim diserte additum est: *et mox semel iterumque.* Et Steph. in omnibus quinque locis *ἀπό* dat, ut inspicienti mihi patuit.

mini spero in mentem veniet. I, 167, 4. *ἐκτήσαντο πόλιν γῆς τῆς Οἰνωτρίης ταύτην, ἥτις νῦν Ὑέλη καλέεται.* Similiter II, 99, 7. *πόλιν κτίσαι ταύτην, ἥτις νῦν Μέμφις καλέεται.* II, 100, 3. *τῇ δὲ γυναικὶ οὔνομα ἦν, ἥτις ἐβασίλευσε, τόπερ τῇ Βαβυλωνίῃ Νίτωκρις.* II, 151, 4. *οἱ δὲ ἐν φρενὶ λαβόντες . . . τὸ χρηστήριον, ὅ τι ἐκέχρητό σφι.* . IV, 8, 2. *ἀπικέσθαι ἐς γῆν ταύτην . . . ἥντινα νῦν Σκύθαι νέμονται.* IV, 41, 3. *κάρτα πλατέα τυγχάνει ἐοῦσα η ἀκτὴ, ἥτις Λιβύη κέκληται.* IV, 45, 6. *ἀπικομένη ἐς τὴν γῆν ταύτην, ἥτις νῦν ὑπ᾽ Ἑλλήνων Εὐρώπη καλέεται.* VI, 47, 1. *κτίσαντες τὴν νῆσον ταύτην, ἥτις νῦν ἐπὶ τοῦ Θάσου τούτου τοῦ Φοίνικος τὸ οὔνομα ἔσχε.* VI, 123, 1. *οὐ προςίεμαι τὴν διαβολὴν, τούτους γε ἀναδέξαι ἀσπίδα, οἵτινες ἔφευγον τὸν πάντα χρόνον τοὺς τυράννους.* [Adde III, 120. 5. VII, 99, 1.] Simillimus hic locus est ei, quem supra pag. 4. e VI, 121, 1. attulimus; sed praegressum *τούτους* non patitur, ut *οἵτινες ut qui* significare possit. Et sic vereor, ne in omnibus iis locis, ubi hanc significationem obtinere posse diximus, Hermanni sententiae plus tribuerimus, quam par est. VII, 196, 3. *οὐδὲ ὅςτις ὁ μέγιστος αὐτῶν ἐστι Ἠπιδανὸς, οὐδὲ οὗτος ἀντέσχε εἰ μὴ φλαύρως*; ubi duo codd. non minus bene *ὅςπερ*.

Haec si omnia nondum pervicerunt, ut *ὅςτις* pro simplice *ὅς* dictum esse apud veteres concedatur, age aliam praeterea causam uberius explicemus, qua allata de eo, quod contendimus, omnibus persuasum iri confidimus. Ea vero solum Herodotum spectat. Monstrabimus enim, aliena esse ab Herodoti dialecto *ἀπὸ τοῦ, ἐπὶ τοῦ, παρὰ τοῦ*, sed dici debere aut *ἀπ᾽ ὅτευ, ἐπ᾽ ὅτευ, παρ᾽ ὅτευ* aut *ἀπ᾽ οὗ, ἐπ᾽ οὗ, παρ᾽ οὗ*; atque in duobus locis IV, 23, 3. et VI, 13, 4. ita variare codd. jam notavimus. Neque quicquam proficitur ad defendenda ista *ἀπὸ,* 7
ἐπὶ, παρὰ τοῦ, aliis a Matthiaeo allatis exemplis, *ἐκ τῶν, ἐν τῷ*. De *ἐκ τῶν* postea separatim dicemus; *ἐν τῷ* autem aliter dici non posse in hoc verborum contextu, eadem demonstratio docebit, quae *παρὰ τοῦ* et similia damnanda esse monstrabit. — Primo itaque loco de pronomine *ὅς*, ejusque variis apud Herodotum formis dicemus; tum de *ὅςτις*.

Pronominis *ὅς* una tantum in casibus rectis apud Herodotum forma est, duplex in casibus obliquis, quarum altera a consonante *τ*, altera ab aspero spiritu incipit. Quod ut demonstremus, necesse mihi quidem videtur, idque non solum in hac

disquisitione, sed in omnibus similibus, ut *omnes* ejus scriptoris, de cujus usu quaestio instituitur, loci afferantur, non solum ii, qui ei, quod volumus, patrocinantur, sed etiam, qui contrariam sententiam tueri videntur. Nam saepissime fieri potest, ut numero locorum, undecunque collectorum, aliquid affirmare posse tibi videaris, neglecto numero longe majore eorum locorum, qui contrariam sententiam tuentur. Jam si videmus, scriptorem sexcenties certo quodam modo locutum esse, quater vero aut quinquies alio modo, si causa nulla inveniri potest, cur ita variare voluerit, quin verba corrigenda sint, vix dubium esse potest, imprimis ubi aliae criticae rationes accedunt.

Diximus, unam tantum esse apud Herodotum pronominis relativi in casibus rectis formam. Ea est *ὅς*, *ἥ*, *τό*, et in plurali numero *οἵ*, *αἵ*, *τά*.

Ὅς.

I, 6, 1. — 18, 2. — 25, 2. — 26, 1. — 29, 2. — 32, 15. — 33. — 34, 1. — 36, 3. — 45, 3. — 59, 4. — 62, 5. — 72, 2. — 73, 3. — 77, 4. — 80, 1. — 89, 3. — 91, 2. — 92, 3. — 94, 9. — 102, 1. — 111, 8. — 136, 1. — 138, 2. — 170, 1. 3. — 185, 2. — 200, 3. — 210, 2.

II, 10, 4. — 22, 1. — 65, 7. — 79, 2. (*ὅςπερ*.) 90, 1. — 99, 5. — 115, 4. — 121, 1. 14. 28. — 128, 2. — 134, 4. — 152, 1. — 158, 1. — 161, 2.

III, 1. 2. (bis) 8. — 4, 5. — 14, 12. — 15, 3. — 30, 5. — 31, 5. — 36, 4. — 37, 3. — 39, 1. — 43, 1. — 50, 3. — 52, 1. 3. — 55, 3. — 64, 1. — 68, 2. (*ὡς οὐκ εἴη ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλ' ὅςπερ ἦν*. ubi cod. S. sive Arch. *ὅπερ*, quod non praeferendum esse quivis facile videt. Si quis vero hoc pro genuino habeat, tum non adversatur, quod ex nostra sententia *ἀλλὰ τόπερ* scribendum videri possit, qua de re versus finem hujus speciminis sermo erit, ubi exempla accusativi *ἥντινα* afferentur.) — 72, 9. (bis) — 74, 1. — 81, 3. — 99, 2. — 100, 2. — 119, 7. — 120, 4. — 122, 3. — 123, 1. (bis) — 126, 2. — 127, 5. — 130, 6. — 134, 10. — 140, 9. — 148, 4. — 153, 1. 3. — 160, 4. (bis) —

IV, 7, 3. — 9, 8. — 23, 8. — 42, 4. — 44, 1. (bis) — 51, 1. — 53, 1. 2. — 55. — 57, 1. — 64, 4. — 68, 1. (bis) — 74, 2. — 81, 4. 5. — 92, 1. (edit. Lips. Gaisford. in varr. lectt. habet, *οἳ δὴ διά*, quod merum est vitium pro *ὃς δὴ διά*)

— 99, 6. — 100, 1. — 151, 3. — 154, 2. — 160, 1. — 162, 4. — 165, 2. — 166, 1.

V, 47, 1. — 66, 2. (ὅςπερ) — 67, 6. — 91, 3. — 92, 30. — 94, 2. — 98, 2. — 101, 3. — 113, 3. (ὅςπερ) — 118, 1. 2. — 124, 1.

VI, 2, 1. — 28, 4. — 34, 3. — 50, 2. — 58, 6. — 76, 2. — 86, 8. — 124, 2. — 127, 1. 3. — 136, 1.

VII, 5, 2. — 8, 14. — 9, 1. — 18, 1. 7. — 26, 2. 3. — 27, 3. (bis) — 33, 2. — 39, 2. — 43, 1. — 46, 1. — 52, 1. — 74, 3. — 78, 2. — 80, 2. — 107, 2. — 108, 4. — 120, 1. — 123, 3. — 124, 3. — 135, 2. — 137, 3. — 153, 2. — 154, 1. 2. (sed loco corrupto) — 164, 2. — 165, 2. — 170, 6. (ὅςπερ) — 181, 1. — 190, 1. — 195, 1. — 197, 2. — 198, 5. — 200, 1. — 205, 3. — 221, 1. — 224, 4. — 236, 2.

VIII, 8, 1. — 17, 2. — 42, 3. (ὅςπερ) — 75, 3. — 93, 1. 3. — 105, 1. — 109, 4. (bis) — 114, 2. — 116, 1.

IX, 3, 2. — 12, 2. — 41, 1. — 44, 3. — 45, 6. — 64, 2. — 71, 4. 5. — 72, 1. — 76, 5. — 78, 1. — 82, 4. — 93, 1. — 96, 3. — 115, 1. — 116, 2. 4.

Ἥ.

I, 26, 3. — 32, 13. — 165, 3. — 196, 3.

II *), 21. — 70, 1. — 88. — 111, 5.

III, 5, 1. (loco suspecto) — 79, 3. — 84, 1. — 88, 4. — 149.

IV, 3, 2. (ᾗπερ) — 51, 1. — 52, 3. — 57, 1. — 86, 5. — 160, 1. — 162, 5. — 168, 3. — 176. — 204, 2. (ᾗπερ)

V, 5, 2.

VI, 131, 3.

VII, 43, 3. (ᾗπερ) — 54, 2. — 83, 3. (ᾗπερ) — 173, 2. (ᾗπερ)

VIII, 28, 2. — 31, 2. (ᾗπερ) — 62, 2. (ᾗπερ) — 82, 1. (ᾗπερ) — 83, 3. — 87, 3. — 92, 1. (ᾗπερ) — 121, 2. (ᾗπερ)

IX, 76, 1.

---

*) II, 17, 4. *καὶ ἡ μὲν πρὸς ἠῶ τρέπεται, τὸ καλέεται Πηλούσιον στόμα.* Quatuor codd. et edit. Ald. (etiam Steph.) omittunt *τό*, et scribunt *ᾗ μέν*. Sed cf. statim 5.

Τό*).

I, 1, 4. (ubi sex codd. in his praestantissimi ὅ habent.)**) — 31, 7. — 69, 4. — 80, 1. — 133, 5. — 139, 1. — 174, 2. — 191, 1. — 194, 1.

II, 17, 4. (ubi alii τό omittunt; cf. antea ad ἥ). 5. — 29, 5. — 91, 4. — 100, 3. (τόπερ) — 112, 3. — 135, 4. — 181, 7.

III, 91, 3. — 142, 2.

IV, 20, 2. — 82, 2. — 85, 3. 4. — 129, 1. — 134, 7. — 162, 4. — 166, 1. — 181, 5.

V, 89, 4. — 111, 4.

VI, 37, 3. (loco suspecto) — 119, 2.

VII, 8, 13. — 10, 4. — 17, 2. — 59, 1. — 123, 1. — 162, 3. — 199, 2. — 209, 6.

VIII, 40, 2. — 87, 3. — 90, 6. — 96, 2.

IX, 60, 2.

9 Οἵ.

I, 29, 1. — 31, 7. — 51, 3. — 57, 1. 2. — 59, 5. 6. — 60, 6. — 71, 3. 5. — 89, 4. — 102, 4. — 103, 5. — 120, 1. — 128, 2. — 145, 3. — 156, 3. — 165, 6. — 171, 6. (οἵπερ) — 184, 1. — 185, 3. — 191, 6. (οἵπερ) — 207, 2.

II, 2. 3. — 14, 3. — 15, 1. — 16, 1. — 18, 3. — 20, 5. — 33, 5. — 44, 4. 6. — 62, 3. — 74, 1. — 77, 1. — 86, 1. — 92, 9. — 93, 6. (bis) — 123, 3. — 135, 5. — 145, 1. — 152, 1. — 162, 8.

III, 14, 9. — 21, 6. — 38, 6. — 39, 6. — 45, 3. — 77, 2. — 81, 3. — 97, 2. — 102, 1. — 107, 3. (οἵπερ) — 117, 5. (οἵπερ) — 132, 2. — 134, 11. — 158, 3. (bis)

IV, 3, 1. — 6. (ter) — 17, 1. 3. — 21, 1. — 24, 3. — 25, 2. — 33, 3. — 36, 3. — 43, 5. — 49, 5. — 51, 2. —

---

*) Hic nonnunquam locum habere potest, ut utrum primum an quartum casum positum dicas, in ambiguo sit. Cum enim aeque bene dicatur *οὗτοι ἐπαινετέοι εἰσίν* et *τούτους ἐπαινετέον ἐστίν*, utrum casum in *ὃ ἐπαινετέον ἐστίν* agnoscas, nunquam dijudicabis.

**) Hos sex codices ita citat Gaisf. M, R, F, S, a, d, — verum in indice manuscriptorum, quem tomo primo jam praefixum in tertio tomo repetiit, oblitus est monere, quisnam ille sit cod. R, ut ei, qui Wesselingium vel Schweighäuserum conferre nequeat, in tenebris micandum sit. Sed multa alia signa negligentiae hic editor dedit, nimis laudatus ab Apetzio ad II, 87. pag. 289.

67, 1. — 68, 1. — 71, 3. — 97, 3. (οἵπερ) — 128, 2. — 168, 1. — 172, 1. — 174. — 175, 1. — 177, 1. — 183, 1. — 184, 1. — 191, 1.

V, 12, 2. — 17, 1. — 23, 3. — 46, 2. — 49, 9. — 58, 2. — 65, 4. — 71, 3. (οἵπερ) — 85, 1. — 99, 1. — 102, 4. — 119, 3.

VI, 8, 1. (alii ὅσοι) — 9, 2. — 21, 1. — 39, 1. — 42, 3. — [44, 5 (bis), si vera est Reiskii scriptura, ut videtur; cf. Schweigh. T. 5. p. 158.] — 65, 5. — 73, 2. (οἵπερ) — 100, 3. — 119, 5. — 124, 1.

VII, 8, 9. 11. — 9, 3. — 10, 4. — 11, 3. — 20, 3. — 37, 1. — 81, 1. (οἵπερ) 2. (οἵπερ) — 85, 1. — 103, 4. 8. — 104, 2. 4. — 127, 1. — 143, 5. — 168, 1. (οἵπερ) — 170, 5. — 181, 2. (οἵπερ) — 190, 1. — 222, 2.

VIII, 17, 1. — 24, 4. — 26, 5. — 47, 1. 2. — 51, 2. — 56, 2. — 68, 4. 9. — 83, 1. — 95, 2. (bis) — 100, 3. — 106, 4. — 109, 4. — 110, 4. — 112, 2. — 122, 2. — 124, 4. (οἵπερ) — 128, 4. — 132, 1. 2. (bis)

IX, 2, 2. (οἵπερ) — 31, 6. — 32, 2. (οἵπερ) — 39, 3. — 40, 2. — 80, 3. — 86, 1. — 106, 5.

Αἵ.

I, 200, 2.
II, 131, 3. — 142, 3. — 182, 2.
III, 24, 1.
V, 77, 5. (αἵπερ) — 108, 4.
VII, 22, 6.
IX, 39, 2. — 104, 3.

Τά.

I, 5, 6. (bis) — 22, 2. — 32, 2. — 52. — 98, 5. — 120, 6. — 177, 2. — 183, 5.

II, 2, 6. (τάπερ) — 3, 4. — 51, 6. — 94, 2. — 160, 3.

III, 16, 7. (loco dubio, cum pro τὰ μέλλοι plurimi τὰ μέλλοντα habeant, ut sit articulus) — 72, 3. (bis) — 113, 1. — 160, 3.

IV, 14, 6. — 31, 4. — 139, 1. — 140, 3. — 195, 3.
V, 92, 17.
VI, 9, 5. (τάπερ) — 41, 5.
VII, 8, 14. — 10, 11. — 144, 2. — 168, 5. (τάπερ)

VIII, 23, 2. — 101, 2. — 109, 6. (τάπερ) — 136, 3. (τάπερ)

IX, 27, 2. — 32, 1. — 56, 1. — 66, 2. — 93, 1. — 113, 2. (τάπερ)

Jam si calculos recte subduximus, sunt quadringenti nonaginta et tres loci, in quibus nostrae editiones eam formam tuentur, quam Herodoto legitimam diximus; atque, quod maximi in hac quaestione momenti est, in omnibus his locis omnes libri et scripti et editi, praeterquam in uno, conspirant. Nusquam inventum est *τοί*, *ταί*, *ἅ*; in uno tantum, ut diximus, pro recepto *τό*, codices nonnullos habere *ὅ* vidimus; sed non valuerunt ut justam Herodoto scripturam eriperent. Aliae quidem exstant nonnunquam deflexiones; ut *ὅσοι* pro *οἵ*, aut in omissis parvis his voculis commissae, sed quae ad nostram quaestionem nihil faciunt. Quinque vero sunt loci, in quibus etiamnum editiones contra hanc legem peccant, in quorum tribus codd. tamen praesentissimum auxilium afferunt: II, 51, 4. *τὴν γὰρ Σαμοθρηΐκην οἴκεον πρότερον Πελασγοὶ οὗτοι, τοίπερ Ἀθηναίοισι σύνοικοι ἐγένοντο.* In *τοίπερ* conspirant omnes editiones, cum duobus codd. sed *οἵπερ* praebent sex codd., in his optimus quisque (S, a.). Consulto vero antea in recensu singulorum locorum breviter eos indicavimus, ubi non simplex relativum occurrit, sed enclitica *πέρ* additur, ne quis credat, hanc ad formam mutandam valere, quod in composito *ὅςτις* aliter se habet. Et ne quis objiciat, cum ad positionem verborum quoque respici debeat, ut postea in casibus obliquis videbimus, defendi *τοίπερ* forsan, cum proxime praecedat *οὗτοι*, breviter haec exempla afferam: II, 152, 1. *Αἰγυπτίων οὗτοι, οἳ ἐκ νομοῦ τοῦ Σαΐτεώ εἰσι*, III, 107, 3. *οὗτοι, οἵπερ*, IV, 97, 3. *τούτους, οἵπερ*, VIII, 124, 4. *οὗτοι, οἵπερ.* In posterum itaque *οἵπερ* Herodoto reddendum erit, neque Schweighäuseri auctoritas obstabit, qui *οἵπερ*, a sex adeo codd., ut vidimus, oblatum respuit propter *ionismum neglectum.* At vero non solum contra veteres librarios, sed etiam contra recentissimum quemque editorem ea valent, quae Matthiae et Apetzius non semel in brevibus notis, quibus Herodoti editionem ornarunt, de grammaticis *ὑπεριωνίζουσι* monuerunt. cf. ad I, 68. pag. 286. II, 121. p. 290. V, 42. p. 292. V, 59. p. 293. Ex multis enim aliis argumentis, quae tamen exponere non hujus est loci, demonstrari potest, librariorum quorundam studium fuisse, ut

dictionem Herodoteam epicae similiorem redderent, cui studio nimis editores obtemperarunt, discrimine non animadverso, quod maximum inter Herodoti dialectum et epicam intercedit, longe illud majus, quam vulgo opinantur. His praemissis, de reliquis Herodoti locis breviores esse possumus. VIII, 129, 4. *ἠσέβησαν οὗτοι τῶν Περσέων, τοίπερ καὶ διεφθάρησαν.* Codices diligentius collati sex *οἵπερ* *) praebent; qui *τοίπερ* tueantur, non ab editoribus allatum est; forsan ad hos M. referendus est, si ex silentio Gronovii conjectura capi potest. — VII, 53, 5. *ἐπευξάμενοι τοῖσι θεοῖσι, τοὶ Περσίδα γῆν λελόγχασι.* Editiones habent *τοί*; codices, qui hoc praebeant, silentur. Sed septem codd. genuinum *οἵ* habent. **) — De his tribus locis itaque contro-

---

*) Vitium typographicum apud. Schweigh. *ἅπερ* tacite correxit Gaisf.

**) Quid quod articulum adeo *οἵ*, toties recurrentem, uno loco in *τοί* deformarunt editores VIII, 68, 3. *τοὶ γὰρ ἄνδρες τῶν σῶν ἀνδρῶν κρέσσονες τοσοῦτό εἰσι.* ad quem locum Schweigh. postquam ex septem codd. et marg. Steph. veram lectionem *οἵ γάρ* attulit, (quam unus Schaef. in textum recepit) ita pergit: *quod blandiri possit. Sed vulgatum* τοί (*Homerico modo idem ac* οὗτοι *valens*) *cum Aldo et Edd. omnibus tenuit Gron. nihil in contrarium monens ex Med.* — Iterum epicam formam Herodoto invito obtrusam videmus; et hujus formae patrocinium propter Gronovii silentium suscepit V. D., unde aliquid concludere quam lubricum sit, omnes norunt. Taceo de eo, quod articulum pro pronomine *οὗτος* Herodotus non aliter posuit quam ubi Attici quoque eo utuntur, h. v. e. in *ὁ μέν, ὁ δέ, καὶ τόν, τοὺς ὅσους* et similibus. Atque satis mirari nequeo, quid Schweighäuserum in lex. T. 2. p. 134. impulerit, ut in III, 64, 1. *ἐπεὰν τὸν πρῶτον ἄνδρα καταβάλῃ ἀνὴρ Σκύθης. τοῦ αἵματος ἐμπίνει*, ubi neminem quicquam verba morari possunt, contenderet *τοῦ* esse pro *τούτου* positum: „*hujus sanguinem* (proprie *hujus de sanguine*) *bibit.*“ Atque haec dialecti Herodoteae ratio facit ut Wesselingii quandam emendationem, Valckenaerio et omnibus recentioribus ita probatam, ut in ipsam Herodoti orationem reciperetur, elegantem esse confitear quidem, at veram negem. Legitur enim nunc IV, 36, 1. *τὸν γὰρ περὶ Ἀβάριος λόγον τοῦ λεγομένου εἶναι Ὑπερβορέου οὐ λέγω, λέγων ὡς τὸν ὀϊστὸς περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν οὐδὲν σιτεόμενον.* Sed exemplis probari nequit, Herodotum unquam nudum *τόν* aut si mavis, *τόν* post *ὡς* positum, nisi in iis formulis, quas supra indicavi, pro *τοῦτον* usurpasse. Redeundum itaque est ad veterem scribendi rationem, quam omnes codices tuentur *ὡς τὸν ὀϊστὸν περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν οὐδὲν σιτεόμενος.* Neque aliter Eustathii librum habuisse, ipse confitetur Wesselingius. cf. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 31. *ἱστορεῖ δὲ Ἡρόδοτος καὶ τοὺς χρυσοφύλακας γρύπας ἀνωτέρω τῶν Ἀριμασπῶν οἰκεῖν, τοὺς δὲ Ὑπερβορέους ἔτι ἀνωτέρω αὐτῶν ἐπὶ θάλασσαν, λέγων*

11 versia nulla moveri potest, codicibus et plurimis et optimis rectum tenentibus. — Unum jam locum proferam, ubi medicina

---

καὶ ὅτι ὥςπερ εἰσί τινες Ὑπερβόρεοι οὕτω καὶ ὑπερνότιοι (Eustathii hic est error, quales non raro apud eum reperiuntur; negat enim Herodotus Hyperboreos esse, cum non sint item hypernotii) καὶ ὅτι ὁ Ἄβαρις ὁ ὑμνούμενος ὑπερβόρειος ἦν, ὃς οὐδέν γε σιτεῖσθαι λέγεται καὶ τὸν ὀϊστὸν περιφέρειν κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Id certum est Herodotum notam quandam fabulam de sagitta Abaridis respicere; hinc articulo addito dixit τὸν ὀϊστόν. (cf. V, 35, 2.) Sed ex verbis ejus elici non potest, eum jam novisse narrationem, qua Abaris sagitta per aërem vectus orbem terrarum perlustrasse fertur. Fabulae hujus, nunc in vulgus satis notae, Wesseling. et Valcken. testes laudant Iamblichum, Himerium ap. Photium, Celsum apud Origenem et Nonnum in Dionysiacis. Ex his vero Himerius ne sagittae quidem meminit, tantum abest ut ἱερόφοιτον eum dicat; arcum et pharetram habuisse narrat. Imo accuratius Herodoti locum inspicienti opinio mihi nata est telum illud, quod notum fuisse Herodotus addito articulo significat, amuletum fuisse, ut forsan adversus alia incommoda ita adversus famem. Cupienti jam mihi inquirere, an vestigia ante Iamblichum reperiri possint fabulae ejus, qua sagitta vectus Abaris dicitur, visum est amicissimum Lobeckium adire, qui ex ditissimis copiis haec mecum communicavit, quibus ut uti possem, qua est humanitate, permisit. Prima Abaridis mentio est apud Pindar. fragm. 90. p. 657. Boeckh. ex Harpocrat. et Plat. Charm. 158. (Tom. 1, pag. 312. Bekk.) sed apud neutrum de sagitta sermo est. Post Herodotum primus sagittae meminit Lycurg. orat. in Eudoc. Villois. p. 20. quem locum post Larcherum Gaisford attulit; et in schol. ad Gregor. Naz. in catal. Bibl. Bodlej. pag. 51. Transscribam posteriorem locum: ὁ ῥήτωρ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Μενεσχι (Μενεσαίχμου Lob.) λόγῳ φησίν, ὅτι λιμοῦ γενομένου ἐν τοῖς ὑπερβορέοις ἐλθὼν ὁ Ἄβαρις ἐμισθώτευσε τῷ Ἀπόλλωνι καὶ μαθὼν χρησμοὺς παρ' αὐτοῦ σύμβολον ἔχων τὸ βέλος τοῦ Ἀπόλλωνος περιῄει ἐν τῇ Ἑλλάδι μαντευόμενος. Videmus famem, legimus sagittam ut σύμβολον datam, sed nondum quicquam de aëre ita pervio facto narratur. Multi saue inter recentiores Abaridis mentionem faciunt, praeter laudatos Pausan. 3, 13. Phalarid. epist. 78. Harpocratio s. v. qui quin Lycurgum respexerit, vix dubitari potest. Porphyr. de vit. Pyth. 28. Apollon. histor. mirab. c. 4. sed omnes quos nunc nominavi de sagitta tacent. Ante Iamblichum qui vectum sagitta Abarim diceret, nemo repertus est. Sed fontes, ex quibus hausit Iamblichus cap. 19. et c. 28. nobis ignoti sunt. Forsan jam Hecataeus junior Abderita in libro de Hyperboreis, unde Diodor. Sicul. I, 47. Abaridis nomen memorat, hujus rationis vehendi meminerat; verisimilius vero est, Heraclidem Ponticum in τοῖς ἀναφερομένοις εἰς Ἄβαριν Anecd. Bekk. p. 145. et 178. fabulam hanc narrasse; hunc enim librum Plutarch. de aud. poet. c. 1. T. 7. p. 56.

e codd. quidem hauriri nequit; sed corruptionis suspicio valde
eo augetur, quod pro voce, quam corruptam pronunciamus, duo
codd. in his praestantissimus Parisiensis *a* aliam praebeant, IV,
192, 3. *ταῦτά τε δὴ αὐτόθι ἐστὶ θηρία καὶ ἅπερ τῇ ἄλλῃ, πλὴν* 12
ἐλάφου τε καὶ ὑὸς ἀγρίου, ubi, si aliud vitium non subest, ne-
cessario scribendum est *καὶ τάπερ τῇ ἄλλῃ*. Sed duo codd. ut
dictum est aliam lectionem praebent *καὶ ἄλλα τῇ ἄλλῃ*, unde
Schweigh. conjicit, eos forsan voluisse *καὶ ἄλλα ἅπερ τῇ ἄλλῃ*;
ad sententiam sane accommodate *), sed et tunc *καὶ ἄλλα τάπερ* 13
τῇ ἄλλῃ esse debet. Atque in hoc equidem acquiesco. — Ve-
rum in quinto loco omni auxilio destituti sumus, II, 113, 3. *ἦν
δὲ ἐπὶ τῆς ἠϊόνος ὃ καὶ νῦν ἐστὶ Ἡρακλέος ἱρόν*. Sed quis in
unico hoc exemplo dubitet, post tot centena recti usus exem-
pla allata, etiam hic vel invitis libris rescribere *τὸ καὶ νῦν ἐστι*,
fere ut II, 181, 7. *ἄγαλμα ἀπέπεμψε ἐς Κυρήνην, τὸ ἔτι καὶ ἐς
ἐμὲ ἦν σόον*.

Progredimur nunc ad casus obliquos, quorum duplicem esse formam, alteram a consonante *τ*, alteram a spiritu incipientem, supra jam monuimus. Hanc quaestionem ita partiemur, ut primum monstremus, relativum in casibus obliquis semper *τ* praefixum habere, ubi non praepositionem sequatur, quo *μέχρι* et *ἄχρι* quoque pertinent, tum vero de eo usu loquamur, qui post praepositiones obtinet.

Praepositione itaque non praecedente, relativi *ὅς* casus obliquos a litera *τ* incipere sequentia exempla demonstrant.

Hutt. fabulis refertum satis significat. — Sed haec quae Lobeckio meo accepta grato animo fero, sufficiant. Herodotus vero in posterum spero non amplius testimonium in hac causa dicet. Ipse mihi ea quae narrat ex fabula nota et rumore vulgi hausisse videtur; Lobeckius vero credit, eum ipsos Abaridis *χρησμοὺς* ob oculos habuisse. — Sed ut eo redeam, unde diverticulum haec nota sibi quaesivit, idem Schweigh., qui ad VIII, 68, 3. contra omnes codd. *τοί* retinuit, antea ad I, 186, 6., ubi Wessel. adhuc *τοὶ γὰρ Βαβυλώνιοι* ediderat, quamvis contrarium omnibus libris scriptis suadentibus, *οἵ* restituendum judicavit, *nec ferendam insolitam istam loquendi formulam.* Vanus itaque Reiskii quoque conatus est in IV, 20, 2. *τοὶ δὲ αὐτῶν* pro *τὰ δὲ αὐτῶν* scribi jubentis.

*) *Hae sunt illic ferae, et item* caeterae, *quae alibi.* Sic Steph. Latine reddidit. Schweigh. vero: *et hae ibi bestiae sunt*, et aliae *quae item alibi.* Larcher. *et outre cela* tous *ceux qui se trouvent ailleurs.*

Τοῦ.

I, 14, 3. — 51, 5. — 85, 1. — 90, 5. — 93, 2. — 171, 9. — 188, 2. — 189, 1.

II, 65, 5. — 85, 1. — 86, 2. — 111, 7. (τοῦ γε) — 112, 1. — 121, 5. — 170, 1. — 176, 1.

III, 60, 6.

IV, 2. 1. — 16, 2. (τοῦπερ) — 43, 8. — 81, 2. — 85, 2. — 138, 2.

V, 25. — 32, 2. — 72, 8. — 92, 2. — 111, 4.

VI, 62, 1. — 86, 16. — 103, 1. — 117, 3. — 125, 5.

VII, 36, 6. — 39, 4. — 113, 1. (τοῦπερ) — 233, 4.

VIII, 55, 1, — 60, 9. — 95, 1. — 140, 4. (τοῦπερ, sed loco dubio)

IX, 93, 1. (loco dubio) — 96, 4. — 109, 4. — 110, 3.

Τῆς.

I, 100, 2. — 124, 5. (τῆςπερ) — 216, 2.

II, 1, 1. — 15, 7. — 24, 3. — 96, 1. — 101, 2. — 111, 5. 6. — 124, 8. — 126, 3. — 135, 3. — 149, 1. — 158, 1.

III, 155, 6.

IV, 9, 2. — 78, 4. — 79, 2. — 87, 1. — 97, 3. — 120, 2. 3. (bis; altero loco unus cod. F. ἧς) — 128, 2. — 152, 1.

V, 40, 1. 2.

VII, 8, 6. — 99, 1. — 113, 1. — 121, 3. — 123, 4. — 180, 1. (ubi un. cod. F. ἧς) — 181, 1. — 182, 1.

VIII, 47, 2. — 65, 5. — 82, 1.

IX, 20, 1. — 90, 1. (τῆςπερ) — 106, 2.

14 *Τῷ.*

I, 23, 2. — 61, 8. — 80, 5. — 84, 2. — 94, 7. — 96, 1. — 107, 4. — 110, 1. — 143, 4. — 144, 3. — 152, 1. 4. — 155, 4. — 157, 5. — 163, 2. — 171, 8. (τῷπερ) — 175, 2. — 180, 1. — 196, 1. — 208, 2. (τῷπερ) — 211, 3. — 212, 2. (τῷπερ) — 216, 6.

II, 73, 1. — 86, 9. — 95, 3. — 102, 1. — 107, 1. — 112, 1. — 113, 4. — 116, 1. (τῷπερ) — 125, 6. — 129, 1. 4. — 137, 1. — 141, 1. — 162, 3. — 177, 3.

III, 9, 4. — 45, 4. — 50, 4. — 70, 2. (ubi nonnulli codd., inter quos *a* ὅτῳ, quod per se non damnandum ὁτέῳ tamen scribi debebat) — 85, 1. — 120, 3. — 122, 7. — 130, 7.

— 134, 11. — 140, 2. — 142, 1. 5. — 143, 1. 3. — 145, 1. — 152, 2. — 155, 2.

IV, 5, 1. — 11, 1. — 18, 2. — 43, 4. — 54, 1. — 57, 2. — 60, 2. — 81, 5. — 92, 1. — 143, 1. — 151, 3. — 155, 1. — 157, 5. — 159, 4. — 161, 3. — 164, 5. — 168, 4. — 172, 3. — 178, 2. — 180, 10. — 184, 5.

V, 16, 4. — 23, 2. — 33, 3. — 37, 1. — 49, 1. — 52, 5. — 92, 19. — 106, 1. 4.

VI, 23, 1. — 52, 6. — 61, 4. — 63, 2. (ubi pro τῷ alii codd. ἐξ ὅτου) — 77, 1. — 105, 2. — 119, 2.

VII, 26, 3. — 40, 4. 6. — 46, 4. — 61, 4. — 69, 1. — 106, 1. — 143, 1. — 198, 4. — 203, 3. — 227. — 232.

VIII, 21, 1. — 37, 1. — 51, 2. — 61, 1. — 57, 2. — 105, 1. — 133, 1. — 136, 1. — 138, 2.

IX, 78, 4. — 79, 4.

Τῇ.

I, 30, 10. (τῇπερ) — 40. — 60, 5. — 84, 2. 3. 4. — 86, 6. (τῇπερ) — 107, 1. — 110, 1.*) — 120, 1. — 133, 1. — 148, 1. — 151, 3. — 165, 2. — 170, 1. — 174, 4. — 184, 2. — 185, 1. 8. — 191, 2. (bis) — 203, 1.

II, 8, 2. 5. — 11, 2. — 15, 1. — 26, 2. (bis) — 29, 7. 10. — 33, 6. — 67, 4. — 82, 1. — 106, 2. (bis) — 120, 5. — 124, 6. — 135, 6. — 149, 2. — 158, 5. — 181, 2. 3.

III, 31, 1. — 48, 4. — 64, 4. — 68, 3. — 72, 5. — 80, 4. — 88, 4. — 125, 5.

IV, 44, 1. — 53, 3. — 62, 8. — 78, 3. — 85, 2. — 103, 3. — 114, 1. — 140, 4. — 154, 2. — 156, 5. — 160, 5. — 178, 2. — 195, 1.

V, 21, 2. — 33, 5. — 48, 2. — 51, 1. — 67, 4. — 83, 3.

---

*) *οὔνομα δὲ τῇ γυναικὶ ἦν τῇ συνοίκεε, Κυνὼ κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν· κατὰ δὲ τὴν Μηδικὴν Σπακώ· τὴν γὰρ κύνα καλέουσι σπάκα Μῆδοι.* Ipsa verba adscripsi, ne quis lexica nostra novis vocabulis ditaturus grammatico veteri apud Herm. de em. Gr. gr. rat. p. 434., et ei, qui hunc secutus est, Osanno in auct. lex. Gr. p. 148. fidem habeat: *στάξ, ὁ κύων παρὰ Πέρσαις.* Rectum casum *σπάξ* nostra lexica jam praebent. — Quam caute hoc Osanni auctario utendum sit, vel ex eo solo exemplo constabit, quod addubitatum vocabulum *περιφθάνω* tuiturus Herodotum nostrum citat, VI, 15. [cf. VIII, 27, 2.] ubi scilicet *περιέφθησαν* legitur, ad *περιέπω* referendum.

VI, 52, 2. — 74, 2. — 113, 1. (un. cod. F. ᾗ) — 126, 2. — 133, 4.

VII, 9, 7. — 10, 21. (bis) — 22, 4. — 31, 1. — 40, 2. — 58, 4. — 102, 1. — 108, 3. — 115, 3. — 139, 1. (τῇ γε) — 140, 1. — 165, 3. — 168, 5. (τῇπερ) — 173, 7. — (τῇπερ) — 176, 2. — 178, 3. (τῇπερ) — 200, 3. — 209, 9. — 216, 2. — 228, 1. (τῇπερ) — 235, 3. — 236, 6. — 239, 1.

VIII, 13, 2. — 19, 1. — 41, 1. — 53, 2. — 68, 5. (loco dubio; cff. quae postea de κῇ dicturi sumus) — 121, 3. (τῇπερ) — 143, 3. (τῇπερ al. τῇ).

IX, 57, 2. — 60, 2. — 63, 1. — 66, 2. — 70, 4. — 97, 1. — 110, 2. — 111, 3. — 118, 1.

Τόν.

I, 1, 2. — 5, 5. — 7, 2. — 14, 7. — 19, 5. — 32, 11. — 42, 2. — 44, 1. — 57, 4. — 60, 7. — 67, 6. — 84, 3. — 86, 5. — 90, 3. — 92, 1. — 107, 4. — 108, 7. — 110, 1. — 113, 1. — 117, 1. — 118, 1. — 162, 1. — 202, 5. — 206, 3.

II, 8, 3. (loco dubio) — 11, 3. — 42, 2. — 43, 1. — 45, 1. — 61, 2. — 79, 2. — 100, 4. — 102, 2. — 108, 1. — 111, 1. — 120, 5. — 121, 3. 4. 17. — 135, 5. — 136, 1. — 141, 1. — 144, 3. — 148, 1.

III, 1, 8. — 20, 2. — 22, 5. — 27, 1. — 29, 3. — 30, 2. — 34, 1. — 47, 2. (bis) 4. — 61, 3. (bis) — 63, 4. 6. — 65, 6. 7. 8. — 69, 2. (bis) — 83, 2. — 119, 5. 9. — 127, 2. — 137, 5. — 147, 1.

IV, 2, 5. — 9, 8. — 14, 1. — 35, 2. (bis) — 43, 1. — 48, 3. — 64, 3. — 68, 1. 3. — 78, 2. — 81, 3. — 87, 5. — 157, 5. (bis)

V, 14, 1. — 25. — 30, 2. — 43, 3. — 45, 1. — 50, 3. — 52, 8. — 62, 1. — 92, 2. — 106, 1. 9. — 113, 3.

VI, 39, 1. — 71, 1. — 122, 2. — 125, 3. — 129, 1.

VII, 26, 3. — 39, 1. — 54, 3. (al. τό) — 104, 5. — 180, 2. — 185, 3. — 188, 2. — 194, 1. (ubi un. cod. ὅν) — 198, 4. — 226, 2.

VIII, 27, 4. — 52, 1. — 57, 2. — 79, 1. — 92, 1. 2. — 94, 2. — 126, 1. (ubi pro ὅν, quod veteres editiones, etiam Steph., offerunt, contra 6 codd. e silentio de ceteris ne Schweigh. quidem argumentum peti posse credit.)

IX, 5, 1. — 9, 1. — 16, 5. — 20, 1. — 26, 4. — 33, 2. — 37, 2. — 43, 1. — 51, 5. — 85, 5. — 90, 2. — 122, 1.

Τήν.

I, 41, 1. — 75, 1. — 93, 6. — 107, 2. — 168. — 173, 2. — 181, 7. — 192, 3. — 202, 8.

II, 18, 3. — 29, 5. (bis) — 40, 1. — 65, 7. — 87, 3. — 91, 8. (ubi quatuor codd. ἥν) — 100, 4. — 122, 2. — 124, 5. — 129, 3. (al. τό) — 134, 1. — 158, 1. 7. — 161, 3. — 171, 2.

III, 15, 3. — 26, 1. — 33, 2. — 41, 2. — 65, 2. — 85, 6. — 101, 2. — 107, 2. — 120, 4. — 135, 3. 5. — 140, 11. — 150, 3.

IV, 8, 3. — 11, 2. — 20, 2. — 52, 1. — 64, 2. — 79, 2. — 97, 6. — 145, 1. — 146, 4. — 155, 1. (Sic recentt. editt. e sex codd. Veteres, etiam Steph. ἥν; de ceteris codd. siletur.) — 169, 2. (bis) — 180, 3. — 191, 3. — 198, 4. — 199, 1. — 201, 7.

V, 23, 2. — 39, 4. 5. — 49, 7. — 88, 1. — 95, 3. — 115, 2. — 124. 3.

VI, 52, 1. — 71, 3. — 137, 2. (bis)

VII, 19, 1. — 31, 2. — 66, 2. — 69, 3. — 77, 1. — 86, 1. (τήνπερ) — 151, 3. — 152, 1. (τήνπερ) — 164, 2. — 170, 2. — 176, 6. (τήνπερ) — 213, 3. — 235, 3.

VIII, 98, 3. — 106, 1. — 135. 3. 16

IX, 7, 3. — 58, 5. — 74, 2. — 93, 8. — 94, 4. — 111, 3.

Τό.

I, 1, 4. (ubi sex codd. ὅ) — 32, 7. — 39, 1. — 51, 6. — 68, 2. (τόπερ) — 78, 2. — 106, 1. [in eadem §. ὅπερ erat in editt. nunc ὅ τι.] — 108, 6. — 111, 4. — 119, 5. 7. — 129, 1. — 139, 2. — 173, 3. (τόπερ) — 207, 1.

II, 13, 4. — 18, 1. — 51, 3. (al. τά) — 65, 5. 7. — 94, 1. — 133, 3. — 156, 7. — 175, 3.

III, 6, 1. — 14, 6. — 30, 2. — 31, 5. (al. τά) — 40, 6. — 51, 1. — 58, 2. — 62, 3. — 65, 2. — 100, 1. — 103, 1. — 112, 1. — 133, 3.

IV, 10, 5. — 31, 3. — 56. (τόπερ) — 131, 2. — 172, 4. 6.

V, 23, 3. — 80, 1. — 94, 2. — 102, 1. — 111, 3.

VI, 37, 3. — 62, 1. 3. — 65, 4. — 69, 6. — 77, 2. — 91, 2. — 119, 4. — 138, 7. (ὃ nonnulli codd.) — 140, 1.

VII, 8, 7. — 11, 5. — 17, 3. — 37, 3. — 38, 2. (bis) — 40, 5. — 57, 1. — 103, 7. — 125, 2. — 208, 3. — 234, 3.

VIII, 43, 1. (duo codd. ὃ) — 45. (loco dubio) — 51, 2.

IX, 54, 2. — 65, 1. — 97, 1. — 109, 3.

Τῶν.

I, 1, 5. — 2, 3. — 6, 2. — 23, 2. — 26, 4. — 29, 2. — 34, 3. — 37, 1. — 45, 4. — 51, 1. 4. — 78, 4*). — 94, 1. — 106, 2. (τῶνπερ) — 114, 4. — 115, 3. — 142, 1. (bis) 6. — 146, 2. 4. — 158, 3. — 178, 4. — 184, 1. — 193, 3. — 202, 5. — 206, 1. (τῶνπερ)

II, 1, 1. 2. (bis) — 10, 4. — 14, 3. — 20, 1. 2. — 22, 2. — 37, 11. — 41, 3. — 43, 5. — 50, 3. — 55, 5. — 65, 3. 4. — 68, 3. — 77, 1. — 101, 2. — 107, 1. — 108, 1. — 110, 2. — 111, 5. — 116, 6. — 121, 2. 29. — 123, 3. — 144, 1. — 157, 1. 2. — 159, 2. (editt. vett. ὧν, quod unus saltem cod. certo habet) — 160, 2.

III, 1, 1. — 15, 2. — 40, 4. — 47, 4. — 60, 6. — 61, 1. — 67, 3. — 75, 2. — 80, 10. — 82, 2. — 94, 4. — 98, 2. — 101, 1. — 105, 3. — 122, 3. — 139, 2. — 142, 6. — 157, 1.

17 IV, 9, 8. — 24, 2. — 31, 1. — 42, 3. — 46, 3. — 48, 1. — 51, 2. — 58, 2. — 65, 4. — 71, 4. 5. — 73, 1. — 87, 2. — 94, 2. — 109, 5. (un. cod. ὧν) — 114, 6. — 119,

---

*) *οὐδέν κω εἰδότες τῶν ἦν περὶ Σάρδις τε καὶ αὐτὸν Κροῖσον.* Matthiaei ad h. l. annotatio est haec: „delendum ἦν. Neque enim hujusmodi attractio locum habet, ubi pron. relativi nominativus ponendus erat, ut h. l. *οὐδέν κω εἰδότες ἐκείνων ἃ ἦν.*“ Diu me ejusdem sententiae fuisse confiteor, eandemque receptae scripturae mutationem discipulis meis proposuisse, mihi conscius sum. Sed apud Herodotum ab hac mutatione nunc quidem abstineo, his exemplis motus I, 92, 5. *τὴν δὲ οὐσίην αὐτοῦ ἔτι πρότερον κατιρώσας τότε τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἀνέθηκε ἐς τὰ εἴρηται*, quod sane est *ἐς ἐκεῖνα, ἃ εἴρηται.* Similiter II, 8, 2. *ταύτῃ μὲν λῆγον ἀνακάμπτει ἐς τὰ εἴρηται τὸ ὄρος.* [III, 16, 4. *Πέρσῃσι μὲν, δι' ὅπερ εἴρηται, θεῷ οὐ δίκαιον εἶναι λέγοντες νέμειν νεκρὸν ἀνθρώπου.*] V, 92, 16. *τὸ παιδίον . . . . φέρουσα κατακρύπτει ἐς τὸ ἀφραστότατόν οἱ ἐφαίνετο εἶναι.*

3. — 124, 2. — 135, 1. — 152, 4. — 176, 1. — 184, 1. — 187, 3. — 192, 1.

V, 1, 1. — 20, 5. (τῶνπερ) — 29, 3. — 30, 7. — 33, 5. — 36, 3. — 49, 8. — 57, 1. — 58, 1. — 61, 3. — 62, 1. — 82, 6. — 90, 3. — 92, 13. 29. — 106, 2. 7. — 119, 3.

VI, 21, 2. — 52, 7. — 86, 10. (sic nunc e duob. codd. editum; antea erat ὧν) — 87, 1. — 103, 1. — 109, 8. — 110, 2. — 112, 4.

VII, 5, 3. — 6, 4. — 8, 13. — 9, 3. — 20, 2. (bis) — 27, 3. — 50, 8. — 52, 1. (ter.) — 53, 4. — 58, 1. — 96, 2. — 99, 4. — 103, 8. — 108, 3. — 109, 3. — 112, 1. — 115, 2. — 126, 1. — [145, 3.] — 154, 4. — 161, 6. — 163, 2. — 164, 3. — 170, 5. — 187, 2. (al. etiam codd. nonn. ὧν.) — 194, 1. — 196, 1. — 205, 3. — 211, 1. — 215, 1. — 224, 2. — 233, 1. — 236, 4. — 238, 3.

VIII, 18. — 27, 5. — 37, 1. — 39, 1. — 49, 1. — 59, 1. — 66, 3. — 68, 4. (τῶνπερ) 9. — 73, 5. — 90, 1. — 92, 3. — 93, 4. — 100, 4. — 102, 5. — 105, 1. — 110, 3. — 124, 4. — 132, 1. — 133, 1. — 143, 3. — 144, 4. (e duob. codd. editum est τῶν; in plurimis, ut in vett. editt. ὧν) 7.

IX, 21, 5. — 27, 3. — 37, 4. — 58, 5. — 64, 1. — 66, 2. — 69, 3. — 78, 2. — 81, 1. — 85, 1. — 93, 8. — 94, 3. — 98, 4. — 99, 3. — 111, 4. — 116, 5. — 120, 4. — 122, 3.

Τοῖσι.

I, 34, 5. — 71, 4. — 118, 3. — 119, 5. — 141, 1. — 146, 2. — 153, 2. 3. — 171, 4. — 175, 1.

II, 17, 6. — 39, 3. (bis) — 45, 3. — 79, 2. — 85, 1. — 92, 2. — 96, 1. — 139, 4. — 141, 1. — 146, 1. — 154, 1.

III, 21, 2.

IV, 22, 3. — 44, 1. — 46, 5. — 66, 2. — 99, 7. — 123, 5. — 171, 2. — 183, 1. — 184, 1. — 191, 1. — 193.

V, 9, 2. — 49, 13. — 58, 1. — 92, 9.

VI, 4, 2. (τοῖσίπερ) — 75, 1. — 90, 1. — 126, 4.

VII, 10, 8. — 24, 3. (τοῖσίπερ) — 34, 1. — 36, 1. — 39, 5. — 134, 2. — 188, 3. — 205, 3. — 208, 3. — 225, 4. — 238, 3.

VIII, 89, 2. — 110, 3. — 112, 1. — 113, 3. — [136, 4.] — 144, 3.

IX, 19, 1. — 33, 8. — 58, 4. — 79, 3. — 94, 4. — 99, 5.

Τῇσι.

II, 151, 1. (*τῇσίπερ*) — VII, 123, 2.

Τούς.

I, 11, 1. — 27, 4. — 29, 3. — 56, 2. — 67, 6. — 105, 5. — 128, 3. — 141, 1. — 186, 5. — 193, 8. (bis) — 200, 2. — 202, 3.

II, 29, 3. — 32, 3. — 36, 2. — 74, 2. — 77, 5. — 92, 10. — 100, 6.

III, 11, 2. — 37, 2. — 44, 4. — 97, 2. — 98, 3. — 157, 2.

18 IV, 18, 1. — 44, 2. — 69, 4. — 72, 1. — 103, 1. 3. — 146, 2. — 197, 1. — 204, 1.

V, 16, 7. — 37, 3. — 49, 9. — 52, 6. — [63, 4.] — 90, 4.

VI, 13, 1. — 42, 3. — 57, 2. — 92, 1. (*τούς* in uno cod. omissum est, in tribus est *οὕς*. De quo postea dicetur.) — 96, 2. — 108, 9. — 125, 4. (in nonn. codd. est *οὕς*.)

VII, 9, 7. — 10, 20. — 11, 5. — 13, 1. — 168, 1. — 181, 3. — 205, 3. — 211, 1.

VIII, 98, 2. — 107, 1.

IX, 4, 1. (un. cod. F. *οὕς*) — 58, 2. — 71, 6. — 88, 2. (un. cod. F. *οὕς*) — 99, 3.

Τάς.

I, 66, 5.

II, 36, 4. — 72, 1. — 106, 1. — 124, 7. — 125, 1.

III, 10, 2. — 89, 1. — 113, 2. — 147, 1.

IV, 33, 3. — 38, 1. — 85, 1. — 145, 8.

V, 52, 3.

VI, 32, 1. — 95, 1. (un. cod. *ἅς*) — 139, 2. (duo codd. *ἅς*)

VII, 22, 6. — 141, 2. — 170, 5. (tres codd. *ἅς*)

VIII, 46, 4.

IX, 39, 2. — 70, 8. — 73, 2. — 93, 8. — 114, 1.

Τά.

I, 11, 3. — 21, 2. — 32, 2. — 39, 2. — 44, 2. — 48, 3. 4. — 68, 4. — 69, 1. — 74, 6. (τάπερ) — 75, 2. — [86, 6. ἅ erat in vulg. loco perquam memorabili.] — 86, 7. — 88, 2. — 89. 1. 4. — 90, 1. — 91, 5. (loco dubio) — 92, 5. *) — 93, 3. — 123, 4. — 124, 4. 6. — 125, 2. — 126, 4. — 127, 3. — 133, 6. — 141, 2. — 155, 3. (τάπερ) — 156, 3. — 164, 3, — 167, 3. — 185, 1. — 191, 4. (τάπερ) — 203, 3. — 206, 1.

II, 3, 4. — 26, 4. (τάπερ) — 38, 3. — 40, 4. — 48, 3. — 49, 4. — 50, 2. — 51, 1. 3. — 54, 3. (τάπερ) — 60, 5. (τάπερ) — 65, 3. (bis) — 76, 2. — 92, 4. — 106, 5. — 114, 2. — 118, 3. — 121, 30. (τάπερ) — 125, 5. — 131, 2. (τάπερ) — 154, 2. — 171, 1. — 173, 7.

III, 16, 1. 4. — 20, 1. — 25, 4. — 39, 5. — 42, 6. — 43, 1. — 51, 1. — 52, 3. (bis) — 62, 3. — 65, 9. — 66, 1. 3. — 69, 7. — 72, 2. (bis) — 73, 2. (bis) — 80, 4. — 81, 1. (bis) — 82, 1. (bis) — 97, 6. — 111, 2. — 136, 4. — 137, 3. — 142, 3. — 148, 1. — 155, 4. 9. (loco dubio) — 156, 3. — 157, 2. (τάπερ)

IV, 43, 8. — 53, 3. — 71, 3. (τάπερ) — 79, 7. — 95, 5. — 111, 3. (τάπερ) — 120, 1. — 161, 4. — 173, 2. — 187, 4. — 199, 2.

V, 4, 1. — 13, 1. (bis) — 20, 4. — 24, 5. 6. (τάπερ) — 30, 8, — 34, 3. — 36, 4. — 45, 3. — 47, 2. — 49, 7. — 51, 2. — 72, 1. — 82, 6. — 84, 1. 2. — 89, 2. — 91, 5. — 92, 17. 26. (τάπερ) — 94, 2. (τάπερ a Gaisf. est) — 107, 1. — 120, 2.

VI, 35, 4. (τάπερ) — 42, 3. — 47, 1. — 49, 1. 3. — 19
55. — 66, 3. — 70, 1. — 75, 3. — 102, 1. — 109, 4. — 122, 1. — 134, 3.

VII, 5, 4. (τάπερ) — 8, 1. 4. 7. 10. — 15, 2. — 16, 2. 6. — 17, 3. — 29, 3. (τάπερ) — 38, 4. — 49, 1. — 101, 1. — 102, 1. — 104, 6. — 112, 2. — 136, 3. — 152, 2. — 172, 1. — 176, 5. — 195, 2. — 208, 5. (τάπερ) — 209, 3. (τάπερ) — 215, 1. — 236, 6. — 237, 2. — 239, 1.

VIII, 22, 1. — 26, 2. — 55, 1. — 58, 2. — 60, 7. 10.

---

*) cf. supra not. pag. 16.

— 68, 2. 5. — 75, 2. — 80, 1. — 102, 3. (bis) — 103, 1. (τάπερ) — 110, 3. — 135, 2. — 137, 7. — 144, 2.

IX, 2, 3. — 26, 7. — 34, 3. 4. — 46, 1. (τάπερ) — 5. (τάπερ) — 53, 3. — 55, 4. (τάπερ) — 79, 3. — 94, 6. — 98, 4. — 111, 2. — 116, 3.

Hic nisi in summa colligenda a nobis erratum est, locos indicavimus centum sexaginta et novem supra mille, inter quos non nisi viginti et duo reperti sunt, ubi aut codex unus pluresve aut veteres editiones in lectione recepta non consentiant. Hoc tanto numero freti, multitudine quasi parvam illam manum exemplorum contrarii, quae non ultra viginti septem ascendunt, obruere possemus; cum haec comparatio numerorum (nam contra quadraginta fere et tria recti usus exempla unum contrarii pugnat) sufficere videatur, ut ubique spiritum asperum in literam τ mutandum decernere possimus. Sed cum in plerisque etiam aliae causae accedant partim criticae, partim a solenni usu Herodoti petitae, quae non ita scriptum esse vincant, cumque in aliis nulla ratio reddi possit, cur Herodotum ita loqui praetulisse opineris, singulos locos paulo accuratius examinemus.

VI, 92, 5. ἦγε δὲ αὐτοὺς στρατηγὸς ἀνὴρ, ᾧ οὔνομα Εὐρυβάτης, πεντάεθλον ἐπασκήσας. Ex notis Schweigh. et Gaisf. non scias, tria ista vocabula ἀνὴρ ᾧ οὔνομα utrum jam in antiquis editionibus legantur an in recentioribus demum e sex codd. addita sint. Sed cum in edit. Steph. ea non reperiam, a Wesselingio addita suspicor. Desunt vero non solum in editt. vett. sed etiam in duobus codd., S. et *a* saepius jam a nobis laudatis. Verum ut Valckenaerii verba ad VIII, 68, 1. mea faciam, *hic sorex suis se prodit indiciis.* Quodni esset, ᾧ simpliciter in τῷ mutandum esset, nam ubique, ubi haec formula reperitur, quod quam saepe fiat statim videbimus, τ additum habet. Sed non a Herodoti manu haec tria verba profecta esse, monstrat praeterea ineptum illud, στρατηγὸς ἀνήρ, quod male a Wesselingio defenditur e VI, 83, 2. ἦλθε ἀνὴρ μάντις Κλέανδρος; quantopere enim haec inter se differant, monere haud opus est. Quod cum sentiret Schweighäuserus, eo perfugit, ut seriem verborum talem forsan accipiendam pronunciaret, στρατηγὸς ᾧ οὔνομα Εὐρυβάτης, ἀνὴρ πεντάεθλον ἐπασκήσας ut de eodem homine IX, 75, 1. Εὐρυβάτην τὸν Ἀργεῖον ἄνδρα πεντάεθλον dicitur. At usum linguae huic verborum seriei obstare, quivis facile videt.

Accedit tandem, ut νόθα haec tria vocabula esse demonstremus, gravissimum argumentum inde petitum, quod Herodotus verbum substantivum ἦν non omissurus fuisset. Nihil enim frequentius apud Herodotum est formulis τῷ οὔνομα ἦν, ἐτέθη, ἐστί, κεῖται similibus, in quibus ἐστί omitti potest, ἦν non potest, cujus rei causa in aperto est. Legitur itaque τῷ οὔνομα ἦν I, 60, 5. (τῇ) — 61, 8. — 84, 2. — 96, 1. — 107, 4. — 110, 1. — 144, 3. — 152, 1. 4. — 163, 2. — 165, 2. (τῇ) — 184, 2. (τῇ) — 185, 1. (τῇ) — 211, 3. — II, 102, 1.*) — 113, 4. — 135, 6. (τῇ) — 162, 3. — 181, 3. (τῇ) — III, 50, 4. — 68, 3. (τῇ) — 85, 1. — 88, 4. (τῇ) — 130, 7. — 143, 1, 3. — 145, 1. — IV, 28, 3. (τῇ) — 151, 3. — 154, 2. (τῇ) — 157, 5. — 159, 4. — 160, 5. (τῇ) — 161, 3. — 164, 5. — V, 21, 2. (τῇ) — 33, 3. — 48, 2. (τῇ) — 51, 1. (τῇ) — VI, 23, 1. — 126, 2. (τῇ) — VII, 40, 6. — 140, 1. (τῇ) — 143, 1. — 165, 3. (τῇ) — 227. — VIII, 37, 1. — 75, 2. — 133. 1. Quo etiam pertinet II, 55, 5. τῶν τῇ πρεσβυτάτῃ οὔνομα ἦν. Exempla temporis praesentis τῷ οὔνομά ἐστι sequentia sunt: I, 175, 2. — 180, 1. — II, 29, 7. (τῇ) — IV, 43, 4. — 57, 2. — 92, 1. — 156, 5. (τῇ) — 168, 4. — 178, 2. — 184, 1. (τοῖσι) — 184, 5. — V, 16, 4. — 23, 2. — 83, 3. (τῇ) — VI, 119, 2. — VII, 40. 4. — 108, 3. (τῇ) — 123, 2. (τῇσι) — 235, 3. Huc quoque referuntur τῷ οὔνομα τυγχάνει ἐόν VII, 26, 3. — VII, 58, 4. (τῇ) In oratione vero obliqua occurrit τῷ οὔνομα εἶναι. I, 94, 7. — II, 112, 1. — 137, 1. — 141, 1. — III, 120, 3. — IV, 5, 1. — 81, 5. — 195, 1. (τῇ) — V, 9, 2. (τοῖσι) — VI, 52, 2. (τῇ) — 52, 6. — VII, 232. His adde formulas τῷ οὔνομα κεῖται. II, 17, 91. (τοῖσι) — IV, 18, 2. — 22, 3. (τοῖσι) — 123, 5. (τοῖσι) — 191, 1. (τοῖσι) — VI, 77, 1. — VII, 198,

---

*) τῷ οὔνομα ἔην Σέσωστρις. Corrige ἦν e quatuor saltem codd. Et fere credam omnes libros scriptos hoc dare. Nam Mediceum ἔην dare ex Gronovii silentio concludi posse Schweigh. opinatur. Ego vero, cum Schweigh. codd. Parisinos Mediceo adjungat, nulla codicum horum, qui ita scribant, nota addita, ex silentio ejus viri, qui hos codd. non nimis accurate contulit, nil concludi posse opinor. Nam ἔην ad eas epicas formas pertinet, quas ex Herodotea oratione prorsus ejiciendas esse, nunc mihi lectores credant velim; alia occasione oblata demonstrabo.

4. — 200, 3. *τῇ* cf. Valck. Tum *τῷ οὔνομα ἐτέθη* IV, 155, 1. — II, 154, 1. (*τοῖσι*) Tandem transitivam formulam *τῷ οὔνομα ἔθετο* (*ἔθεντο*) I, 107, 1. (*τῇ*) — 143, 4. — 148, 1. (*τῇ*) — VII, 61, 4. Exstant quidem loci, ubi verbum substantivum deest, sed hoc semper temporis praesentis *ἐστί* esse, supra jam monuimus. II, 73, 1. *ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱρὸς, τῷ οὔνομα Φοίνιξ*, III, 9, 4. *Ποταμός ἐστι μέγας ἐν τῇ Ἀραβίῃ, τῷ οὔνομα Κόρυς*, IV, 45, 1. *Μετὰ δὲ τούτους πέμπτος ποταμὸς ἄλλος, τῷ οὔνομα Παντικάπης*, IV, 178, 2. *ἐν δὲ αὐτῇ νῆσος ἔνι, τῇ οὔνομα Φλά*, V, 52, 5. *καὶ τῆς Ἀρμενίης ἐστὶ ποταμὸς νηυσὶ περητὸς, τῷ οὔνομα Εὐφρήτης.* Jam cum in eo loco, de quo agitur, *omnes* codd., e quibus tria ista verba in orationem Herodoti illata sunt, *ἦν* omittant, quod scriptorem nostrum nunquam omittere demonstravimus (nam in uno tantum loco III, 88, 4. in uno cod. *ἦν* deesse notatum est); cum praeterea in reliquis pluribus quam centum locis ne in uno quidem codice pronomen a spiritu incipere videamus, a quo h. l. in omnibus codd. incipit; tandem cum vocem *ἀνήρ* et sententia et ordo verborum condemnet, luce clarius omnibus erit, haec tria verba *ἀνὴρ ᾧ οὔνομα* rursus ex oratione Herodoti ejicienda esse.

Ipsa argumenti similitudo nos ducit ad II, 81, 1. *ἐνδεδύκασι δὲ κιθῶνας λινέους περὶ τὰ σκέλη θυσανωτοὺς, οὓς καλέουσι καλασίρις.* Nescias sane cur in tam simplici formula scriptor
21 variare voluerit, cui in eodem plurali numero haec placuerunt: I, 105, 5. *καὶ ὁρᾶν παρ' ἑωυτοῖσι τοὺς ἀπικνεομένους ἐς τὴν Σκυθικὴν χώρην ὡς διακέαται, τοὺς καλέουσι Ἐναρέας οἱ Σκύθαι.* I, 193, 8. *φοινίκων, τοὺς ἔρσενας Ἕλληνες καλέουσι.* II, 36, 4. *ἀπ' ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζειὰς μετεξέτεροι καλέουσι.* II, 77, 5. *ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κυλλήστις ὀνομάζουσι,* unde eorum quoque opinio refellitur, si qui sint qui contendant propter ingratum sonum Herodotum maluisse *οὓς* post *θυσανωτούς* quam *τούς*. Cf. praeterea II, 92, 4. *τὰ — καλέουσι*, II, 125, 1. *τὰς — ὀνομάζουσι*, II, 171, 1. *τὰ καλέουσι*, III, 89, 1. *τὰς . . . καλέουσι*, III, 111, 2. *τὰ — καλέομεν*, IV, 18, 1. *τοὺς . . . καλέουσι*, IV, 33, 3. *τὰς ὀνομάζουσι*, IV, 53, 3. *τὰ . . . καλέουσι*, IV, 199, 2. *τὰ — καλέουσι*, V, 16, 7. *τοὺς καλέουσι*, V, 49, 9. VI, 42, 3. VII, 176, 5. 211, 1. IX, 39, 2.

V, 6, 1. *τὰς δὲ παρθένους οὐ φυλάσσουσι, ἀλλ' ἐῶσι οἷσι αὐταὶ βούλονται ἀνδράσι μίσγεσθαι.* Ne propter attractionem,

qua vocabulum *ἀνδράσι* pronomini postpositum est, quisquam vereatur *οἷσι* in *τοῖσι* mutare, haec apponam exempla: I, 57, 4. *τὸν ἠνείκαντο γλώσσης χαρακτῆρα μεταβαίνοντες ἐς ταῦτα τὰ χωρία, τοῦτον ἔχουσι ἐν φυλακῇ*, I, 108, 7. *λάβε, τὸν Μανδάνη ἔτεκε παῖδα*, I, 118, 1. *κρύπτων τόν οἱ ἐνείχεε χόλον*, I, 173, 3. *ἐκαλέοντο, τόπερ ἠνείκαντο οὔνομα*, I, 207, 1. *τὸ ἂν ὁρῶ σφάλμα . . . ἀποτρέψειν*, II, 129, 4. *τῷ περιεπεπτώκεε πρήγματι*, III, 15, 3. *ἀπέλαβε τήν οἱ ὁ πατὴρ εἶχε ἀρχήν*, III, 62, 3. *τό τοι προςέθηκα πρῆγμα*, III, 105, 3. *τῶν ἔλιπον τέκνων*, III, 142, 6. *τῶν μετεχείρισας χρημάτων*, IV, 35, 2. *τὸν ἐτάξαντο φόρον*, IV, 43, 1. *τὸν ἐπέταξε ἄεθλον*, IV, 201, 7. *τὴν ἐποίησαν γέφυραν*, V, 34, 3. *τὰ ἔχοντες ἦλθον χρήματα*, V, 39, 4. *τὴν ἔχεις γυναῖκα*, ibid. 5. *τὴν ἔχει γυναῖκα*, V, 40, 1. *περιεχόμενον τῆς ἔχεις γυναικός*, V, 62, 1. *τὸν ἤϊα λέξων λόγον*, V, 92, 29. *τῶν οἱ συγκατέθαψε εἱμάτων*. VI, 108, 9. *τοὺς ἔθηκαν εἶναι οὔρους*, VI, 109, 8. *τῶν ἐγὼ κατέλεξα ἀγαθῶν*, VI, 122, 2. quem locum prae reliquis conferas velim cum eo, a quo quaestio haec orsa est, *ἐκ γὰρ πάντων τῶν Ἀθηναίων τὸν ἑκάστη ἐθέλοι ἄνδρα ἑωυτῇ ἐκλέξασθαι, ἔδωκε τούτῳ τῷ ἀνδρί*, VII, 52. 1. *τῶν ἀπεφήναο γνωμέων*, VII, 151, 3. *τὴν πρὸς Ξέρξεα φιλίην συνεθήκαντο*, VII, 154, 4. *τῶν δὲ εἶπον πολίων*, VIII, 49, 1, *τῶν αὐτοὶ χωρίων ἐγκρατέες εἰσί*, VIII, 135, 3. *τὴν ἐφέροντο δέλτον*.

Haec in memoriam revocant locum II, 118, 4., ubi attractionem alius generis neglectam miror, *καὶ οὐκ ἂν δικαίως αὐτοὶ δίκας ὑπέχειν, ἃ Πρωτεὺς ὁ Αἰγύπτιος βασιλεὺς ἔχει*, ubi si quis *ἅ* simpliciter in *τά* mutet, non refragabor quidem, sed Herodotum *τῶν* potius scripsisse arbitror. Nam in genitivo pluralis neglectam hanc attractionem non memini. Omitto notissimum illud *τῶν ἡμεῖς ἴδμεν*, quod ab I, 6, 2. inde saepissime scriptor noster usurpavit; sed vide praeterea haec exempla, I, 29, 2. *τῶν νόμων τῶν ἔθετο*, I, 45, 4. *ἀνθρώπων τῶν αὐτὸς ᾔειδε* (?), II, 14, 3. *οὐδὲν τῶν ὧλλοι ἄνθρωποι πονέουσι*, III, 80, 10. *τούτων, τῶν ὁ μούναρχος ποιέει*, III, 101, 1. — 105, 3. — 142, 6. — IV, 9, 8. — 114, 6. — V, 92, 29. — VI, 109, 8. — VII, 8, 13. — 52, 1. — 115, 2. — 164, 3. — VIII, 100, 4. — IX, 98, 4. — 116, 5. — 120, 4. Propius etiam ad locum nostrum accedunt hae formulae: V, 106, 2. *τοὺς δώσοντας ἐμοὶ δίκην τῶν ἐποίησαν*, VI, 87, 1. *δοῦναι δίκας τῶν εἰς Ἀθηναίους ὕβρισαν*, VII, 5, 3. *δοῦναι δίκας τῶν ἐποίησαν*, IX, 22

58, 5. *δώσουσι ἡμῖν τῶν ἐποίησαν δίκας*, IX, 93, 8. *πρὶν ἢ δίκας δῶσι τῶν ἐποίησαν*, IX, 94, 3. *δίκας ὑποστῆναι δώσειν τῶν ἐποίησαν.* Haec me quidem permovent, ut non in correctione *τά* acquiescere possim, quae vel contra codices, si ea contenti esse possemus, necessaria foret, sed ut audacius etiam *τῶν* scribendum esse censeam.

Si in hoc loco ex solo Herodoti usu loquendi correctio nostra pependit, alium contra locum nunc excitabimus, ubi correctionem proponendam non solum hic usus, quem dixi, defendit, sed ipsi libri manuscripti postulant. III, 98, 4. *οὗτοι μὲν δὴ τῶν Ἰνδῶν φορέουσι ἐσθῆτα φλοΐνην· ἥν, ἐπεὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ φλοῦν ἀμήσωσι καὶ κόψωσι, τὸ ἐνθεῦτεν φορμοῦ τρόπον καταπλέξαντες, ὡς θώρηκα ἐνδυνέουσι.* Sane non ipsam vestem scirpeam in storeae modum plectunt, sed scirpo, in hunc modum plexo, ut veste utuntur*). Sed ut nunc oratio constituta est, *καταπλέξαντες* ad *ἥν* referri debet. Verum hoc *ἥν* veteres quidem editiones, et tres libri manuscripti tuentur; abest vero idem a quinque aliis codd., inter quos nonnulli sunt optimae notae. Neque quidquam movet me Wesselingii auctoritas, id ita defendentis „*articulum ἣν ultima praecedentis syllaba in codicibus quibusdam devoravit, quae crebra omissionum causa.*“ Ejecta enim importuna hac voce omnia optime procedunt. Nam in his morum descriptionibus similibusque Herodotus *ἀσυνδέτοις* uti solet. Sed huc non referendi sunt ejusmodi loci, ut II, 93, 2. *οἱ ἰχθύες . . . τοιάδε ποιεῦσι· ἐπεάν σφεας ἐσίῃ οἶστρος κυΐσκεσθαι, ἀγεληδὸν ἐκπλώουσι.* Nam oratio non est *ἀσύνδετος*, ubi praecedunt *τοιόςδε*, *ὅδε*, *ὧδε* similia, quae frequentissime apud Herodotum occurrunt. Cf., si tanti est, II, 38, 1. *δοκιμάζουσι αὐτοὺς ὧδε· τρίχα ἢν καὶ μίαν ἴδηται ἐπεοῦσαν μέλαιναν, οὐ καθαρὸν εἶναι νομίζει.* I, 132, 1. — 139, 1. — 192, 1. — 197, 1. — 199, 1. — 216, 6. — II, 39, 1. — 40, 1. 2. — 47, 4.

---

*) Interpretes et Gallus et recentissimus Germanus sententiae convenienter *ἥν* ad *ἐσθῆτα* relatum negligunt. Larcher: Ces Indiens portent des habits tissus d'une plante, qui croît dans les rivières; ils la recueillent, et l'ayant bien battue, ils l'entrelacent en forme de natte et s'en revêtent, comme si c'étoit une cuirasse. — Lange: Diese Inder tragen Kleider von Binsen; nämlich wenn sie die Binsen aus dem Flusse geerndtet und geklopft, dann flechten sie dieselben zusammen wie eine Matte, und ziehen es an wie einen Harnisch.

— 56, 1. — 70, 1. — 87, 1. 2. — [95, 3., ubi *τάδε* ex solo F. accessit, forsan rejiciendum.] — IV, 22, 3. 4. — 26, 1. — 61, 1. 2. — 64, 1. — 67, 1. — V, 16, 2. 4. 5. etc. Sed vere *ἀσύνδετα*, qualia dico, quaeque cum loco, de quo agitur, comparari possunt, sunt haec: IV, 23, 2. 3. *οἰκέουσι ἄνθρωποι . . . . . ζῶντες δὲ ἀπὸ δενδρέων· ποντικὸν μὲν οὔνομα τῷ δενδρέῳ, ἀπ' οὗ ζῶσι*, IV, 67, 3. 4. *φιλύρης ὦν φλοιῷ μαντεύονται· ἐπεὰν τὴν φιλύρην τρίχα σχίσῃ, διαπλέκων ἐν τοῖσι δακτύλοισι τοῖσι ἑωυτοῦ καὶ διαλύων χρᾷ*, IV, 172, 3. *γυναῖκας δὲ νομίζοντες πολλὰς ἔχειν ἕκαστος ἐπίκοινον αὐτέων τὴν μίξιν ποιεῦνται τρόπῳ παραπλησίῳ, τῷ καὶ Μασσαγέται· ἐπεὰν σκίπωνα προστήσωνται, μίσγονται**). — IV, 187, 4. *ἢν δὲ καίουσι τὰ παιδία σπασμὸς ἐπιγένηται, ἐξεύρηταί σφι ἄκος· τράγου οὖρον σπείσαντες ῥύονταί σφεα*, ubi haec est Schweighäuseri annotatio: „*abjeci γάρ, praeeunte nostro ms. F. cum quo etiam alios facere probabile est. Amat Herodotus tale asyndeton.*" [cf. eund. ad VII. 128. p. 369.] 23

Pergamus vero in reliquis locis, ubi *τ* abjectum restitui debet, enumerandis. Atque quinque quidem locos sic nude ponamus, cum nulla idonea causa reddi possit, cur in simplice relatione auctor usum, pluribus quam mille exemplis demonstratum, deserere voluerit. Sunt vero hi: I, 109, 4. *εἰ δὲ θελήσει τούτου τελευτήσαντος ἐς τὴν θυγατέρα ταύτην ἀναβῆναι ἡ τυραννὶς, ἧς νῦν τὸν υἱὸν κτείνει δι' ἐμεῦ.* Num tu credis, Herodotum hic dedisse *ἐς τὴν θυγατέρα ταύτην, ἧς νῦν* etc., cum VI, 52, 1. scripserit, *ἀγαγεῖν σφεας ἐς ταύτην τὴν χώρην, τὴν νῦν ἐκτέαται?* et III, 140, 2. *ὡς ἡ βασιληΐη περιεληλύθοι ἐς τοῦτον τὸν ἄνδρα, τῷ κοτε αὐτὸς ἔδωκε.* Sed similia exempla, praegresso pronomine *οὗτος* colligere, foret otio abutentis. — Praeterea non video, qua ratione contra numerum reliquorum exemplorum defendi possit haec duorum locorum scriptura I, 39, 2. *ὑὸς δὲ κοῖαι μέν εἰσι χεῖρες, κοίη δὲ αἰχμὴ σιδηρέη, ἣν σὺ φοβέαι*; et III, 140, 5. *καὶ τίς ἐστι Ἑλλήνων εὐεργέτης, ᾧ* (al. *ὃν*) *ἐγὼ προαιδεῦμαι.* Nam in eo sane, quod relativum ad interrogativum referatur, nihil momenti esse potest. cf. I, 126, 4. *εἴρετό σφεας ὁ Κῦρος κότερα τὰ τῇ προτεραίῃ εἶχον ἢ τὰ παρεόντα σφι*

*) Cum hic locus vitiosa interpunctione antea laboraret, asyndeton Schäferus sustulit, in editione majore *καί* ante *τρόπῳ* addens, in Reiziana vero *γάρ* post *τρόπῳ* inserens.

εἴη αἱρετώτερα. Neque relativa, quando admirationi aut indignationi inserviunt, ab interrogativorum constructione disjungi queunt, quale est hoc VII, 8, 10. *δεύτερα δὲ ἡμέας οἷα ἔρξαν ἐς τὴν σφετέρην ἀποβάντας . . . . τὰ ἐπίστασθέ κου πάντες*. Et Borheckium jam secundo loco *τῷ* dedisse, nescio unde, ex Schweighäuseri nota edoctus sum. Quartus locorum quos dixi est I, 62, 2. *ἄλλοι τε ἐκ τῶν δήμων προςέῤῥεον, οἷσι ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίης ἦν ἀσπαστότερον*, ubi relatio ad *ἄλλοι* non impedire debet, quominus *τοῖσι* scribatur. I, 90, 5. *ἄλλου παντὸς, τοῦ ἂν ἑκάστοτε δέῃ* et alibi saepius. — Haec multis forsan minuta videbuntur et haud necessaria. Quemquamne enim fore, qui cum videat Herodotum ubique fere scripsisse *τοῦ, τῶν, τούς, τά* etc. dubitare possit, an *οὗ, ὧν, οὕς, ἅ* praecedente pronomine *αὐτός*, aut vocabulo *ἄλλος*, aut alio ejusmodi verbo, quod quomodo hanc vim habeat haud facile perspiciatur, forsan defendi possit! Sed, quamquam et ipse fere ita sentio, duo tamen sunt, quae me ut hac via ingrederer impulerunt. Alterum est, quod scio, esse quosdam, qui nisi ita omne perfugium ei, qui contrarii defendendi tenax fuerit, intercludatur, assensum suum retineant; alterum vero, quod haec ejusmodi ratio, ut ad id quoque animum advertas, quicum relativum proxime conjunctum est, necessaria est, ut patefiat, quod postea demonstrabitur, quid discriminis intercedat inter *ἐν ᾧ* et *ἐν τῷ* atque *ἐς ὅ* et *ἐς τό*. Nam nullam sane causam video, cur, quod post praepositionem licuerit, idem in alio nexu verborum, ubi praepositio non adsit, cum de externa vocabuli alicujus forma quaeritur, non licuisse censeatur. Hinc itaque necessitatem mihi impositam videbam, ut in exemplis, quae legi a me propositae adversarentur, anxie indagarem, si quae forsan causae reperiri possent, quae has contra legem exceptiones tuerentur. — Unus jam restat quintus locus ex horum numero, quos antea dixi, in quo causam neglectae normae, a nobis propositae, ne divinare
21 quidem possis VI, 69, 2. *συνευνηθὲν δὲ (τὸ φάσμα) τοὺς στεφάνους, οὓς εἶχε, ἐμοὶ περιετίθει*, ubi in posterum spero *τοὺς εἶχε* edetur.

Tria vero genera exemplorum etiam supersunt, quae diligentiorem curam desiderant, qualem aliis loquendi formulis jam antea impertivimus. Primum genus spectat constructionem post *ὁ αὐτός, ὅμοιος* similia, alterum ubi tota periodus a relativo in-

cipit, tertium vero refertur ad varium usum voculae ἤ, quam saepe elliptice sive adverbialiter dicere malis occurrere notissimum est.

Atque primi quidem generis haec tria sunt exempla: III, 13, 4. *ὡς δὲ Κυρηναῖοι καὶ Βαρκαῖοι, δείσαντες ὁμοίως ἃ καὶ οἱ Λίβυες, ἕτερα τοιαῦτα ἐποίησαν*, IV, 62, 5. *ὅσους δ' ἂν τῶν πολεμίων ζωγρήσωσι, ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν ἄνδρα ἕνα θύουσι τρόπῳ οὐ τῷ αὐτῷ, ᾧ καὶ τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἑτεροίῳ*, VII, 86, 3. *Ἀράβιοι δὲ σκευὴν μὲν εἶχον τὴν αὐτὴν ἥν καὶ ἐν τῷ πεζῷ.* Videmus in omnibus his tribus locis post adjectiva *simile* quid aut *idem* significantia, sequi pronomen relativum aspiratum, et *καί*. Sed in duobus saltem locis lectio non firma est. In primo loco pro ἅ duo codd. et editio Reiziana a Schaefero curata dant *ὡς*; majorem vero Schaeferi editionem vocabulum hoc prorsus omittere e nota Gaisf. apparet. In tertio vero loco ἥν in sex quidem manuscrr. exstat; sed abest *a cod. S. et al. cum Schaefero*, ut in nota Gaisf. legitur; addo nunc Matthiaeum quoque ἥν omittere. Sed quinam hi sunt *alii*, quos Gaisf. nominat? Cum in edit. Steph. idem ἥν omissum videam, suspicor fere, omnes editiones ante Gronovianam ea vocula carere. Nam inter sex istos codd. qui ἥν praebent, unus est Med. a Gronovio primum collatus, duo a Wesselingio, tres a Schweighäusero. Praeterea vero etiam suspicor tres ad minimum codd. Parisienses inter illos *alios* esse; nam cum in duobus diserte Schweighäuserus testetur ἥν legi, reliquos sane ab altera parte stare verisimile est. — Jam ex aliis exemplis quisnam Herodoto usus fuerit, explicare conabimur. Atqui post ὁ *αὐτός* sequitur relativum cum particula *καί*, sed illud praeterquam in nominativo non aspiratum, in his locis: I, 1, 4. *τὸ δέ οἱ οὔνομα εἶναι κατὰ τὠυτὸ, τὸ καὶ Ἕλληνες λέγουσι.* In hoc loco *τό* vett. editt. ante Gronovium habent; hic ex cod. Med. ὅ edidit, quod postea in quinque aliis codd., inter quos nonnulli optimis annumerandi sunt, repertum est. Wesselingius vero, *τό* in sedem suam reducens acerrimus hic in operis initio ionismi propugnator exstitit, a cujus tamen lege ipse postea saepius descivit. Neque ipse Schweigh. cum scriberet, ionismo hoc *constanter alias* uti Herodotum, eorum locorum memor erat, ubi contrarii exempla prostant. II, 8, 3. *ὄρος . . . . τεταμένον τὸν αὐτὸν τρόπον τὸν καὶ τοῦ Ἀραβίου τὰ πρὸς μεσαμβρίην φέροντα*, ubi *τόν* a Gronovio primo additum

sex codd. tuentur; tres vero cum vett. editt. omittunt. II, 92, 2. τοῖσι αὐτοῖσι νόμοισι χρέωνται, τοῖσι καὶ οἱ ἄλλοι Αἰγύπτιοι, ubi nulla varietas enotata est. III, 14, 6. τὠυτὸ ἐποίησε τὸ καὶ ἐπὶ τῇ θυγατρί, ubi quinque codd. καί ejiciunt, quorum unus τῷ etiam pro τό praebet; reliqui vero, inter hos optimi *a* et S. retinent. III, 22, 5. τὸν αὐτὸν λόγον τὸν καὶ περὶ τοῦ εἵματος εἶπε. Hic quoque duo codd. καί omittunt. IV, 171, 2. νόμοισι δὲ τοῖσι αὐτοῖσι χρέωνται τοῖσι καὶ οἱ ὑπὲρ Κυρήνης. Nullam varietatem enotatam reperio. IV, 172, 3. τρόπῳ παραπλησίῳ τῷ καὶ Μασσαγέται. Sic omnes habent. VI, 42, 3. ἐτάχθησαν δὲ σχεδὸν κατὰ τὰ αὐτὰ τὰ καὶ πρότερον εἶχον. VI, 92, 1. ἑσσωθέντες δὲ τῇ ναυμαχίῃ ἐπεκαλέοντο τούτους αὐτοὺς τοὺς καὶ πρότερον, Ἀργείους, *auxilium petierunt ab eisdem*, quos *olim invocaverant.* Sic recte Schweigh. Latine reddidit; non minus recte Steph. *eosdem quos prius Argivos in auxilium vocaverunt.* Sed hoc non est τούτους αὐτούς *hos ipsos* sed τοὺς αὐτούς. Suspicionem corruptelae praeterea augent tres codd. in quibus οὕς scriptum est. Sed recte unus cod. S. ἐπεκαλέοντο τοὺς αὐτοὺς καὶ πρότερον, pronomine relativo prorsus ejecto. VI, 192, 1. δοκέοντες ταὐτὰ τοὺς Ἀθηναίους ποιήσειν, τὰ καὶ τοὺς Ἐρετριέας ἐποίησαν. VII, 13, 1. ὁ δὲ Περσέων συναλίσας τοὺς αὐτοὺς τοὺς καὶ πρότερον συνέλεξε. Sic enim ante Gronovium ediderunt, qui cod. Medicei auctoritate duas voces τοὺς αὐτούς ejecit, quae a quatuor etiam postea collatis codd. absunt. Reduxerunt eas vero in pristinam sedem Schaef. in editione majore, et Matthiae. Schweighäuserus duas has voces recte abjectas censet, ut ex scholio adscitas; neque ego quicquam contradico. Possis tamen eodem jure suspicari, oculos librarii a priore τούς ad posterius aberrantes causam omissionis fuisse. VII, 17, 2. ἦλθέ οἱ κατυπνωμένῳ τὠυτὸ ὄνειρον, τὸ καὶ παρὰ Ξέρξεα ἐφοίτα, VII, 66, 2. Δαδίκαι τὴν αὐτὴν σκευὴν ἔχοντες τὴν καὶ Βάκτριοι ἐστρατεύοντο, VII, 168, 1. λέγοντες τοὺς αὐτοὺς λόγους τοὺς καὶ πρὸς Γέλωνα ἔλεγον, VIII, 43, 1. Κορίνθιοι δὲ τὸ αὐτὸ πλήρωμα παρεχόμενοι τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ (ubi duo codd. ionismum deserunt, ὅ dantes). Sed in VIII, 45. Μεγαρέες δὲ τωυτὸ πλήρωμα τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ nusquam ὅ scriptum reperitur; sed unus cod. S. prorsus abjicit, quem secuti sunt Schaef. in edit. maj. et Matth. VIII, 46, 4. Στυρέες δὲ τὰς αὐτὰς παρείχοντο νῆας τὰς καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, quam lectionem duo praebent codd. at unus τάςπερ

καί; quatuor vero cum omnibus vett. editt. ante Wesselingium *τάςπερ* sine *καί*. IX, 4, 1. *φέροντα τοὺς αὐτοὺς λόγους τοὺς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν τοῖσι Ἀθηναίοισι διεπόρθμευσε*, ubi un. cod. *οὕς*. Est vero hic cod. F., qui fere ubique, ubi aspiratio invecta est, eam tenet. IX, 33, 8. *δεῖν ἔτι καὶ τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ Ἡγίην γίνεσθαι Σπαρτιήτην ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι τοῖσι καὶ αὐτὸς γίνεται.* Videmus itaque in majore exemplorum numero utrumque et relativum et particulam *καί* junctum adesse, aspiratione rejecta; in tribus tantum locis ab editionum scriptura recedere unum pluresve codices, spiritu adscito; in nonnullis *καί* omitti, in aliis solum *καί* apparere pronomine abjecto. Atque hoc non minus solenne esse apud Herodotum, ex his testimoniis liquebit: I, 94, 1. *Λυδοὶ δὲ νόμοισι παραπλησίοισι χρέωνται καὶ Ἕλληνες*, II, 102, 5. *τούτοισι ἐνέγραφε ἐν τῇσι στήλῃσι κατὰ ταὐτὰ καὶ τοῖσι ἀνδρηΐοισι τῶν ἐθνέων γενομένοισι* (*καί* deest in un. cod.), III, 97. 3. *οἱ Αἰθίοπες — σπέρματι χρέωνται τῷ αὐτῷ καὶ οἱ Καλυντίαι Ἰνδοί*, ubi duo codd. *τούτῳ τῷ* sine *καί*. — IV, 155, 7. *ὡς δὲ κατὰ ταὐτὰ ἐθέσπιζέ οἱ καὶ πρότερον*, ut e codd. editum est. Veteres editt. *ἐθέσπιζέ οἱ ᾗ καὶ πρότερον*, quod si *τῇ* esset, recte se haberet. Nunc vero aperte testatur, quid de his formis aspiratis, ubicunque contra legem propositam occurrunt, censendum sit. IV, 109, 1. *Βουδῖνοι δὲ οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέωνται καὶ Γέλωνοι*, V, 65, 4. *ἐόντες δὲ καὶ οὗτοι ἀνέκαθεν Πύλιοί τε καὶ Νηλεΐδαι, ἐκ τῶν αὐτῶν γεγονότες καὶ οἱ ἀμφὶ Κόδρον τε καὶ Μέλανθον*, V, 69, 1. *ἵνα μή σφισι αἱ αὐταὶ ἔωσι φυλαὶ καὶ Ἴωσι*, V, 92, 9. *φέρον ἐς τὠυτὸ καὶ τὸ τοῦ Ἠετίωνος*, VI, 21, 2. *οὐδὲν ὁμοίως καὶ Ἀθηναῖοι* scilic. Sybaritae fecerunt. Recte Schweigh. in ind. T. 2. p. 148. „nempe *ἐποίησαν* sive *ποιήσαντες ad superiora relatum*." [VI, 139, 1.] VII, 50, 6. *οἱ πρὸ ἐμοῦ γενόμενοι βασιλέες γνώμῃσι ἐχρέοντο ὁμοίῃσι καὶ σύ*. Sic a Gronovio inde editum est, cum vett. editt. *ὁμοίῃσι τῇσι καὶ σύ* praebeant, quod in nullo codice esse videtur. Atque ad nostrum locum Valckenaerius confitetur, hanc 26
loquendi formulam, qua *καί* sine pronomine relativo ponitur, non minus Herodoto familiarem esse altera, quae pronomen sibi adjungit, quod ad IV, 109. negaverat. Quod vero duo codd. offerunt *ὁμοίῃσι καὶ σοί* e dittographia ortum videtur. Nam dativum solum sine *καί* Herodotus etiam ponit, ut postea manifestum fiet. VII, 84. *Πέρσαι μὲν τὴν αὐτὴν ἐσκευασμένοι καὶ ὁ*

πεζὸς αὐτῶν, VII, 86, 1. 2. *Ἰνδοὶ δὲ σκευῇ μὲν ἐσεσάχατο τῇ αὐτῇ καὶ ἐν τῷ πεζῷ — — Βάκτριοι δὲ ἐσκευάδατο ὡςαύτως καὶ ἐν τῷ πεζῷ. — Παρικάνιοι ἐσεσάχατο ὁμοίως καὶ ἐν τῷ πεζῷ*, VII, 95, 1. *ὕστερον δὲ Ἰωνικὸν ἐκλήθη κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ οἱ δυωδεκαπόλις Ἴωνες*, VII, 100, 3. *παρέπλεε παρὰ τὰς πρώρας τῶν νεῶν ἐπειρωτῶν ἑκάστας ὁμοίως καὶ τὸν πεζόν.* Sic, cum antea fuisset *ὁμοίως ὡς καί*, e tribus codd. ediderunt Schaef. Gaisf. et Matth., ut jam Wesselingius voluerat, cui se non obtemperasse sero Schweigh. doluit T. 6. p. 349. VII, 115, 2. *ἅμα ἀγόμενος τούτων ἕκαστον τῶν ἐθνέων . . . ὁμοίως καὶ τῶν πρότερον κατέλεξα*, IX, 41, 1. *τούτου μέν νυν ἡ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη.* [VIII, 60, 9. IX, 98, 3.] — Potest vero etiam *καί* deesse, ut simplici pronomini tantum locus sit II, 79, 2. *συμφέρεται δὲ ὡυτὸς εἶναι, τὸν οἱ Ἕλληνες Λίνον ὀνομάζοντες ἀείδουσι*, V, 88, 1. *ἐπεὶ ἥ γε Ἑλληνικὴ ἐσθὴς πᾶσα ἡ ἀρχαίη τῶν γυναικῶν ἡ αὐτὴ ἦν τὴν νῦν Δωρίδα καλέομεν*, VII, 6, 4. *Πεισιστρατιδέων οἱ ἀναβεβηκότες ἐς Σοῦσα τῶν αὐτῶν λόγων ἐχόμενοι τῶν καὶ οἱ Ἀλευάδαι.* Saepe tum pronomini encliticum *πέρ* additur. Sic in loco, quem supra attulimus VIII, 46, 4. lectio nunc recepta *τὰς αὐτὰς νῆας τὰς καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ* non melior est sed aeque bona quam vetus *τάςπερ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ.* cf. praeterea I, 171, 8. *τῷ οὐνόματι τῷ αὐτῷ διαχρεωμένους τῷπερ νῦν*, VII, 24, 3. *τοῖσι δὲ αὐτοῖσι τούτοισι, τοῖσίπερ καὶ τὸ ὄρυγμα, προςετέτακτο καὶ τὸν Στρύμονα ποταμὸν ζεύξαντες γεφυρῶσαι*, VIII, 42, 3. *Ναυαρχὸς μέν νυν ἐπῆν ὡυτὸς, ὅςπερ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ*, ad quem locum cum Schweigh. T. 6. p. 116. *ὅπερ* ab uno cod. oblatum non spernendum dicat, nam sic saepe apud poëtam esse, rursus epicas formas orationi Herodoteae, eas respuenti, obtrudit. Particulam *ὡς* [Lob. Phryn. p. 426. sq.] quoque semel aut bis usurpatam videas. II, 30, 5. *ἔτι δὲ ἐπ' ἐμεῦ καὶ Περσέων κατὰ ταὐτὰ αἱ φυλακαὶ ἔχουσι, ὡς καὶ ἐπὶ Ψαμμιτίχου ἦσαν*, IX, 82, 1. *κελεῦσαι τούς τε ἀρτοκόπους καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς κατὰ ταὐτὰ καθὼς Μαρδονίῳ δεῖπνον παρασκευάζειν*, ubi Schaeferus *καί* pro *καθώς* nullum librum secutus edidit. Tandem vero saepissime nudum dativum post haec vocabula e noto Graecismo Herodotus posuit: I, 32, 5. 10. — 95, 4. — 142, 2. II, 20, 4. — 41, 9. — 48, 2. — 67, 2. — 104, 7. — 116, 1. — 172, 6. — 176, 3. III, 16, 6. — 99, 3. IV, 17, 2. — 112, 2. — 116, 2. — 119, 3. — 150, 1. V, 4, 1. — 60, 2. — 93, 1.

— 113, 2. — 117, 2. VI, 14, 4. — 58, 3. — 103, 2. VII, 3, 1. — 72, 1. — 77, 1. — 156, 2. VIII, 22, 3. IX, 77, 4, quam constructionem tetigerunt Valcken. et Schweigh. ad IV, 109. Ut jam ad tres istos locos redeamus, unde argumentatio nostra orsa est, patebit sane, ἃ et ᾧ et ἣν ferri non posse. Jam cum in primo loco III, 13, 4. pro ἃ duo codd. ὡς offerant post ὁμοίως, aut sic scribendum est, aut cum hoc etiam alibi intrusum videamus, optime de loco actum videtur, voce prorsus ejecta. In secundo vero loco IV, 62, 5. utrum ᾧ ejicias, an τῷ scribas non definio; alterutrum sane necessarium est. In tertio vero VII, 86, 3. ἣν recentiore demum tempore in orationem illatum in posterum denuo exulabit, idque eo certius quod in eodem capitulo ter jam simplex καί sine pronomine praecesserat. Verba ipsa supra excitavimus.

Secundum vero genus eorum locorum constituimus ubi tota 27
periodus a relativo incipit. Forsan enim aliqui ejus opinionis esse possint, ut ita distinguant inter utramque relativi formam, ut quae a spiritu incipiat, in initio sententiae ponatur, idque his exemplis confirment: I, 91, 5. *οὐ συλλαβὼν δὲ (Κροῖσος) τὸ ῥηθὲν οὐδ᾽ ἐπανειρόμενος ἑωυτὸν αἴτιον ἀποφαινέτω. ᾧ καὶ τὸ τελευταῖον χρηστηριαζομένῳ εἶπε τὰ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου· οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε.* Sed hujus loci ita impedita est structura, ut forsan praestet de eo tacere. Valla in versione a Stephano recognita quidem, sed h. l. non mutata, grammaticam loci conformationem prorsus non assecutus est: *Quod autem ultimo responso ait Apollinem dixisse de mulo, ne hoc quidem discussit.* Praetereo Larcherii et Langii interpretationes; nam ille, ut solet, sententiam tantum, quae non obscura est, reddidit; hic vero Schaeferi mutationem secutus videtur. Schweighäuserus locum Latine sic expressit: *Eidem vero etiam tertium consulenti respondit Apollo ea quae de mulo respondit: at ille ne hoc quidem intellexit.* Quasi esset *ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε.* Certe locus facili junctura destitutus est. Jam cum in tribus codd. verba *τὰ εἶπε* desint, Valckenaerius *si prius εἶπε codicibus abesset, ob sequentia censeret adjectum, pristinamque scriptionem hanc fuisse: τῷ καὶ τὸ τελευταῖον χρηστηριαζομένῳ τὰ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε.* Bene scripsit *τῷ*, sed qua de causa motus, nescio. Atque sic omnia sane expedita sunt; nam ne quis in *τοῦτο* ad *τά* relatum haereret, idem providit. Schaeferus vero in edit. maj., ut in

Schweigh. nota video, scripsit *τὸ* (pro *ᾧ*) *δὲ τὸ τελευταῖον χρηστηριαζομένῳ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε*; in ea vero editione, quae Reizii nomen prae se fert, lenius etiam *ᾧ* delevit, *καί* retinens, ita ut *τὸ τελευταῖον* pro *ὃ τελευταῖον* sit. Atque hoc sane etiam mihi verissimum videtur. Nam qua ratione Matthiae, qui receptam lectionem et interpunctionem in oratione ipsa scriptoris retinuit, in notis pag. 287, commate post *ἡμιόνου* posito, *τό* in vocibus *τὸ τελευταῖον* pro *ὅ* accipi posse contendat, equidem non video; quis enim hoc feret *οὐ συνέλαβε τοῦτο, ὃ Λοξίης εἶπε τὰ εἶπεν*. Sed utut de hoc loco statuatur, si dativum *ᾧ* retinendum quis contendat, in *τῷ* saltem cum Valcken. eum mutari debere, statim patefiet. Progrediar jam ad cetera hujusmodi exempla a spiritu incipientis pronominis enotanda. III, 16, 6. *οὐκ Ἄμασις ἦν ὁ ταῦτα παθὼν ἀλλ' ἄλλος τις τῶν Αἰγυπτίων, ἔχων τὴν αὐτὴν ἡλικίην Ἀμάσι· ᾧ λυμαινόμενοι Πέρσαι ἐδόκεον Ἀμάσι λυμαίνεσθαι*, III, 72, 2. *φυλακὰς γὰρ δὴ διεστεώσας οἶδάς κου καὶ αὐτὸς εἰ μὴ ἰδὼν ἀλλ' ἀκούσας· ἃς τέῳ τρόπῳ περήσομεν;* Hos locos ab iis, qui postea citabuntur, segregabimus. In his enim (sicut in praecedente, si lectio sana est,) relativum connectit enuntiationem primariam aliquam cum praecedentibus, ita ut eius loco demonstrativum addita particula substituere possis, ut h. l. *τούτῳ οὖν* et *ταύτας οὖν*. Sed in hoc quoque relativi usu Herodotum aspirationem sprevisse haec monstrabunt exempla. I, 51, 4. *Περιῤῥαντήρια δύο ἀνέθηκε, χρύσεόν τε καὶ ἀργύρεον· τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται, Λακεδαιμονίων.* — 111, 4. — II, 77, 5. — 112, 1. — 123, 3. *τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἳ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον, ὡς ἰδίῳ ἑωυτῶν ὄντι· τῶν ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα οὐ γράφω.* — III, 60, 6. *Τρίτον δέ σφι ἐξέργασται νηὸς μέγιστος πάντων νηῶν, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν· τοῦ ἀρχιτέκτων πρῶτος ἐγένετο Ῥοῖκος.* — 65, 2. — IV, 43, 8. — 81, 2. — Et ne plura addam, quae ubique reperiuntur, vide VI, 125, 5. —
28 126, 4. — VII, 102, 1. *ἀρετὴ δὲ ἔπακτός ἐστι, ἀπό τε σοφίης κατεργασμένη καὶ νόμου ἰσχυροῦ· τῇ διαχρεωμένη ἡ Ἑλλὰς τήν τε πενίην ἀπαμύνεται καὶ τὴν δεσποσύνην.* Noli itaque dubitare, quin in locis supra allatis *τῷ λυμαινόμενοι* et *τὰς τέῳ τρόπῳ* Herodotus scripserit. — Sed longe aliam rationem hi tres loci sequuntur: I, 216, 2. *ὃ γὰρ Σκύθας φασὶ Ἕλληνες ποιέειν, οὐ Σκύθαι εἰσὶ οἱ ποιέοντες ἀλλὰ Μασσαγέται*, II, 83, 2. *καὶ ὅγε*

μάλιστα ἐν τιμῇ ἄγονται πάντων τῶν μαντηΐων, Λητοῦς ἐν Βουτοῖ πόλι ἐστί, IV, 82, 2. ὃ δὲ ἀποθωυμάσαι ἄξιον καὶ (*etiam*) παρὲξ τῶν ποταμῶν καὶ τοῦ μεγάθεος τοῦ πεδίου παρέχεται, εἰρήσεται. In his enim relativum non enuntiationem aliquam primariam cum praecedentibus connectit, sed in praemissa enuntiatione secundaria positum ad hanc sequentem primariam refertur. Eiusmodi oratio plerumque non ἀσύνδετος est, quapropter periodus incipere solet a praeposito καί aut a postpositis δέ, γάρ, οὖν aliis. At paucis verbis praemissis, quae partem enuntiationis primariae efficiunt, aut in oratione quam pendentem vocant, nulla particula ejusmodi addi pronomini potest. Saepe relativo, quod tali modo praemittitur, in sequente enuntiatione primaria respondet correlativum, ut cum nostris grammaticis loquar, οὗτος; saepe vero ad solum nomen aliquod refertur, quod in enuntiatione primaria sequitur; nonnunquam vero nil ei respondet, sed hoc e nexu orationis supplendum est, ut in omnibus iis locis, quos supra laudavimus, ὅ ad suppressum τοῦτο refertur. Verum enim vero in omnibus ejusmodi locis Herodotum eam formam unice posuisse, quae a consonante τ incipit, magna exemplorum nunc afferendorum multitudo docebit. I, 5, 80. τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῶτον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας, τοῦτον σημήνας προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου, I, 14, 3. καὶ τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἐστὶ, κρητῆρές οἱ ἀριθμὸν ἓξ χρύσεοι ἀνακέαται, I, 39, 1. τὸ δὲ οὐ μανθάνεις ἀλλὰ λέληθέ σε τὸ ὄνειρον, ἐμέ τοι δίκαιόν ἐστι φράζειν. Et ne longiores simus in verbis transscribendis, solum ea inde afferemus, unde quomodo periodus procedat, intelligatur. I, 113, 2. τὸν μὲν ἔφερε ... τοῦτον παραδιδοῖ, I, 128, 3. καὶ τοὺς ἐξήγαγε .. ἀπέβαλε, I, 133, 6. τὰ δ' ἂν ... προβουλεύσωνται, ... ἐπιδιαγινώσκουσι, I, 173, 2. τὴν γὰρ .... νέμονται, αὕτη — — ἦν, 1, 191, 4. ἀπικόμενος δὲ ἐπὶ τὴν λίμνην, τάπερ ἡ τῶν Βαβυλωνίων βασίλεια ἐποίησε .... ἐποίεε καὶ ὁ Κῦρος ἕτερα τοιαῦτα, I, 216, 2. τῆς γὰρ ἐπιθυμήσει .... μίσγεται, II, 24, 3. τῆς γὰρ ... ταύτην,' II, 40, 1. τὴν δ' ὦν .., ταύτην*), II, 45, 3. τοῖσι γὰρ .... κῶς ἂν οὗτοι, II, 50, 3. τῶν 29

---

*) τὴν δ' ὦν μεγίστην τε δαίμονα ἥγηνται εἶναι καὶ μεγίστην οἱ ὁρτὴν ἀνάγουσι, ταύτην ἔρχομαι ἐρέων. Nescio quid Schweighäusero in mentem venerit, ut sanissima haec verba immutaret, ταύτῃ scribens, quod Gaisf. retinuit. Matth. vero ad veterem lectionem rediit. Haec vero Schweigh. sunt verba: „ταύτην vulgo legebatur, ex paradiorthosi,

δὲ ... οὗτοι, II, 61, 2. τὸν δὲ τύπτονται, οὔ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν*), II, 65, 3. τὰ δὲ ... εἴρηκα, ... εἶπον, ibid. 5. τὸ δ' ἂν — τοῦτο, ibid. 7. τὸ δ' ἄν τις τῶν θηρίων τούτων ἀποκτείνῃ ... θάνατος ἡ ζημίη, II, 135, 3. τῆς γὰρ .... οἷ (i. e. ταύτῃ)**), II, 175, 3. τὸ δὲ οὐκ ἥκιστα αὐτῶν, ἀλλὰ μάλιστα θωυμάζω, ἔστι τόδε, III, 6, 1. τὸ δὲ ... τοῦτο, III, 20, 2. τὸν ἂν ... τοῦ-

---

ut mihi videtur. ταύτῃ habet noster F., pro quo „ταύτῃ posui, intelligens ταύτῃ τίς (vel οἵη τις) ἐξαίρεσις καὶ καῦσις κατέστηκε. Nec vero sic nunc prorsus persanatum locum spondeam.“ Video quidem, quid Schweighäuserus voluerit; sed quomodo verba ita intelligi possint, non assequor. Negligenter suo more Herodotus locutus est, ταύτην, quod grammatica cum τὴν (i. e. ἣν) μεγίστην δαίμονα jungit, ad ὁρτήν referens. Sententia enim est: τὴν δὲ μεγίστην ὁρτὴν τῇ μεγίστῃ δαίμονι ἀνάγουσι, ταύτην ἔρχομαι ἐρέων.

*) Ὅσιον est, fere ut Latinorum *fas*, omne quod per religionem non vetitum est; τόπος ὅσιος per se nullus est, nisi addito eo, quod in hoc loco facere licitum sit. Moneo hoc propter Voigtium nostrum, acutissimum veteris Borussorum historiae indagatorem, eundemque disertissimum rerum Borussicarum enarratorem, qui in historia Borussiae T. 1. pag. 632—649 rejectis aliorum virorum de nominibus veteris Borussiae conjecturis, obscurum nomen Plinii *Oserictam* interpretatur ὁσίην Ῥίκταν. Rictam enim significare *sedem domini;* esse itaque sacratam domini sedem, quam adire nemini licuerit. Verum hoc ferri nequit. Si Ricta illa, quaecunque fuerit, ὁσία fuit, tum addi debet, quid ibi facere licuerit; nam locum quem intrare vetitum fuerit, ὅσιον nunquam nominare possumus. Mulier parturire se simulans apud Aristoph. Lysistr. 743. 744. Invern. ὦ πότνι' Εἰλείθυι' ἐπίσχες τοῦ τόκου, ἕως ἂν εἰς ὅσιον μόλω 'γὼ χωρίον, ubi Schol. ἀντὶ τοῦ, εἰς βέβηλον καὶ μὴ ἱερὸν, ἀλλ' ὅσιον εἰς τοκετόν. Patet hinc, eundem locum non dici posse ὅσιον et ἀβέβηλον, quae alia viri doctissimi coniectura est, Abalou scilicet, quo alio nomine idem locus apud Plinium vocetur, vitiatum esse ex ἀβέβηλον. Praeterea credendumne est vocabulum rarissimum ἀβέβηλος, quod, cum Sophocles eo usus esset, glossographis plurimis dignum interpretatione visum est, quodque Plutarchus vocabulorum poëticorum sectator alicubi posuit, nautis et mercatoribus ita notum fuisse, ut silvam sacram advenientes sic vocarent?

**) Huc quoque pertinet II, 155, 4. τὸ δέ μοι τῶν φανερῶν θῶυμα μέγιστον παρεχόμενον φράσω, si recipias, quod vett. editt. praebent ante Gronovianam τὸ δέ μοι τῶν φανερῶν ἦν θῶυμα μέγιστον, etc. quodque non solum cod. S. teste Gaisfordio, nam Wesselingius hoc praetervidit, sed etiam e Parisinis cod. b., quem memorare Gaisf. oblitus est, praebet. cf. 156, 1. οὕτω μέν νυν ὁ νηὸς τῶν φανερῶν μοι τῶν περὶ τοῦτο τὸ ἱρόν ἐστι θωυμαστότατον.

τον. III, 45, 4. in oratione pendente, (cf. antea) οὐδὲ λόγος αἱρέει, τῷ ... ἦσαν, τοῦτον ... ἑσσωθῆναι, III, 47, 4. τῶν δὲ εἵνεκα θωυμάσαι ἄξιον, ἁρπεδόνη ἑκάστη τοῦ θώρηκος ποιέει, III, 65, 8. τὸν μὲν ... οὗτος, III, 75, 2. ὁ δὲ, τῶν προςεδέοντο ... τούτων ἐπελήθετο, III, 81, 1. τὰ μὲν Ὀτάνης εἶπε ... λελέχθω κἀμοὶ ταῦτα· τὰ δ' ἐς τὸ πλῆθος ἄνωγε φέρειν τὸ κράτος, γνώμης τῆς ἀρίστης ἡμάρτηκε, III, 103, 1. τὸ δὲ ... τοῦτο, III, 136, 4. καὶ τὰ παρέλαβε ... ἀπέδωκε, IV, 9, 8. τὸν μὲν ... τοῦτον, IV, 11, 2. τὴν γὰρ ... αὕτη, IV, 14, 1. τὸν δὲ ἤκουον λόγον ... λέξω, IV, 46, 5. τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα ... κῶς οὐκ ἂν εἴησαν, IV, 69, 4. τοὺς δὲ ... τούτων, IV, 145, 8. τὰς δὲ ... ἤγοντο, ἐξέδοσαν, IV, 172, 6. τὸ δὲ ... τούτῳ, IV, 180, 10. καὶ τῷ ... τούτου, IV, 204, 1. τοὺς δὲ ... τούτους, V, 34, 3. ὡς δὲ τά τε ἔχοντες ἦλθον χρήματα οἱ Πέρσαι, ταῦτα καταδεδαπάνητό σφι, VI, 86, 16. τοῦ δὲ εἵνεκα ὁ λόγος ὅδε ὡρμήθη λέγεσθαι ἐς ὑμέας, εἰρήσεται, VII, 8, 4, τὰ μέν νυν ... κατεργάσαντο ἔθνεα, ἐπισταμένοισι εὖ οὐκ ἄν τις λέγοι, VII, 52, 1. τῶν ἀπεφήναο γνωμέων σφάλλεαι κατὰ ταύτην δὴ μάλιστα, ubi particula connectens jure non legitur, cum ab his verbis Xerxes loqui incipiat, VII, 99, 4. τῶν δὲ κατέλεξα πολίων ἡγεμονεύειν αὐτὴν, τὸ ἔθνος ἀποφαίνω πᾶν ἐὸν Δωρικόν, VII, 154, 4. τῶν δὲ εἶπον πολίων, τουτέων πλὴν Συρακουσίων οὐδεμία πέφευγε δουλοσύνην, ubi reliqui quos vidi omnes recte interpungunt, Gaisfordius vero cum Stephano τουτέων praecedentibus adjungit, VII, 188, 3. Ὅσοι μέν νυν ... καὶ τοῖσι .. οἱ δέ, VII, 234, 3. τὸ δὲ θέλεις ἐκμαθέειν, εἰδήσεις, VIII, 27, 4. προείπας αὐτοῖσι, τὸν ἂν ἴδωνται ... τοῦτον κτείνειν, VIII, 55, 1. τοῦ δὲ εἵνεκεν τούτων ἐπεμνήσθην, φράσω, VIII, 80, 1. τὰ γὰρ ἐγὼ ἐδεόμην γενέσθαι, αὐτὸς αὐτόπτης γενόμενος ἥκεις, IX, 26, 4. ἐκ δὲ τοῦ Πελοποννησίου στρατοπέδου, τὸν ἂν ... τοῦτον. Sufficiunt sane haec omnis generis exempla ut in tribus illis locis, ubi aspiratio editiones obsidet, τό pro ὅ scribendum censeamus; et ne quis ὅγε forsan in secundo loco II, 83, 2. defendat exemplo ab ὅ, τι petendo, non solum τόπερ et similia afferam, nunquam aliter dicta, sed ipsum τοῦ γε monstrabo in II, 111, 7. καὶ τοῦ γε λόγον μάλιστα ἄξιόν ἐστι ἔχειν, ἐς τοῦ Ἡλίου τὸ ἱρὸν ἀξιοθέητα ἀνέθηκε ἔργα — et τῇ γε, VII, 139, 1. ὅμως δὲ τῇ γε μοι φαίνεται εἶναι ἀληθὲς, οὐκ ἐπισχήσω. Nam praeter hos tres locos encliticam γέ simplici pronomini relativo junctam non memini.

Sic perventum est ad ultimum genus eorum locorum, in quibus ᾗ servant editi, elliptice sive adverbialiter ut dixi positum. Sed ex numero horum exemplorum duo statim eximemus, ubi codd. alia eaque meliora praebent. II, 32, 4. τῆς γὰρ Λιβύης τὰ μὲν κατὰ τὴν βορηΐην θάλασσαν ἀπ' Αἰγύπτου ἀρξάμενοι μέχρι Σολόεντος ἄκρης, ᾗ τελευταὶ τῆς Λιβύης, παρήκουσι παρὰ πᾶσαν Λίβυες. Sic Gaisf. edidit e Wesselingii conjectura. Editiones vett. et omnes fere codd. praebent ἣ τελευτᾷ τῆς Λιβύης; ex uno tantum cod. K. (Ask.) τελευταί a Wesselingio affertur, sed cum utrum ῄ an ᾗ praebeat non additum sit, per vero similis mihi videtur Schweigh. opinio, esse in eo, sicut in cod. F., τελευτᾶι, iota ad latus adscripto. Reliquae recentiores editiones a Reizio inde dederunt ἣ τελευτᾷ τὰ τῆς Λιβύης, quod sine dubio praeferendum. Alter locus est IV, 120, 3. αὕτη μέν σφι μία ἦν μοῖρα τῆς βασιληΐης, τεταγμένη ταύτην τὴν ὁδὸν, ᾗπερ εἴρηται. Noli dubitare quin rescribendum sit, quod ex duobus codd. diserte affertur ἥπερ εἴρηται. Sed supersunt praeterea hi loci: I, 109, 2. ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν λέγει· νῦν ὦν τί σοι ἐν νόῳ ἐστὶ ποιέειν; ὁ δὲ ἀμείβεται· οὐκ ᾗ ἐνετέλλετο Ἀστυάγης, ubi quod unus cod. in margine habet ὡς est illud quidem ex explicatione, sed similiter pro τῇ ἐγὼ λέγω VII, 209, 9. duo codd. praebent ὡς ἐγὼ λέγω. Quod simplicissimum videri possit, οὐ κῇ ἐνετέλλετο Ἀστυάγης non Graecum est, etsi Reiskio forsan placuisset cf. Reiz. in epist. ad Garv. pag. XIII. ima. [cf. ad VII, 50, 4.]; scribendum esse οὐ τῇ aut οὐκ ὅκῃ ex iis quae postea dicentur apparebit. — — V, 30, 8. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Νάξιοι προσέθεσαν τῷ Ἀρισταγόρῃ πρήσσειν ᾗ δύναιτο ἄριστα. Sed τῇ scribendum ex VIII, 41, 1. κήρυγμα ἐποιήσαντο, Ἀθηναίων τῇ τις δύναται, σώζειν τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας, et IX, 60, 2. ἀμυνομένους γὰρ τῇ δυνάμεθα ἄριστα περιστέλλειν ἀλλήλους. — Alia ratio obtinet in III, 51, 3, Περίανδρος δὲ νόῳ λαβὼν καὶ τοῦτο, καὶ μαλακὸν ἐνδιδόναι βουλόμενος οὐδὲν, ᾗ ὁ ἐξελασθεὶς ὑπ' αὐ-
31 τοῦ παῖς δίαιταν ἐποιέετο, ἐς τούτους πέμπων ἀγγέλους, ἀπηγόρευε μή μιν δέκεσθαι οἰκίοισι. Hoc enim exemplum ejusdem generis est, quod antea explicuimus. Relativum in praemissa enuntiatione secundaria refertur ad sequentem enuntiationem primariam, et comitem in ea habet correlativum ἐς τούτους; unde patet ᾗ nihil aliud esse quam παρ' οἷς. In ejusmodi vero periodi conformatione Herodotum sprevisse spiritum asperum, et

adscivisse consonantem τ, ex multis aliis exemplis supra docuimus, ad quae lectorem ablegamus, hic tantum ea addentes, ubi τῇ prorsus eodem modo positum reperitur. [cf. Valck. ad VII. 177.] I, 174, 4. τῇ γὰρ ἡ Κνιδίη χώρη ἐς τὴν ἤπειρον τελευτᾷ, ταύτῃ ὁ ἰσθμός ἐστι τὸν ὤρυσσον, II, 158, 5. τῇ δὲ ἐλάχιστόν ἐστι καὶ συντομώτατον ..... ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι χίλιοι, IV, 140, 4. Σκύθαι μέν νυν τῆς σφετέρης χώρης τῇ χιλὸς ... ἦν, ταύτῃ διεξιόντες ἐδίζηντο, VI, 133, 4. καὶ τῇ μάλιστα ἔσκε ἑκάστοτε ἐπίμαχον τοῦ τείχεος, τοῦτο ἅμα νυκτὶ ἐξήρετο διπλήσιον τοῦ ἀρχαίου, VII, 40, 2. τῇ δὲ ὑπερημίσεες ἦσαν, ἐνθαῦτα διελέλειπτο, VIII, 68, 5. τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω ἀποβήσεσθαι τὰ τῶν ἀντιπολέμων πρήγματα, τοῦτο φράσω, IX, 63, 1. τῇ δὲ ἐτύγχανε αὐτὸς ἐὼν Μαρδόνιος .... ταύτῃ δὲ καὶ μάλιστα τοὺς ἐναντίους ἐπίεσαν. — Hoc jam quasi profligato, occurrunt nobis velut agmine facto quinque loci, vim adverbialem voculae ᾗ defensuri. In omnibus his locis colon, quod ab ᾗ incipit, enuntiationis est secundariae, pendentis a praegressa primaria, et non semper ad certum aliquid, quod praecedat, correlativum vox haec refertur. VII, 163, 2. πέμπει ... Κάδμον ... ἐς Δελφοὺς ἔχοντα χρήματα πολλὰ καὶ φιλίους λόγους, καραδοκήσοντα τὴν μάχην, ᾗ πεσέεται. (Hic enim ᾗ non ad τὴν μάχην referri vix est, quod moneam. Nota est ratio loquendi pro καραδοκήσοντα ᾗ ἡ μάχη πεσέεται.) VII, 168, 3. ἀνεκώχευον τὰς νέας καραδοκέοντες καὶ οὗτοι τὸν πόλεμον, ᾗ πεσέεται, VII, 175, 1. ἐβουλεύοντο πρὸς τὰ λεχθέντα ἐξ Ἀλεξάνδρου, ᾗ τε στήσονται τὸν πόλεμον καὶ ἐν οἵοισι χώροισι, IX, 21 1. Μεγαρέες ἔτυχον ταχθέντες, ᾗ τὸ ἐπιμαχώτατον ἦν τοῦ χωρίου παντός, IX, 67, 3. ἔφευγον ἐς τὰς Θήβας οὐκ ᾗπερ οἱ Πέρσαι. Sed hi quoque loci, ubi sequentium exemplorum numerum iis opposuerimus, simile fatum, ac reliqui quos tractavimus, non effugient, similemque mutationem subire coacti erunt. I, 30, 10. καί μιν Ἀθηναῖοι δημοσίῃ τε ἔθαψαν αὐτοῦ τῇπερ ἔπεσε, qui locus jam solus sufficeret, ut supra bis τῇ πεσέεται corrigeremus. Nam eo haud facile quisquam delabetur, ut propter significationem vel propriam vel translatam, qua in his locis πίπτειν occurrit, discrimen inter ᾗ et τῇ statuat. I, 84, 2. ἀνὴρ ... προςβαίνων ... κατὰ τοῦτο τῆς ἀκροπόλιος, τῇ οὐδεὶς ἐτέτακτο φύλακος, ibid. 3. ἀπότομος .... ἐστὶ ταύτῃ ἡ ἀκρόπολις .... τῇ οὐδὲ Μήλης .... μούνῃ οὐ περιήνεικε τὸν λέοντα, ibid. 4. κατὰ τὸ ἄλλο τεῖχος, τῇ ἦν ἐπίμαχον τὸ χωρίον. Haec quae attulimus certo quomodo

quartus locus scribendus sit, demonstrant. — I, 86, 6. *πάντα ἀποβεβήκοι, τῆπερ ἐκεῖνος εἶπε.* — I, 120, 1. *ἀπικομένους δὲ εἴρετο ὁ Ἀστυάγης, τῇ ἔκρινάν οἱ τὴν ὄψιν*, I, 151, 3. *τῇσι δὲ λοιπῇσι πόλισι ἕαδε κοινῇ Ἴωσι ἕπεσθαι. τῇ ἂν οὗτοι ἐξηγέωνται.* I, 185, 8. — 191, 2. *τάξας — τῇ ... καὶ ... τῇ.* — 203, 1. — II, 8, 2. 5. — — 11, 2. — 15, 2. — 26, 2. (bis) — 29, 10. — 33, 6. — 67, 4. — 82, 1. — 106, 2. (bis) — 120, 5. — 124, 6. — 149, 2. — III, 64, 4. — 125, 5. — IV, 44, 1. (*Δαρεῖος*) *βουλόμενος ..... τοῦτον τὸν ποταμὸν εἰδέναι τῇ ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ*, quod eodem modo dictum est quo *καραδοκεῖν τὸν πόλεμον ῇ πεσεῖται.* — IV, 53, 3. — 62, 8. *χεὶρ δὲ τῇ ἂν πέσῃ κέεται.* — IV, 85, 2. — V, 33, 5. — VI, 74, 2. — 113,
32 1. hic unus ille cod. F., de quo supra jam locuti sumus, ῇ nobis offert, merito repudiatum ab editoribus. VII, 9, 7. — 10, 21. (bis) — 22, 4. — 31, 1. — 115, 3. — 139, 1. — 173, 7. — 176, 2. — 178, 3. — 209, 9. *ἢν μὴ ταῦτά τοι ταύτῃ ἐκβῇ, τῇ ἐγὼ λέγω.* Antea jam pag. 30. monuimus, duos codices hic ex interpretatione *ὡς* praebere. Sed non silentio praetereundum est in eiusdem capituli sect. 4. pro *λέγοντα τάπερ ὤρων ἐκβησόμενα πρήγματα ταῦτα* certissima, ut videtur, conjectura Reiskium scribere *τῆπερ.* — VII, 216, 2. — 228, 1. *Θαφθεῖσι δὲ ταύτῃ, τῆπερ ἔπεσον.* — VII, 236, 6. *γνώμην ἔχε τὰ τῶν ἀντιπολέμων μὴ ἐπιλέγεσθαι πρήγματα, τῇτε στήσονται τὸν πόλεμον τά τε ποιήσουσι ὅσοι τε πλῆθός εἰσι*, quod unice corroborat scripturam tertii loci supra citati. — VII, 239, 1. — VIII, 13, 2. — 53, 2. — 68, 5. *τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω ἀποβήσεσθαι τὰ τῶν ἀντιπολέμων πρήγματα.* — VIII, 121, 3. — 143, 3. — IX, 57, 2. — 66, 2. — 70, 4. — 97, 1. — 118, 1. Haec sane sufficient, ut etiam in his locis quid ubique scribendum sit intelligatur. Sed de duobus locis dubitatio tamen mihi suborta est, de VII, 163, 2 et 168, 3. ubi exstat *καραδοκεῖν τὴν μάχην, τὸν πόλεμον, ῇ πεσεῖται.* Nam ῇ incorrectum manere non potest; *τῇ* scriptum fuisse verisimile est, ut ex tot locis allatis patet. Sed fieri tamen potest, ut Herodotus non *τῇ* sed *κῇ* scripserit. Sic I, 32, 16. legimus in omnibus et scriptis et editis libris *σκοπέειν δὲ χρὴ παντὸς χρήματος τὴν τελευτὴν κῇ ἀποβήσεται* et in VIII, 67, 1. olim edebatur *Πάριοι δὲ ὑπολειφθέντες ἐν Κύθνῳ ἐκαραδόκεον τὸν πόλεμον τῇ ἀποβήσεται*; duo codd. praebuerunt ῇ *ἀποβήσεται*; quinque alii dederunt *κῇ.* Wesselingius

fluctuans τῇ retinuit; post eum vero ab omnibus κῇ receptum est. Et cur hic quidem κῇ scribi, at alibi I, 109, 2. οὐκ ᾗ non in οὐ κῇ transire posse dixerim, causa in aperto est; nam pro vero relativo interrogativum κῇ poni nequit; in interrogatione vero pendente et interrogativum et relativum locum habet. Sed neque ὅκη in omnibus his locis Herodotum spreturum fuisse, monstrat VIII, 130, 7. ἅμα δὲ καὶ ὠτακουστέον, ὅκη πεσέεται τὰ Μαρδονίου πρήγματα.

Jam ad alteram hujus disquisitionis partem transgredimur, quae de usu casuum obliquorum post praepositiones explicabit. Hic vero ambae formae obtinent, tam ea quae ab aspiratione incipit, quam quae literam τ in fronte gerit. *Nam ubique, ubi relativum praepositionem sequitur, quae apostrophum pati potest, praepositio ultimam vocalem amittit, et relativum τ praefixum aspernatur.* Apostrophum vero patiuntur hae decem praepositiones, ἀμφί, ἀνά, ἀντί, ἀπό, διά, ἐπί, κατά, μετά, παρά, ὑπό. Ex his vero eae duae, quas primo loco posuimus ἀμφί et ἀνά, nusquam apud Herodotum ante relativum occurrunt, quod mirum forsan nonnullis videbitur; sed alia etiam mira vocantur, quorum causas reddere nequeas. Reliquarum haec sunt exempla:

'Αντί.

ἀντ' ὧν III, 140, 10. ubi mirum in omnibus libris hucusque ἀνθ' ὧν servari potuisse.

'Από.

ἀπ' οὗ II, 44, 2. Etiam hic, uno Schäfero excepto, omnes ἀφ' οὗ *). Rectam scripturam Schweigh. in annotatione critica 33 probare videtur. — II, 146, 4. — III, 98, 1. (un. cod. ἀπ' ὧν) — IV, 66, 1. — V, 98, 1. — VII, 150, 2.

ἀπ' ἧς I, 1, 4. — 47, 1. — 90, 6. — III, 14, 1. — 23, 2. — 155, 6. — IV, 81, 2. — VII, 121, 1. — 192, 1. — IX, 49, 3. — 81, 1. (ter.)

ἀπ' ὧν IV, 88, 2. — VII, 158, 2. — VIII, 87, 1.

Διά.

δι' οὗ I, 51, 5.**) III, 60, 3. — VII, 128, 1. — 129, 5.

---

*) Neglectam dialecti rationem in hoc exemplo agnovit Koen. quoque ad Gregor. p. 399.

**) Non me movet in hoc recensu locorum, quod οὗ h. l. non a διά pendet; est enim δι' οὗ τῆς χειρός, *per cujus manum;* cum οὗ an τοῦ scribatur a sola verborum collocatione pendeat. — Eadem ratio obtinet in loco statim laudando VII, 110, 1. δι' ὧν τῆς χώρης.

δι' ἧς II, 22, 7. — 34, 1.

δι' ὧν I, 199, 4. — II, 29, 6. — IV, 53, 4. — VII, 110, 1. — 130, 3.

δι' ἥν I, *init.* — III, 119, 1. — IV, 80, 2. — VII, 175, 3.

δι' ὅ III, 16, 4. (ubi pro *δι' ὅ περ* duo codd. *διότι περ*) — VII, 6, 6. (ubi vulgari modo *διό* scribitur) — VII, 8, 7.

δι' ἅ VI, 92, 5. *διὰ δὴ ὧν σφι ταῦτα δεομένοισι ἀπὸ μὲν τοῦ δημοσίου οὐδεὶς Ἀργείων ἔτι ἐβοήθεε.* Hanc scripturam inde a Gronovio demum editiones tenere videntur. Saltem apud Stephanum nondum comparet. Sex codd. dederunt *ὧν σφι*; qui hoc receperunt, ii *διά* pro *δι' ἅ* accepisse videntur, quod per se minime improbandum; sed tum *ταῦτα δεομένοισι* vix Herodoteum puto pro *τούτων*, tum ipsum *ταῦτα* plurali numero positum displicet. Quare assentiendum duco veteribus editionibus et tribus codd. inter quos optimi sunt S. et *a*, has voces omittentibus, quas, ut nunc video, Matthiae ut suspectas uncis inclusit.

Ἐπί.

ἐπ' οὗ II, 124, 3. ubi recte quinque codicibus *ἐφ' οὗ* dantibus non obtemperatum est. — V, 109, 4. (vett. editt. et tres codd. *ὅκου*, neque hoc male.) — VII, 58, 5. *ἐπ' οὗ καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει.* Sic codd. ut videtur omnes. Editt. vett. etiam Steph. *ἀπ' οὗ*, de qua solenni varietate dictum est supra ad IV, 45, 4. pag. 5.

ἐπ' ἧς VII, 178, 3. ubi *ἐπ' ἧς . . . τὴν ἐπωνυμίην ἔχει* libris nil variantibus. — VIII, 92, 1.

ἐπ' ὧν I, 186, 6. — IV, 107. *ἐπ' ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι.* Sic nunc e quatuor mscrr. libris editum est. Totidem libri scripti et omnes veteres editi *ἀπ' ὧν* praebent.

ἐπ' ᾧ I, 22, 16. — III, 40, 6. — 41, 1. — 83, 3. — V, 45, 2. (*ἐπ' ὅ* duo codd.) — 52, 3. 9. — 82, 5. — VI, 65, 1. — VII, 153, 5. — 154, 5. — 158, 5. — VIII, 4, 3.

ἐπ' ᾗ IX, 51, 2. ubi alii *ἐπ' ἥν* alii *ἐς τήν.*

ἐπ' οἷσι I, 141, 5. — III, 48, 4. — IV, 145, 7. — V, 65, 3. — VII, 164, 4. — VIII, 140, 10.

ἐπ' ὅν IV, 46, 1.

34 *ἐπ' ἥν* V, 43, 2. — 126, 1. — VI, 23, 2. — 56, 1. — 132, 2.

ἐπ' οὓς I, 153, 7. — 204, 1.

Κατά.

Hanc praepositionem cum genitivo relativi apud Herodotum non repperi. Accusativi haec sunt exempla.

κατ' ἥν II, 15, 2. — 90, 1.

κατ' ὅ IV, 85, 3.

κατ' ἅ. Hoc ita scriptum semel tantum apud Gaisf. repperi VII, 199, 1. Plerumque scribitur κατά et κατάπερ ionice pro καθά et καθάπερ quod Attici solum probant. Quae scriptura quarum turbarum causa fuerit, postea videbimus. Legimus vero κατάπερ I, 118, 1. — 131, 1. — 144, 1. — 145, 1. — 148, 2. — 151, 3. — 169, 1. — 170, 4. — 182, 1. 2. — 193, 1. 2. 9. — 202, 3. — 203, 3. 4. — II, 10, 1. — 13, 5. — 17, 1. — 26, 3. — 29, 2. 3. — 41, 1. — 46, 2. — 63, 1. — 64, 4. — 92, 2. — 125, 3. — 146, 2. — 148, 8. — III, 8, 4. — 23, 2. — 24, 2. — 86, 1. — 101, 1. 2. (bis.) — 102, 3. — 104, 2. 5. — 106, 1. — IV, 26, 3. — 64, 4. — 99, 5. — 183, 1. 6. — 190, 1. — V, 22, 1. — 92, 5. — VI, 13, 4. — 54. — VII, 16, 2. — 62, 3. 4. — 66, 1. — 68, 1. — 70, 3. — 73, 2. — 78, 1. — 79, 3. — 86, 2. — 90, 1. — 93, 2. — 111, 2. — 129, 4. — VIII, 46, 3. — 98, 3. — 134, 2. — IX, 26, 8. — Κατά vero exstat I, 208, 1. (ubi unus cod. καθά). — II, 6, 1. — 116, 2. ubi κατὰ γάρ editt. fere omnes et codd. κατάπερ Reiz. κατὰ τά Schaef. in edit. maj. κατ' ἃ γάρ idem in repetita edit. Reiz. δῆλον δέ· ἐποίησε γάρ omisso κατά et transposito γάρ Matthiae. Omnia igitur hic turbarum plena, quae jam inde a cap. 99 inceperunt, et quarum compescendarum postea locus erit. — III, 86, 1.

Μετά.

μετ' ἧς VII, 121, 3.

Παρά.

παρ' ὅν I, 193, 2.

παρ' ἥν II, 6, 1. — 149, 4. — III, 5, 2. — VI, 20, 1. — VII, 49, 3. — 198, 3. — 200, 3.

Ὑπό.

ὑπ' ὧν II, 56, 3. — III, 81, 4.

Centum habes et sexaginta et quatuor legitimae formae exempla; quae his adversantur et pauca sunt, praeterquam de ratione qua κατά scribitur, et facilia explicatu. Atque post

ἀντί quidem, *μετά* et *παρά* nullum est contrarii exemplum; post *ἐπί* unicum IX, 11, 3. *συστρατευσόμεθα ἐπὶ τὴν ἂν ἐκεῖνοι ἐξηγέωνται*, ubi *ἐπὶ ἣν ἄν* ex uno cod. affertur, sed est ille cod. F., cui me in his non multum tribuere supra jam significavi. Verum ex cod. S., quem Gaisf. post Wessel. denuo contulit, affertur *τῇ ἄν*, a Wesseling. silentio praeteritum, ita ut nescias tamen utrum *ἐπί* in cod. appareat nec ne. Sed certum est scribi debere aut *ἐπ' ἣν* ut VI, 132, 2. *οὐ φράσας σφι ἐπ' ἣν ἐπιστρατεύσεται χώρην* — aut quod praefero *τῇ ἄν* ut I, 151, 3. ubi ipsissima occurrunt verba *ἕπεσθαι, τῇ ἂν αὐτοὶ ἐξηγέωνται*; VI, 74, 2. *ἕψεσθαι τῇ ἂν ἐξηγέηται*, IX, 66, 2. *τῇ ἂν αὐτὸς ἐξηγέηται.* — Unicum quoque post *ὑπό* est exemplum VII, 217, 3. *ἡ μὲν γὰρ κάτω ἐσβολὴ ἐφυλάσσετο ὑπὸ τῶν εἴρηται*, ubi statim rescribas *ὑπ' ὧν*, quod e duobus codd. inter quos S. est affertur. — Tum post *διά* hoc solum exemplum repperi VI, 64. *ἔδεε δὲ, ὡς ἔοικε, ἀνάπυστα γενόμενα ταῦτα καταπαῦσαι Δημάρητον τῆς βασιληΐης, διὰ τὰ Κλεομένεϊ διεβλήθη* etc., ubi ex cod. S. affertur *διὰ τό*; lege vero *διά* i. e. *δι' ἅ*, aut *διό* [cf. Schw. ad h. l.] — De duobus locis, ubi in edit. Gaisf. *ἀπὸ τοῦ* legitur, nam Matthiaeum semel praeterea hoc in ipsam orationem intulisse saepiusque inferre voluisse statim ab initio hujus libelli diximus, de duobus, inquam, his locis alterum IV, 23, 2. jam ibidem tractavimus, atque nunc patebit, pro *ἀπὸ τοῦ ζῶσι* cum omnibus editt. praeter tres ibi nominatas et cum duob. codd., inter quos Paris. *a* est, *ἀπ' οὗ* scribendum esse. Alter vero IV, 149, 2. eandem certissimam e codd. medicinam nunc non respuet. *Ὀϊολύκου δὲ γίνεται Αἰγεὺς ἀπὸ τοῦ Αἰγεῖδαι καλεῦνται.* Sic edidit primus Schweigh. e tribus codd.*) eumque secuti sunt Gaisf. et Matth. Veteres editiones habere *ἀπ' οὗ* in nota huic paginae subjecta jam monuimus, et hoc repertum est in cod. *a*, praeferremque et ipse, nisi quinque codd. *ἐπ' οὗ* darent, quos Schaef. in edit. Reiz. secutus est; quam lectionem cum *contra sermonis indolem* esse Schweigh. pronunciaret, immemor

---

*) Nominat ille quidem quatuor codd. Sed ex eorum numero delendus est cod. Arch. In hoc enim a Gaisf., qui eum S. vocat et iterum contulit, *ἀπὸ τούτου* repertum est. — Accenset praeterea testibus, qui *ἀπὸ τοῦ* defendant, Schweigh. editionem Aldinam; sed ex eadem *ἀπ' οὗ* affert Gaisf., cujus nunc quidem apud me major est fides; cum sic in Steph. quoque reppererim.

erat eorum, quae ipse ad IV, 45, 4. dixerat in simili lectionis varietate. Vide quae jam exempla attulimus supra pag. 5. et pag. 33. (bis). Sola restat praepositio κατά II, 124, 5. χρόνῳ δὲ ἐγγενέσθαι τριβομένῳ τῷ λαῷ δέκα μὲν ἔτεα τῆς ὁδοῦ κατὰ τὴν εἷλκον τοὺς λίθους. Sic post Wesselingium ediderunt recentiores omnes ex uno cod. K. (Ask.) Sed rectum κατ' ἣν tuentur non solum editiones veteres, verum etiam *alii* codd., *ceteros* dixissem, ni Schweighäuserus silentium de scriptura nonnullorum Parisinorum pro lectione κατὰ τήν urgeret. — In omnibus, quos hucusque recensuimus, locis quid Herodotus scripserit, dubium esse non potest, codicibus ubique nisi in uno loco rectum dantibus. Major forsan difficultas videbitur in definiendo num ubique κατά an nonnunquam quoque κατὰ τά scriptor voluerit; sed et haec manuscriptorum ope facile evanescet. Haec duo tantum antea monere liceat, primum facile apparere quid librarios ut κατὰ τά scriberent fefellerit; insolitum iis fuisse κατά pro κατ' ἅ accipere; tum vero maximopere mirum fore, eundem scriptorem, qui semper in sexaginta quatuor locis supra enumeratis κατάπερ, numquam κατὰ τάπερ dederit, in voce ejusdem significationis κατὰ τά maluisse quam κατ' ἅ sive κατά. — Legimus itaque nunc κατὰ τά II, 99, 1. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων κατὰ τὰ ἤκουον. Sed hoc a Wesselingio profectum est, codicibus quidem multis addicentibus, sed quot definire non audeo. Schweighäuserus enim, qui in varietate lectionis primo tomo adjecta nihil attulerat, in annotationibus T. 5. p. 322. sex codices nominatim, et alios Parisinos signis non distinctos testes laudat; Gaisf. contra quatuor tantum codices, qui hanc lectionem defendant, affert, et quod ad eum librum attinet, quem ipse denuo contulit, contra Schweigh. qui ipsum inter sex istos codd. enumeravit, monet, τά in eo omissum esse. Et sic quoque κατά in omnibus vett. editt. legitur. Quae vero Wesselingius addidit exempla formulae κατὰ τά, ea omnia ut nonnulla alia ab eo praetermissa in nostro hoc re- 36
censu statim allata videbis*); ut vero, quam parum constantes in hac quaestione uterque et Wessel. et Schweigh. fuerint, pa-

*) Eadem veri ionismi ignorantia Koenium quoque ad Gregor. p. 400. impulit, ut κατὰ τά ubique scribenti facile se assentiri confiteretur.

tefiat, conferas ea quaeso quae ad II, 116, 2. T. 5. p. 339. 340. annotata sunt. Praeter hoc unum exemplum in primis tribus libris nullum aliud exstat; nullum item in tribus postremis libris; sed in iis tribus, qui medium locum obtinent, haec octo: IV, 76, 2. *θύσειν τε κατὰ ταὐτὰ κατὰ τὰ ὅρα τους Κυζικηνοὺς ποιεῦντας*. E duobus codd. et forsan e Parisinis mutatum est; vett. editt. recte *κατά*. IV, 162, 2. *οὐκ ἔφη ἀνέξεσθαι κατὰ τὰ ὁ Μαντινεὺς Δημώναξ ἔταξε*. In hoc omnes libri consentire videntur. IV, 201, 7. *ὅσον ἡ γῆ κατὰ τὰ τότε εἶχε*. In hoc loco haereo utrum *τά* deleam, an *τὰ τότε* ut *τὰ νῦν* positum existimem. V, 11, 13. *οὗτοι μὲν κατὰ τὰ εἵλοντο ἐτράποντο*. Sic pleraeque editt. vett. et recentt. cum sex manuscriptis libris ap. Schweigh. (quatuor tantum ap. Gaisf.) Sed quinque codd. *τά* omittunt. V, 89, 1. *τῆς δὲ ἔχθρης τῆς πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοισι γενομένης ἀρχὴ κατὰ τὰ εἴρηται ἐγένετο*. Nihil discrepant libri. Sed V, 112, 3. pro *ὁ Ὀνήσιλος κατὰ τὰ συνεθήκατο τῷ ὑπασπιστῇ*, quod quatuor codd. dederunt, vett. editt. solum *κατά* exhibent. VI, 53, 3. *ταῦτα μέν νυν, κατὰ τὰ Ἕλληνες λέγουσι, γεγενεηλόγηται*. Sic in omnibus constanter scriptum est et statim tamen VI, 54. sequitur *κατάπερ Ἕλληνες λέγουσι*. VI, 88, 3. *μετὰ ταῦτα καταλαμβάνει μὲν κατὰ τὰ συνεθήκατο*. Deest *τά* in uno cod. Cum itaque in sexaginta quatuor locis semper *κατάπερ* occurrat, in quatuor *κατά* omnes libri editi et scripti tueantur, in quinque vero iidem inter *κατὰ τά* et *κατά* fluctuent, adeo tenaces erimus lectionis receptae ut in tribus, qui soli restant, *κατὰ τά* in *κατά* mutare non audeamus?

Sed antequam ulterius progrediamur, monendum duco, me has praepositiones, de quibus hucusque actum est, nunquam in anastrophe, quam vocant, post relativa positas repperisse. Nullum vero mihi dubium est, quin Herodotus, si ea uti voluisset, *τοῦ ἄπο* pro *ἀπ' οὗ* dixisset. Nam sic *μέτα* pro *μέτεστι* positum video V, 61, 3. *καί σφι ἱρά ἐστι ἐν Ἀθήνῃσι ἱδρυμένα, τῶν οὐδὲν μέτα τοῖσι λοιποῖσι Ἀθηναίοισι*. Sic quoque *τῷ πάρα*. V, 106, 4.

Praepositiones, quae apostrophum non recipiunt, hae sunt octo: *ἐν*, *ἐξ*, *ἐς*, *περί*, *πρό*, *πρός*, *σύν*, *ὑπέρ*. Ex his *πρό* et *ὑπέρ* apud Herodotum relativo simplici junctas non reperias; *περί* vero in alia verborum junctura saepissime casui praeposita, quem regit, ubi simplex pronomen relativum comitem ha

bet, semper postponitur; quapropter pronomen aspirari nequit. cf. II, 5, 1. τὰ κατύπερθε ἔτι τῆς λίμνης ταύτης . . . . τῆς πέρι ἐκεῖνοι οὐδὲν ἔτι τοιόνδε ἔλεγον. *) — II, 135, 6. αὕτη, τῆς πέρι λέγεται ὅδε ὁ λόγος. III, 98, 2. τῶν καὶ πέρι. IV, 16, 1. τῆς πέρι. [in ead. §. τοῦ πέρι var. lect.] — 172, 2. τῶν πέρι. — 183, 5. οἱ γὰρ Τρωγλοδύται Αἰθίοπες πόδας τάχιστοι ἀνθρώπων πάντων εἰσὶ, τῶν ἡμεῖς πέρι λόγους ἀποφερομένους ἀκούομεν, ubi ut III, 98, 2. interjecto vocabulo anastrophe locum habet; nec tamen silentio praetereundum est, duos libros scriptos πέρι omittere. — V, 49, 13. τῶν πέρι.

Reliquarum praepositionum, ne ἐξ quidem excepta, de qua tamen aliam ob causam postea dicetur, primaria est lex, ut sequens relativum spreto spiritu aspero a consonante τ incipiat. 37
Sed cum, ad praepositiones ἐν et ἐς quod attinet, alia praeterea lex secundaria locum habeat, secundum quam spiritus unice probatur, hoc nunc tantum de duabus σύν et πρός demonstrabimus. Atqui σύν bis tantum, ni fallor, occurrit. I, 106, 4. Κυαξάρης μὲν βασιλεύσας τεσσεράκοντα ἔτεα, σὺν τοῖσι Σκύθαι ἦρξαν, τελευτᾷ. et VIII, 102, 2. Μαρδόνιον δὲ . . . . αὐτοῦ καταλιπεῖν σὺν τοῖσι ἐθέλει. — Eandem legem πρός quoque observare, haec exempla monstrant: IV, 70, 1. Ὅρκια δὲ ποιεῦνται Σκύθαι ὧδε, πρὸς τοὺς ἂν ποιέωνται. — IV, 134, 3. εἶπε ἄρα πρὸς τούςπερ ἐώθεε καὶ τὰ ἄλλα λέγειν. — V, 111, 2. Πυνθάνομαι τὸν Ἀρτοβίου ἵππον ἱστάμενον ὀρθὸν καὶ ποσὶ καὶ στόματι κατεργάζεσθαι πρὸς τὸν προςενειχθῇ (un. cod. πρὸς τό). — VI, 4, 2. ὁ δὲ Ἕρμιππος πρὸς τοὺς μὲν ἀπεπέμφθη, οὐ διδοῖ, ubi unus ille cod. F., quem saepius jam ionismum violare diximus, πρὸς οὕς praebet. — VII, 3, 2. Ξέρξῃ συνεβούλευε λέγειν πρὸς τοῖσι ἔλεγε ἔπεσι. — VII, 153, 6. θῶυμά μοι ὦν καὶ τοῦτο γέγονε πρὸς τὰ πυνθάνομαι; ut facile jam appareat, quomodo unicum contrarii exemplum IV, 200, 4. corrigi debeat, τὰ μὲν δὴ ἄλλα ἔσκε κωφὰ πρὸς ἃ προςῖσχε. **)

---

*) Huc quoque pertinet II, 29, 5. τὴν πέριξ νομάδες Αἰθίοπες νέμονται. — IV, 52, 1 — 79, 2.

**) Omnes hic et alibi προςίσχε scribunt; iidem tamen ubique ἀπῖκται. Qui neglectum augmentum statuit, ei πρόςισχε scribendum erit. Hoc fugit Mehlhornium, cum in Jahnii annalibus V, 3. p. 245. καθίξα contra Moebium defenderet, qui καθῖξα scripserat. cf. Thiersch. gr. Gr. §. 209, 21. pag. 339. edit. tert. [Buttm. Lexil. T. 2. p. 273.]

Ad praepositiones vero ἐν et ἐς quod attinet, singularis apud Herodotum usus obtinet, quo relativum, quod eas sequitur, spiritum retinet in formulis ἐν ᾧ, *hoc tempore* (*während*), et ἐς ὅ sive ἐς οὗ *usque ad id tempus*, *donec* (*bis dass*), ita ut plerumque relativum ad nullum certum nomen, quod vel praecedat vel sequatur, referri possit. Quae sententia si forsan initio mira videtur, tamen, ut hoc quasi praejudicium antea afferamus, maximopere eo stabilitur, quod eodem modo semper post μέχρι additum reperimus οὗ, nusquam τοῦ, et quod in reliquis relativorum casibus ἐν ᾗ raro, ἐς οὕς semel, at ἐν οἷσι, ἐν ᾗσι, et ἐς ἥν, ἐς ἅ nunquam leguntur. Hinc jam patet, duplicem istam relativi formam ἐν ᾧ et ἐν τῷ atque ἐς ὅ et ἐς τό ad certum usum revocari debere. Initium itaque faciamus apponendis iis locis, in quibus relativum vulgari usu positum a consonante τ incipit.

ἐν τῷ. I, 9, 4. *ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα, ἐν τῷ κοιμώμεθα, ὄπισθε τῆς ἀνοιγομένης θύρης στήσω.* — 67, 3. *ἐπειρησομένους τὸν χῶρον, ἐν τῷ κέοιτο ὁ Ὀρέστης.* — 113, 2. *ἐς τὸ ἄγγος, ἐν τῷ ἔφερε.* — 145, 3. *Ὤλενος, ἐν τῷ Πεῖρος ποταμὸς μέγας ἐστί.* — 167, 2. *τὸν χῶρον, ἐν τῷ . . . ἐκέατο* **). — II, 8, 1. *τῆς Ἀραβίης*
38 *ὄρος . . . ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι ἔνεισι.* ibid. 3. *ὄρος ἄλλο . . . ἐν τῷ αἱ πυραμίδες ἔνεισι.* — 29, 4. *πεδίον λεῖον, ἐν τῷ νῆσον*

**) Sed huc non referas quaeso locum I, 181, 2., ubi Gronovio rectum videnti, quod raro ipsi contigit, cur editores recentiores praeter Schaeferum in edit. Reiz. et Matthiaeum obtemperare noluerint, nullam causam videas, nisi nimium illum formarum epicarum amorem, quas Herodotus aspernatur. Verba sunt haec: *ἐν δὲ φάρσεϊ ἑκατέρῳ τῆς πόλιος τετείχιστο ἐν μέσῳ, ἐν τῷ ἦεν τὰ βασιλήϊα περιβόλῳ μεγάλῳ τε καὶ ἰσχυρῷ, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Διὸς Βήλου ἱρὸν χαλκόπυλον.* Gronovius scribendum censuerat *ἐν τῷ μέν*, quod ipsa periodi conformatio et usus non Herodoti solum sed omnium omnino scriptorum postulat; postulat praeterea soloecum *ἦεν*; quod si soloecum pronuncio, credant mihi lectores velim, ut alia occasione oblata mox demonstrabo, Herodotum neque *ἤιεν*, neque *ἤιε*, quod ad hanc Homericam scilicet consuetudinem defendendam ex I, 196, 5. Schweighäuserus affert, neque *ἔην* (cf. supra not. pag. 20.) unquam dixisse. Atque *ἤιε* quidem l. l. ab uno et altero codice etiam damnatur. At in nostro loco unde profectum sit *νῦ* illud, quod *ἐφελκυστικόν* vocant, apud Herodotum, literae hujus constantissimum osorem [Bachm. Anecd. II, 57, 17.] ab aliis edoceri cupio. Quae vero ad hunc locum Schweigh. et Gaisf. annotarunt, hic quidem solito prolixior, silentio praetereo.

περιῤῥέει ὁ Νεῖλος (ubi un. cod *ἐν ᾧ*). — 75, 3. *ἔστι δὲ ὁ χῶρος οὗτος, ἐν τῷ αἱ ἄκανθαι κατακεχύαται τοιόςδε τις.* Sic a Gronovio inde editiones habere videntur: veteres, saltem Steph. *ἐν ᾧ* habent, quod etiam duo codd. offerunt. Sed rectum usum quatuor ad minimum scripti libri tuentur. De ceteris siletur. — 138, 3. *περὶ νηὸν μέγαν, ἐν τῷ δὴ τὤγαλμα ἔνι.* — 155, 4. *νηὸς τῆς Λητοῦς, ἐν τῷ δὴ τὸ χρηστήριον ἔνι.* — 158, 3. *ὄρος, ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι ἔνεισι:* ubi duo codd. *ἐν ᾧ*, ex quibus nihil a reliquis discrepans ad II, 8, 1., ubi eadem verba leguntur, annotatum est. — 172, 3. *ποδανιπτὴρ χρύσεος ἐν τῷ . . . τοὺς πόδας ἑκάστοτε ἐναπονιζέατο.* — III, 128, 6. *διδοῖ ἄλλο (βιβλίον) ἐν τῷ ἐνῆν ἔπεα τάδε.* — ibid. 9. *τὸ τελευταῖον τῶν βιβλίων διδοῖ τῷ γραμματιστῇ, ἐν τῷ ἐγέγραπτο* (un. cod. F. *ἐν ᾧ*). — IV, 28, 4. *χειμὼν . . . ἐν τῷ οὐκ ὕει.* — 116, 2. *τὸν χῶρον, ἐν τῷ κατοίκηνται.* — V, 8, 2. *ἀγῶνα . . . ἐν τῷ τὰ μέγιστα ἄεθλα τίθεται.* — 25. *μεμνῆσθαι ἐν τῷ καθίζων θρόνῳ δικάζει.* — 49, 1. *χάλκεον πίνακα, ἐν τῷ γῆς ἁπάσης περίοδος ἐνετέτμητο.* — 92, 12. *τὸν δῆμον, ἐν τῷ κατοίκητο.* — ibid. 29. *κατερέειν ἐν τῷ κέεται χώρῳ ἡ παρακαταθήκη.* — VI, 38, 2. *ἀγῶνα . . . ἐν τῷ Λαμψακηνῶν οὐδενὶ ἐγγίνεται ἀγωνίζεσθαι.* — VII, 59, 1. *πεδίον . . . ἐν τῷ τεῖχός τε ἐδέδμητο.* — ibid. 3. *τὸν αἰγιαλὸν . . . ἐν τῷ Σάλη . . . πεπόλισται.* — 88, 3. *ἐς τὸν χῶρον, ἐν τῷπερ κατέβαλε.* — 112, 2. *ὄρος . . . ἐν τῷ . . . ἔνι μέταλλα.* — 115, 1. *αἰγιαλὸς, ἐν τῷ οἰκημένην Ἄργιλον πόλιν Ἑλλάδα παρεξήϊε.* — 122, 1. *κόλπον, ἐν τῷ . . . οἴκηνται.* — 198, 1. *κόλπον θαλάσσης, ἐν τῷ ἄμπωτίς τε καὶ ῥηχίη . . . γίνεται.* — 200, 3. *χῶρος . . . ἐν τῷ . . . ἵδρυται.* — VIII, 55, 1. *νηὸς, ἐν τῷ ἐλαίη . . . ἔνι.* IX, 57, 3. *τὸν χῶρον, ἐν τῷ ἐτετάχατο*, ubi quatuor codd. *ἐν ᾧ*; jam statim ibid. 5. eadem verba occurrunt, ubi ex his quatuor codd. unus tantum *ἐν ᾧ* retinet. Est vero cod. F.; editiones vett. priore loco *ἐν τῷ* habent, posteriore *ἐν ᾧ*.

ἐν τῇ. I, 114, 1. *ἐν τῇ κώμῃ ταύτῃ, ἐν τῇ ἦσαν.* — 133, 2. *δαῖτα προτίθεσθαι, ἐν τῇ . . . προτιθέαται.* — 145, 2. *Αἰγαί, ἐν τῇ Κρᾶθις ποταμὸς ἀένναός ἐστι*, ubi *ἐν τῇ* ad omissum *πόλις* non ad plurale *Αἰγαί* grammatice refertur. — II, 32, 9. *ἀπικέσθαι ἐς πόλιν, ἐν τῇ ἅπαντας εἶναι.* — 44, 4. *Θάσον, ἐν τῇ εὗρον.* — 47, 5. *ἐν τῇ πανσελήνῳ. ἐν τῇ ἂν τὰ ἱρὰ θύσωσι.* — 95, 3. *ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ, περὶ ταύτην ἵστησι τὸ ἀμφίβληστρον.* — 127, 3. *νῆσον περιῤῥέει, ἐν τῇ αὐτὸν λέγουσι κεῖσθαι Χέοπα.* —

136, 5. πυραμίδα . . . ἐν τῇ γράμματα . . . ἐστί. — 137, 5. πόλι . . . ἐν τῇ καὶ ἱρόν ἐστι. — 148, 9. πυραμίς . . . ἐν τῇ ζῶα μεγάλα ἐγγέγλυπται. — 153, 1. αὐλὴν . . . ἐν τῇ τρέφεται ὁ Ἆπις. — 159, 3. ἐν τῇ δὲ ἐσθῆτι ἔτυχε ταῦτα κατεργασάμενος, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι. — III, 5, 2. λίμνης, ἐν τῇ δὴ λόγος τὸν Τυφῶ κεκρύφθαι. — 79, 3. ὁρτὴν μεγάλην ἀνάγουσι . . . ἐν τῇ μάγον οὐδένα ἔξεστι φανῆναι. — IV, 7, 4. βασιληΐην, ἐν τῇ. — 12, 2. χερ-
39 σόννησον, ἐν τῇ. — 39, 3. ἀκτή. ἐν τῇ. — 154, 2. πόλις, ἐν τῇ. — V, 49, 11. γῇ Κισσίῃ, ἐν τῇ. — 56, 2. τὴν πομπὴν, ἐν τῇ. — VI, 33, 2. Χερσόννησος, ἐν τῇ. — 74, 4. ἡ Νώνακρις, ἐν τῇ. — 88, 2. φράσας ἐν τῇ τε ἡμέρῃ ἐπιχειρήσει. Sic ex uno cod. nunc editum est. Veteres editt. ἐν ᾗ, quod diserte in duobus codd. legitur; de ceteris siletur, etiam de S. quem tamen Gaisf. denuo contulit. — 115, 1. τῆς νήσου, ἐν τῇ. — VII, 10, 17. διαβολὴ, ἐν τῇ. — 26, 3. τῆς ἀγορῆς . . . ἐν τῇ, ubi un. cod. ἐν ᾧ, male ad Maeandrum fluvium respiciens. — 30, 1. πόλιν, ἐν τῇ. — 31, 1. πόλιν, ἐν τῇ. — VIII, 60, 10. Σαλαμῖνι, ἐν τῇ.

ἐν τοῖσι. I, 8, 5. πάλαι δὲ τὰ καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ· ἐν τοῖσι ἓν τόδε ἐστί. — 18, 1. ἔτεα, ἐν τοῖσι; sic quoque 74, 1. — 125, 5. Πασαργάδαι, ἐν τοῖσι. — 181, 5. θῶκοι, ἐν τοῖσι. — 202, 6. ἕλεα καὶ τενάγεα, ἐν τοῖσι. — 203, 3. ἔθνεα, ἐν τοῖσι. — II, 35, 3. Αἰγύπτιοι, ἐν τοῖσι. — 121, 13. ἀγγήϊα, ἐν τοῖσι, ubi un. cod. ἐν οἷσι. — 128, 1. ἔτεα, ἐν τοῖσι. — Sic quoque 137, 2. 161, 2. III, 10, 2. — 64, 6. Ἀγβατάνοισι, ἐν τοῖσι. — 67, 2. μῆνας, ἐν τοῖσι. — 111, 1. χωρίοισι, ἐν τοῖσι. — IV, 28, 1. μηνῶν, ἐν τοῖσι. — 151, 1. ἐτέων, ἐν τοῖσι. — 183, 2. Λωτοφάγους, ἐν τοῖσι. — 194, 1. Γύζαντες, ἐν τοῖσι. — VII, 171, 1. τὰ Τρωϊκὰ, ἐν τοῖσι. — VIII, 138, 4. κήπων, ἐν τοῖσι. IX, 80, 2. σάκκους, ἐν τοῖσι.

ἐν τῇσι. I, 66, 6. πέδαι, ἐν τῇσι. — III, 93, 2. νήσοισι, ἐν τῇσι. — IV, 121, 2. ἁμάξας, ἐν τῇσι. — V, 77, 5. πέδας, ἐν τῇσι. — VII, 80, 1. νήσων, ἐν τῇσι.

Huc quoque referri debet, ubi genitivus post ἐν noto elliptico usu ponitur. I, 133, 5. τοῦτο τῇ ὑστεραίῃ νήφουσι προτιθεῖ ὁ στέγαρχος, ἐν τοῦ ἂν ἐόντες βουλεύωνται.

Exempla habes nonaginta et duo. Nemo itaque audaciae, aut si diis placet lasciviae crimen mihi objiciet, si tria contrarii exempla in posterum ex editis libris exulare jussero. V, 16, 5. κρατέων ἕκαστος ἐπὶ τῶν ἰκρίων καλύβης τε, ἐν ᾗ διαιτᾶ-

ται. — V, 49, 9. ἐπὶ θάλασσαν τήνδε, ἐν ᾗ ἥδε Κύπρος νῆσος κέεται, ubi statim postea sequitur γῆ ἥδε Κισσίη, ἐν τῇ κείμενά ἐστι τὰ Σοῦσα ταῦτα. — VI, 97, 3. ἐν ᾗ χώρῃ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο, ταύτην μηδὲν σίνεσθαι, cui simillimum est II, 95, 3., supra jam allatum, ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ, περὶ ταύτην ἵστησι.

Jam restat, ut locos colligam, ex quibus demonstratur in una illa temporis significatione (*während*) ἐν ᾧ scribi, non ἐν τῷ. Plerumque tum in enuntiatione primaria nihil est, ad quod grammatice ἐν ᾧ referatur, nude positum, ut ὅτε et similia. I, 164, 2. ἐν ᾧ δὲ βουλεύονται αὐτοὶ, ἀπαγαγεῖν ἐκεῖνον ἐκέλευον τὴν στρατιὴν ἀπὸ τοῦ τείχεος. — III, 74, 1. ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐβουλεύοντο, ἐγίνετο κατὰ συντυχίην τάδε. — III, 105, 2. ὥςτε εἰ μὴ προλαμβάνειν τῆς ὁδοῦ τοὺς Ἰνδοὺς, ἐν ᾧ τοὺς μύρμηκας συλλέγεσθαι, οὐδένα ἂν σφέων ἀποσώζεσθαι. — III, 136, 4. ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἔπασχον, ὁ Δημοκήδης ἐς τὴν Κρότωνα ἀπικνέεται. — IV, 124, 3. ἐν ᾧ δὲ οὗτος πρὸς ταῦτα ἐτράπετο, οἱ διωκόμενοι Σκύθαι . . . ὑπέστρεφον ἐς τὴν Σκυθικήν. — IV, 139, 4. ἐν ᾧ δὲ ἡμέες τάδε λύομεν, ὑμέας καιρός ἐστι δίζησθαι ἐκείνους. — VI, 23, 1. οἱ Σάμιοι μοῦνοι Ἰώνων ἐστάλησαν . . . ἐν ᾧ τοιόνδε δή τι συνήνεικε γενέσθαι. — VI, 97, 1. ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐποίευν, οἱ Δήλιοι . . . οἴχοντο φεύγοντες ἐς Τῆνον. — IX, 102, 2. ἐν ᾧ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι περιήϊσαν, οὗτοι οἱ ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ κέρεϊ ἔτι καὶ δὴ ἐμάχοντο. In omnibus his locis nusquam e quoquam libro neque edito neque scripto ἐν τῷ allatum vidi. Verum quemadmodum ὅτε nonnunquam ad correlativum τότε in enuntiatione primaria refertur, sic ἐν ᾧ non raro comitem ἐν τούτῳ habet. I, 164, 4. ἐν ᾧ ὦν ὁ Ἅρπαγος ἀπὸ τοῦ τείχεος ἀπήγαγε τὴν στρατιὴν, οἱ Φωκαιέες ἐν τούτῳ . . . ἔπλεον ἐπὶ Χίου. — III, 19, 2. ἐν ᾧ δὲ τούτους μετήϊσαν, ἐν τούτῳ ἐκέλευε ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα πλέειν τὸν ναυτικὸν στρατόν. — IV, 95, 3. ἐν ᾧ δὲ ἐποίεε τὰ καταλεχθέντα . . . . ἐν τούτῳ κατάγαιον οἴκημα ἐποιέετο. [cf. Schw. in annot. et in lex.] — VI, 89, 1. ἐν ᾧ ὦν Κορινθίων ἐδέοντο χρῆσαί σφι νέας, ἐν τούτῳ διεφθάρη τὰ χρήματα. — IX, 23, 2. ἐν ᾧ δὲ ὁ πεζὸς ἐβώθεε, ἐν τούτῳ μάχη ὀξεῖα περὶ τοῦ νεκροῦ γίνεται. — Legitur quidem I, 186, 5. ἐν τῷ ἐπίμπλατο τοῦτο, ἐν τούτῳ ἀπεξηρασμένου τοῦ ἀρχαίου ῥεέθρου etc. Sed ita editi tantum libri habent. [cf. Wessel. ad h. l.] Septem codd. accuratius collati habent legitimum ἐν ᾧ, et de uno cod. *a* Schweigh. fatetur se nescire, an assentiatur. Et cum VII, 26, 1. ἐν τῷ δὲ οὗτοι τὸν προκείμενον πόνον ἐργάζοντο,

ἐν τούτῳ ὁ πεζὸς ἅπας συλλελεγμένος etc. duo codd. *ἐν ᾧ δέ* praebeant, quid scribendum sit, nemo dubitabit.

Jam cum, ut vidimus, in hac temporis notione solenne sit *ἐν ᾧ*, quaeritur, an ibi quoque, ubi ad certum quoddam nomen, temporis significationem continens, relativum referatur, *ᾧ* scribendum sit. Neque parvum momentum huic sententiae defendendae accedit ex I, 47, 3. *οὖρον προθέμενος ἐνιαυτὸν τοῦτον, ἐν ᾧ δὴ καὶ ἐγένετο ἡ μεταβολή*, ubi nil variant libri, nisi quod Schaef. in edit. maj. et Borh. *ἐν τῷ* dederunt, et ex VIII, 8, 1. *ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ οὗτοι ἀριθμὸν ἐποιεῦντο τῶν νεῶν*, in qua lectione omnes consentiunt. Sed id statim in oculos occurrit, hoc ad solum *ἐν ᾧ* pertinere posse, non vero nomine alius generis aut numeri praecedente, ut *ἐν ᾗ* aut *ἐν οἷσι* locum habere. Vidimus supra *ἐν τῇ πανσελήνῳ, ἐν τῇ.* — *ἐν τῇ ἡμέρῃ* — *ἔτεα, ἐν τοῖσι* septies, — *μηνῶν*, et *μῆνας, ἐν τοῖσι.* Et si confero II, 125, 6. *ἄλλον δὲ, ἐν τῷ τοὺς λίθους ἔταμον . . . . οὐκ ὀλίγον χρόνον*, VIII, 51, 1. *ἕνα διατρίψαντες μῆνα, ἐν τῷ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην*, VIII, 114, 1. *ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν τῷ Μαρδόνιος τὴν στρατιὴν διέκρινε*, IX, 112. *ἐν δὲ τούτῳ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ, ἐν τῷ Ξέρξης τῷ ἀδελφεῷ διελέγετο*, in quorum ultimo tantum *ᾧ* duo codd. praebent, in tribus reliquis in *τῷ* omnes consentiunt, ubique hic *ἐν τῷ* scribendum esse censeo. Unus vero superest locus, quem non hoc modo mutatum velim V, 108, 1. *ἐν ᾧ δὲ ἡ ἀγγελίη τε περὶ τῶν Σαρδίων παρὰ βασιλέα ἀνήϊε καὶ Δαρεῖος τὰ περὶ τὸ τόξον ποιήσας Ἱστιαίῳ ἐς λόγους ἦλθε, καὶ Ἱστιαῖος μεμετιμένος ὑπὸ Δαρείου ἐκομίζετο ἐπὶ θάλασσαν, ἐν τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ ἐγίνετο τάδε.* Refertur quidem *ἐν ᾧ* ad *ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ* in enuntiatione primaria, quae postposita est. Sed incepit sermonem Herodotus a solenni *ἐν ᾧ δέ*, quam temporis notionem postea per *ἐν τούτῳ* iterum significare voluit. At tempus hoc non unum tantum momentum complectitur, sed tria momenta deinceps ponuntur eo ordine, quo res gestae se exceperunt; jam ut tantum temporis spatium lectoris animum magis feriret, non contentus erat formula *ἐν τούτῳ*, neque posuit solum *ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ*, sed significantius addito uno vocabulo dixit *ἐν τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ.* Praeterea ipsa verborum collocatio, *ἐν ᾧ δέ* ita praemissum non arcte cum *ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ* junctum fuisse monstrat.

Accedimus ad formam relativorum post praepositionem *ἐς*.

Major hic etiam numerus exemplorum occurrit, quam praepositionis ἐν attulimus. Sed breviores hic esse possumus, non semper ipsa verba transscribentes, cum, uno loco excepto, ubi ἐς οὕς hucusque positum est, de discrimine tantum inter ἐς ὅ et ἐς τό, deque iis locis, qui propter hoc discrimen mutationem subire debeant, agendum sit, ut in reliquis contenti esse possimus solis numeris appositis. Legimus itaque

ἐς τόν I, 14, 6. (un. cod. ὅν) — 153, 2. — II, 122, 1. — 172, 5. — III, 18, 1. (duo codd. ὅν) — 52, 3. — IV, 39, 2. — 53, 4. — 82, 3. — 95, 2. — V, 25. — 92, 32. — VI, 57, 4. — 125, 4. (un. cod. F. ὅν) — VII, 8, 14. — 22, 5. 41
Veteres editt. ἐς ὅν. Sed rectum dederunt sex ad minimum codd. De ceteris siletur. — 113, 3. — IX, 52, 2. (tres codd. ὅν) — 53, 1.

ἐς τήν. I, 145, 3. — 148, 1. — 185, 3. — II, 4, 7. — 5, 1. — 134, 2. — IV, 37, 2. — 39, 3. (un. cod. ἐν τῇ) — V, 121, 2. — VI, 88, 2. — 133, 3., ubi quatuor codd. non minus bene ἐπ' ἥν. — VII, 58, 3. — 109, 2. — 119, 4. — 123, 3. — 128, 2. (un. cod. F. ἥν) — 146, 4. — 220, 1. — VIII, 32, 2. — 60, 8. — IX, 21, 3. (duo codd. ἐπ' ἥν) — 52, 2. ἐς τὴν συνέκειτο, ubi nihil variant codd. et tamen post duas lineas pro ἐς τὸν συνέκειτο tres praebere ἐς ὅν jam monuimus. — 76, 6. — 120, 6.

ἐς τό. Hic ipsa scriptoris verba afferenda sunt, ut constet, a notione temporis, quam formae ἐς ὅ reservandam dixi, hos locos alienos esse. I, 186, 4. *ἐκτρέψασα τοῦ ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον πᾶν ἐς τὸ ὤρυσσε χωρίον.* — II, 113, 3. *ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἠϊόνος . . . . Ἡρακλέος ἱρόν· ἐς τὸ ἢν καταφυγὼν οἰκέτης ὅτεῳ ἀνθρώπων ἐπιβάληται στίγματα ἱρά* etc. — III, 37, 3. *ἐςῆλθε δὲ καὶ ἐς τῶν Καβείρων τὸ ἱρὸν, ἐς τὸ οὐ θεμιτόν ἐστι ἐςιέναι.* — V, 74, 1. *συνέλεγε ἐκ πάσης Πελοποννήσου στρατὸν, οὐ φράζων ἐς τὸ συλλέγει.* — 92, 16. *τὸ παιδίον . . . . φέρουσα κατακρύπτει ἐς τὸ ἀφραστότατόν οἱ ἐφαίνετο εἶναι.* — VII, 144, 4. *αἱ δὲ, ἐς τὸ μὲν ἐποιήθησαν, οὐκ ἐχρήσθησαν.* — VIII, 39, 2. *οἱ δὲ πεσόντες . . . λίθοι . . . ἦσαν σόοι . . . ἐν τῷ τεμένεϊ κείμενοι, ἐς τὸ ἐνέσκηψαν διὰ τῶν βαρβάρων φερόμενοι.*

ἐς τούς. II, 33, 1. (ubi teste Gaisf. Cod. S. et edit. Ald. ἐς οὕς dant. At Steph. jam ἐς τούς habet. Schweigh. prorsus silet.) — III, 20, 2. — IV, 71, 4. — 196, 1. — VI, 10, 2.

[tres codd. οὔς. Gaisf. numerum male apposuit.] — 49, 1. (quinque codd. ἐς οὔς) — IX, 27, 3.

ἐς τά. I, 46, 2. — 53, 2. — 92, 5. — 94, 8. — II, 8, 2.

Jam quis contra tot exempla, amplius sexaginta, ni fallor, defendat scribendi rationem in II, 95, 2. τοὺς μὲν τὰ ἄνω τῶν ἑλέων οἰκέοντας οἱ πύργοι ὠφελέουσι, ἐς οὓς ἀναβαίνοντες κοιμέονται, ubi Borheckium jam ἐς τούς dedisse video; possis quoque ἐπ' οὕς scribere, quarum vocularum confusarum nonnulla exempla jam affuerunt. De sex vero locis ubi ἐς ὅ in ἐς τό aut transire debet aut alia ratione uberiorem disquisitionem postulat, tum dicemus, ubi frequentissimum usum formulae ἐς ὅ in temporis significatione exemplis illustraverimus. Sed tantum quae prima se exempla obtulerunt, longiora apponam, etiam in reliquis sola numerorum notatione contentus, nisi qua alia de causa plura verba transscribere mihi visum fuerit.

Ἐς ὅ itaque et ἐς οὗ, utrumque saepissime apud Herodotum occurrit, notionem temporis continens, quam Latini *donec*, nos *bis dass* dicimus. Eandem formulam Latine reddi nonnumquam commode posse, *ad extremum*, *postremo*, Schweighäusero in lex. Herodot. T. 1. p. 283. facile concedo. [cf. eund. ad IV. 105.] Nam si quis aliquo loco, ut hoc exemplo utar, remanet, donec abire cogitur, eum *tandem* s. *postremo* coactum abiisse dici posse, nemo negabit. At per se ἐς ὅ non est *postremo*, sed nil nisi *donec*. Jam videamus exempla:

ἐς ὅ. I, 93, 4. τοῦ γὰρ δὴ Λυδῶν δήμου αἱ θυγατέρες πορνεύονται πᾶσαι, συλλέγουσαι σφίσι φερνάς, ἐς ὃ ἂν συνοικέωσι τοῦτο ποιέουσαι. — 94, 8. τοὺς ἑτέρους . . . . καταβῆναι ἐς Σμύρνην, καὶ μηχανήσασθαι πλοῖα, ἐς τὰ ἐσθεμένους τὰ πάντα . . . . ἀποπλέειν κατὰ βίου τε καὶ γῆς ζήτησιν, ἐς ὃ ἔθνεα πολλὰ παραμειψαμένους ἀπικέσθαι ἐς Ὀμβρικούς. — 98, 1. — 102, 4. ubi cur Schaef. in edit. maj. et Borh. ἐς τό scripserint, nullam cau-
42 sam video. In Reiziana Schaef. ἐς ὅ retinuit. — 115, 4. οἱ
μέν νυν ἄλλοι παῖδες τὰ ἐπιτασσόμενα ἐπετέλεον· οὗτος δὲ ἀνηκούστεέ τε καὶ λόγον εἶχε οὐδένα, ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην. Verba sunt Cyri pueri ad avum Astyagen, ubi non opus est cum Schweigh. in lex. T. 1. p. 285. novam significationem comminisci, *quapropter poena illi inflicta est*, [quod fecit jam Wessel. in notis ad II, 116.,] sed simpliciter est, *donec tandem poenas dedit*. — 130,

3. — 158, 3. — 191, 9. — 196, 5. — 202, 4. — II, 102, 2. — 103, 1. — 115, 7. — 118, 4. *οἱ δὲ Ἕλληνες καταγελᾶσθαι δοκέοντες ὑπ' αὐτῶν, οὕτω δὴ ἐπολιόρκεον, ἐς ὃ ἐξεῖλον.* — 143, 5. — 150, 6. — III, 48, 6. — 82, 8. — 104, 5. — 136, 2. — 158, 3. — IV, 12, 4. *οἱ δὲ Σκύθαι ἐν δεξιῇ τὸν Καύκασον ἔχοντες ἐδίωκον, ἐς ὃ ἐςέβαλον ἐς τὴν Μηδικὴν γῆν.* Cod. Med. habet *ἐς οὗ*, ut saepe variatur. Reliqui libri scripti ut vett. editt. nil variant, nisi quod *ἔς τ' ἐςέβαλον* duo codd. V. S. praebent, quod quam cupide a viris doctissimis arreptum fuerit, valde miraberis, non ipsum quidem *ἔςτε*, quod non semel apud Herodotum (cf. IV, 201, 5. — VII, 141, 2. — 158, 4. — 171, 2. — VIII, 4, 2. — 61, 2. — 142, 6. — 143, 3. — 144, 5.) occurrit, sed ut *ἐς τό* inde facerent. Sic itaque Wesseling. „Statim *ἐς τό* si scriba Arch. (i. e. cod. S.) voluit, patronus non deerit II, 157, [2]". Koenius postea ad Gregor. de dial. pag. 472. Schäf. „*ἐς τό* magis ionicum legitur p. 181, 15. [II, 157.], facile eliciendum p. 286, 5. [hoc ipso nostro loco] e Mss. lectione *ἔς τ' ἐςέβαλον*"; at vero tantum abest, ut sit magis ionicum, ut ne tolerari quidem apud Herodotum in hac significatione possit. De loco II, 157, 2. postea videbimus. Verum nondum tum norunt viri docti cod. F. a Schweighäusero primo collatum. Nam si scissent, hunc IV, 122, 3. solum *ἐς τό* pro *ἐς ὅ* dare, quod Schweigh. et Gaisf. receperunt, forsan ubique *ἐς ὅ* ut minus ionicum proscripsissent. Sed de his locis postea ut dixi videbimus. — IV, 43, 2. — 105, 2. (duo codd. *ἐς οὗ*) — 123, 3. — 160, 1. — 201, 4. — 203, 3. 6. (duo codd. *ἐς οὗ*) — V, 85, 3. — V, 92, 15. 25. — 97, 3. — VI, 15, 3. — 24, 3. — 40, 3. — 75. 3. 4. — 83, 1. 3. — 99, 2. — 113, 3. — 140, 2. — VII, 58, 5. — 113, 1. — 181, 1. — 225, 1. — VIII, 58, 2. — 108, 7. — IX, 55, 2. — 58, 5. — 62, 3. — 94, 2.

ἐς οὗ. I, 67, 5. — III, 31, 3. — IV, 30, 2. — 160, 3. (editt. vett. et Matth. cum duobus saltem codd. *ἐς ὅ*) — 166, 2. (totidem fere *ἐς ὅ*) — 181, 5. (un. cod. *ἐς ὅ*) — 196, 3. — V, 51, 3. (un. cod. *ἐς ὅ*) — 86, 3. (un. cod. *ἐς ὅ*.)

Ecce tibi sexaginta duos locos, ubi nonnumquam inter *ἐς ὅ* et *ἐς οὗ* quidem variatur, sed nunquam ne in minimi quidem pretii libris *ἐς τό* scriptum reperitur. Feremusne itaque in posterum scripturam eorum duorum locorum, quorum jam ad IV,

12, 4. mentionem fecimus. Scilicet legitur nunc II, 157, 1. *Ψαμμίτιχος . . . . Ἄζωτον τῆς Συρίης μεγάλην πόλιν προςκατήμενος ἐπολιόρκεε, ἐς τὸ ἐξεῖλε.* Sic vett. quidem editi cum quatuor postea collatis libris scriptis. At quatuor alii codd. *ἐς ὅ* praebent, quod Schweigh. neglecti ionismi incusat, quamquam et Suidas etiam sub ipsa hac voce *ἐς ὅ* quam explicat *μέχρι τούτου, ἕως οὗ* locum nostrum laudat, et Gregor. Corinth. de dial. ion. §. 63. pag. 472. diserte testatur *ἀντὶ τοῦ ἕως οὗ, ἐς ὅ λέγουσιν. Ἡρόδοτος· ἐς ὃ ἐξεῖλον*, ubi pluralis ad II, 118, 4. spectat. — Minor etiam auctoritas scripturae est in IV, 122, 3. ut jam diximus, *διαβάντων δὲ τούτων τὸν Τάναϊν ποταμὸν, οἱ Πέρσαι ἐπιδιαβάντες ἐδίωκον, ἐς τὸ τῶν Σαυροματέων τὴν χώρην διεξελθόντες ἀπίκοντο ἐς τὴν τῶν Βουδίνων.* Hic enim propter unum illum cod. F. *ἐς ὅ* Schweigh. expulit, quem Gaisf. solus secutus est, ceteris recentioribus ad pristinam lectionem reversis.

43 Patet itaque, in hac temporis notione Herodotum forma *ἐς τό* semper abstinuisse. Sed si contemplor, inter quinquaginta et quinque locos, ubi *ἐς ὅ* in editis legitur, duobus illis additis, in quibus *ἐς τό* male exaratur, nonnisi tres esse, ubi unus aut duo mscrr. *ἐς οὗ* praebeant, at inter novem illos locos, ubi nunc *ἐς οὗ* scribitur, quinque exstare, in quibus scripti *ἐς ὅ* quoque offerant, non vereor ne male Pavius et Reiskius *ἐς οὗ* ex Herodoto proscriptum voluerint. cf. Wesseling. ad I, 67. T. 5. p. 80. Sed non dicendum erat praestare aut *ἕως οὗ* aut *ἐς ὅ*. Nam *ἕως οὗ* in posterum etiam ex editionibus Herodoti in uno illo loco II, 143, 3. ubi hucusque servatum est, exulabit, ut suo loco demonstrabitur.

Sed supersunt etiamnum sex loci, ubi *ἐς ὅ* in nostris libris omnibus legitur, notionem temporis, quam solam huic formae tribui posse demonstravimus, respuentes. Inter hos tres sunt, ubi quid agas ex praecedentibus non obscurum esse videbitur; IV, 56. *κατὰ τοῦτο τῆς χώρης, ἐς ὃ γινώσκεται ὁ Βορυσθένης*, IV, 71, 1. *ταφαὶ δὲ τῶν βασιλέων ἐν Γέῤῥοισί εἰσι, ἐς ὃ ὁ Βορυσθένης ἐστὶ προςπλωτός*, VII, 50, 6. *ὁρᾷς τὰ Περσέων πρήγματα, ἐς ὃ δυνάμιος προκεχώρηκε.* Mihi enim recte is facere videtur, qui vel in *ἐς τό* vel in *ἐς ὅσον* mutet; *ὅσος* enim et *ὅς* saepe confusa sunt, cujus rei statim ubi de *μέχρι οὗ* agetur exemplum dabimus. Dubitanter tamen de his tribus locis ita pro-

nuncio. Nam si quis contendant, ἐς ὅ, non ad certum aliquod nomen relatum, sed sic adverbialiter positum, vulgarem temporis notionem ad spatium transtulisse, ut μέχρι apud Graecos, *usque* apud Latinos, et nostrum *bis*, ei non magnopere refragabor, id unum monere contentus, apud Herodotum, uno loco excepto I, 181, 3. μέχρι οὗ semper de tempore dici, idque verbo plerumque junctum, nonnunquam vero etiam genitivo nominis; in uno vero illo loco, ubi spatium significat, genitivum nominis adjunctum habere, quam constructionem ἐς ὅ nunquam recipit. Quartus locus est V, 91, 1. μετεπέμποντο Ἱππίην τὸν Πεισιστράτου ἀπὸ Σιγείου τοῦ ἐν Ἑλλησπόντῳ, ἐς ὃ καταφεύγουσι οἱ Πεισιστρατίδαι. Wesselingius, qui ultimum colon ab ἐς ὅ inde pro grammatici commento aliunde assuto habet, huic opinioni ex ipso hoc ἐς ὅ novum argumentum addere potuisset. Sed verba nolim Herodoto erepta; scribendum tamen sine dubio ἐς τό. — Duo loci, qui supersunt, majoribus difficultatibus premuntur. In utroque Schweigh. in lex. l. c. novam huic formulae ἐς ὅ tribuit significationem, ut et in tertio loco I, 115, 4. quem ita non interpretandum esse paulo ante docuimus. Neque magis in reliquis duobus locis hanc interpretationem quae nullis aliis exemplis neque aliorum scriptorum usu confirmari potest admittendam censeo. Alter est II, 116, 1. notissimus locus, δοκέει δέ μοι καὶ Ὅμηρος τὸν λόγον τοῦτον πυθέσθαι· ἀλλ' οὐ γὰρ ὁμοίως ἐς τὴν ἐποποιΐην εὐπρεπὴς ἦν τῷ ἑτέρῳ, τῷπερ ἐχρήσατο· ἐς ὃ μετῆκε αὐτὸν, δηλώσας ὡς καὶ τοῦτον ἐπίσταιτο τὸν λόγον. δῆλον δέ. κατὰ γὰρ ἐποίησε ἐν Ἰλιάδι κ. τ. λ. Sed de hoc loco disserendi tempus nunc non est. Hoc enim et sequens capitulum tot tantisque difficultatibus premitur, et manum interpolatricem non uno in loco expertum est; periodorum praeterea structura ipsa adeo contorta est, ut alii tempori haec disquisitio reservanda sit. Id unum adjiciam, mihi simplicissimum videri ἐς ὅ ejicere, unde orationis tenor prorsus Herodoteus fit. Id saltem certum est, ἐς ὅ neque *quapropter*, ut Schweigh. voluit, significare posse, neque propriam significationem *donec* hic aptam esse. — Ultimi tandem loci difficultas non tam in ipsis verbis inest, quam quia interpretes ab expedita ratione explicandi ad contortam transierunt. VIII, 60, 3. 4. μηδὲ . . . . ἀναζεύξῃς πρὸς τὸν Ἰσθμὸν τὰς νῆας. ἀντίθες γὰρ ἑκάτερον ἀκούσας. πρὸς 11
μὲν τῷ Ἰσθμῷ συμβάλλων ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμένῳ ναυμαχήσεις,

ἐς ὃ ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι νῆας ἔχουσι βαρυτέρας καὶ ἀριθμὸν ἐλάσσονας. Nolo nunc repetere ea, quae Schweigh. in lex. l. c. attulit, ut loco ejus sententiae, quam prius tuitus est in notis T. VI, 2. p. 129, cujusque in ipso lexico paulo ante p. 282. memor erat, aliam contortam nec minus grammaticis praeceptis quam nexui orationis contrariam substitueret. Rectum antea viderat cum aliis. Ad *ἐς ὅ* supple *ναυμαχεῖν*; hoc vero est *ἐς ὃ ἰοῦσιν* sive *πλεύσασιν ἡμῖν ναυμαχεῖν ἥκιστα σύμφορόν ἐστι*, cujus rei causa statim additur. Similes locos multos interpretes attulerunt, ex quibus unum tantum addam ex hac ipsa Themistoclis oratione §. 8. *Σαλαμὶς περιγίνεται ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα* i. e. *ἐς τὴν ἡμῖν τὰ τέκνα ἐκτεθέντα ὑπέκκειται.* Sed non minus certum est, cum *ἐς ὅ* ad *πελάγεϊ* referatur, scribi debere *ἐς τό.*

Superest tandem ut de praepositione *ἐς* et de adverbio *μέχρι* dicamus. — Post *μέχρι* jam et *ἄχρι**) omnes libri ubique consonantem *ς* aspernantur, ut de scriptura nulla lis esse possit. [cf. Valck. ad I, 181.] Exstat vero notio temporis *donec* in his locis: I, 117, 4. — 187, 3. (un. cod. omitt. *οὗ*) — II, 19, 3. — 53, 1. — 179, 2. — III, 104, 2. — V, 28, 2. — VII, 60, 3. — 225, 1. — VIII, 99, 4. Legebatur idem in VIII, 3, 3. usque ad Gronovium, qui *μέχρι ὅσου* e Med. edidit, cum quo quatuor alii codd. consentiunt. Servari poterat, vel ipso Schweighäusero teste, *μέχρι οὗ*, repertum in quatuor codd. inter quos sunt S. et *a.* — Cum genitivo vero junctum notionem spatii habet in I, 181, 3.

Atqui hinc *ἕως οὗ* quod legitur in omnibus editt. II, 143, 3, satis confirmatum videtur. Neque quisquam huic formulae controversiam movere ausus est, nisi unus Koenius ad Gregor. l. c. „*Commune ἕως οὗ* p. 174, 49. [nostrum locum significat] *fortasse ex interpretatione alicujus Grammatici ortum.*" Haec cum Koenius scriberet, Cod. Arch. s. S. a Wessel. collatus jam erat, sed, quod facile condonari potest, in ductibus literarum tam minutis fugerat eum, hunc codicem non *ἕως οὗ* sed *ἐς οὗ* praebere, quod Gaisf. demum in nova collatione cod. animadvertit. Eandem varietatem in aliis quoque codd. exstare, vix dubito;

*) Utrum *μέχρις* et *ἄχρις* scribendum sit, an ut dedimus *μέχρι* et *ἄχρι* nunc non quaerimus.

ut mihi quidem videatur (ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, non φαίνεται), Herodotum ubique ἐς ὅ scripsisse, quod per librarios saepius in ἐς οὗ transformatum tandem in ἕως οὗ etiam abierit.

Hucusque in nostra quaestione de utraque relativi forma ita rem egimus, ut multitudine exemplorum ejus usus, quem rectum credimus, exempla contrarii longe superante, quaestionem decideremus. At vero ubi ad praepositionem ἐξ perventum est, non ita numero disparia sunt exempla. Nam ex triginta, quae in schedis habeo, duodeviginti consonantem τ in relativo adsciscunt, duodecim vero aspiratione contenta sunt. Sed ex his duodecim statim tria eximemus, ubi ἐξ οὗ temporis notionem solam (*ex quo, seitdem*) in se continet, ut tertium correlativum quasi sit ad ἐν ᾧ et ἐς ὅ; cf. II, 15, 6. — 44, 2. — VI, 109, 4, ubi in nullo libro quicquam mutatur. Sic nu- 45
merus exemplorum prioris generis duplo major factus est numero exemplorum, quae ad secundum genus referuntur. Jam ipsa haec exempla apponamus.

ἐκ τοῦ. IV, 89, 2. δυῶν ἡμερέων πλόον ἀπὸ θαλάσσης τοῦ ποταμοῦ τὸν αὐχένα, ἐκ τοῦ σχίζεται τὰ στόματα τοῦ Ἴστρου, ἐζεύγνυε (un. cod. F. ἐξ οὗ). — V, 106, 4. ἐμὲ βουλεῦσαι πρῆγμα, ἐκ τοῦ σοί τι ἢ μέγα ἢ σμικρὸν ἔμελλε λυπηρὸν ἀνασχήσειν.

ἐκ τῆς. II, 22, 7. ταύτην τὴν χώρην, δι' ἧς τε ῥέει καὶ ἐκ τῆς ἄρχεται ῥέων ὁ Νεῖλος. — 41, 7. ἐκ τῆς δὲ αἱ βάρις παραγίνονται . . . οὔνομα τῇ πόλι Ἀτάρβηχις. Similiter 172, 1. ἐκ τῆς δὲ ἦν πόλιος, οὔνομά οἵ ἐστι Σιούφ. — IV, 195, 2. λίμνην δὲ ἐν αὐτῇ εἶναι, ἐκ τῆς αἱ παρθένοι . . . ψῆγμα ἀναφέρουσι. — VI, 41, 5. Περσίδα γυναῖκα, ἐκ τῆς οἱ τέκνα ἐγένετο (cod. F. ἐξ ἧς). — 71, 3. γαμέει δευτέρην γυναῖκα . . . ἐκ τῆς οἱ ἔρσεν μὲν γίνεται οὐδέν. — VII, 30, 1. λίμνην, ἐκ τῆς ἅλες γίνονται. — VIII, 136, 1. Ἀλεξάνδρου γὰρ ἀδελφεὴν Γυγαίην . . . Βουβάρης . . . ἔσχε, ἐκ τῆς οἱ ἐγεγόνεε Ἀμύντης. — IX, 111, 4. κελεύων με γυναῖκα, ἐκ τῆς μοι παῖδες νεηνίαι τέ εἰσι καὶ θυγατέρες . . . μετέντα, θυγατέρα τὴν σὴν γῆμαι.

ἐκ τῶν. I, 8, 5. πάλαι δὲ τὰ καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ. — 193, 7. φοίνικες . . . καρποφόροι, ἐκ τῶν καὶ σιτία καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται. — III, 115, 2. νήσους Κασσιτερίδας, ἐκ τῶν ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ. — IV, 183, 1. ἐς τοὺς Λωτοφάγους, ἐκ τῶν τριήκοντα ἡμερέων ἐς αὐτοὺς ὁδός ἐστι. — VII, 10, 15. ἐπειχθῆναι μέν νυν πᾶν πρῆγμα τίκτει

σφάλματα, ἐκ τῶν ζημίαι μεγάλαι φιλέουσι γίνεσθαι. — 122, 2. *Ἑλληνίδας τάσδε πόλις, ἐκ τῶν νέας τε καὶ στρατιὴν παρελάμβανε.* — VIII, 121, 3. *ἀκροθίνια ἀπέπεμψαν ἐς Δελφοὺς, ἐκ τῶν ἐγένετο ἀνδριάς.*

His vero duodeviginti exemplis novem, quae jam afferentur, opposita sunt:

ἐξ οὗ. V, 17, 10. *τὸ μέταλλον, ἐξ οὗ ὕστερον τάλαντον ἀργυρίου Ἀλεξάνδρῳ ἡμέρη ἑκάστης ἐφοίτα.* — VI, 118, 2. *πυθόμενος δὲ ἐξ οὗ ἦν ἱροῦ ἔπλεε τῇ ἑωυτοῦ νηΐ ἐς Δῆλον.* [Suid. *ἐξ οἷου*].

ἐξ ἧς. III, 52, 4. *εἰ γάρ τις συμφορὴ ἐν αὐτοῖσι ἐγεγόνεε, ἐξ ἧς ὑποψίην ἐς ἐμὲ ἔχεις.* — IV, 78, 4. *ἦν δὲ αὕτη ἡ Ὀποίη ἀστὴ, ἐξ ἧς ἦν Ὄρικος Ἀριαπείθεϊ παῖς.*

ἐξ ὧν. I, 125, 4. *ἔστι δὲ (Περσέων γένεα) τάδε, ἐξ ὧν ὦλλοι πάντες ἀρτέαται Πέρσαι.* — II, 44, 1. *θέλων δὲ τούτων πέρι σαφές τι εἰδέναι ἐξ ὧν οἷόντε ἦν.* — 92, 6. *ἔστι δὲ καὶ ἄλλα κρίνεα . . . ἐξ ὧν ὁ καρπὸς . . . ἐκ τῆς ῥίζης γίνεται.* — 154, 7. *ἐξ ὧν δὲ ἐξανέστησαν χώρων, ἐν τούτοισι δὴ οἵ τε ὁλκοὶ τῶν νεῶν . . . τὸ μέχρι ἐμεῦ ἦσαν.* — III, 82, 5. *ἐς ἔχθεα μεγάλα ἀλλήλοισι ἀπικνέονται, ἐξ ὧν στάσιες ἐγγίνονται.*

Nolo cuiquam opinionem meam obtrudere; sed cum videam in ceteris praepositionibus Herodotum certam regulam secutum esse, a qua non nisi in formulis adverbialibus, temporis notionem complectentibus, *ἐν ᾧ*, *ἐς ὅ*, sed in his constanter, desciverit, cumque idem locum habere apertum sit in formula *ἐς οὗ*, cum praeterea nullam causam afferre possis, cur dixerit *ἐκ τῶν φοιτᾷ* et *ἐξ οὗ ἐφοίτα*, *γυνὴ ἐκ τῆς τέκνα ἐγίνετο*, *ἐστί*, (et hoc quater,) et *ἐξ ἧς ἦν παῖς*, *σφάλματα ἐκ τῶν ζημίαι φιλέουσι γίνεσθαι*, et *ἔχθεα ἐξ ὧν στάσιες ἐγγίνονται*, porro cum in uno eodemque membro orationis dixerit *δι' ἧς* et *ἐκ τῆς*, non *ἐξ ἧς*, tandem cum post *πάρεξ*, quod nunquam *πάρεκ* scribitur, tamen *τῶν* maluerit, quam *ὧν*, ut VIII, 73, 5. *πάρεξ τῶν κατέλεξα* [cf.
46 Lob. ad Phryn. p. 414.] — si haec omnia, inquam, simul considero, post praepositionem *ἐξ* etiam Herodoto, una formula *ἐξ οὗ* excepta, eam relativi formam ubique reddendam censeo, quae a consonante *τ* incipit.

Jam ut brevibus verbis omnia ea, in quae hucusque inquisivimus, comprehendamus, videmur nobis demonstrasse, *in casibus rectis solam formam ὅς, ἥ, τό, οἵ, αἵ, τά obli-*

nere apud Herodotum, in casibus obliquis vero eam quae initialem consonantem τ habet ubique, nisi post praepositiones, quae apostrophum patiuntur, et hunc semper recipiunt, et in formulis ἐξ οὗ, ἐν ᾧ, ἐς ὅ ubi generalem temporis notionem continent: accedere tandem formulam μέχρι οὗ.

Supra duo millia locorum adduximus, ut argumentatio nostra firmis fundamentis innitatur. Omnes locos me attulisse, non contendam; nam quamvis hoc in animo habui, tamen in ejusmodi labore ut animus nunquam remittatur, nemo paulo indulgentior postulabit. Id vero fere pro certo affirmare ausim, praeter locos a me excitatos nullos reperiri, qui sententiam a nobis propositam labefacere possint. Si qui omissi sunt, ut certe omissi sunt, ii augendo tantum numero eorum exemplorum inservire possunt, quibus sententia nostra stabilitur.

Brevius defungi possum in explicando usu, qui in secundo pronomine relativo ὅςτις obtinet. Nam ubique fere omnes libri conspirant, et pauca tantum sunt, quae notari merentur. Prima itaque lex est, numquam hoc pronomen a consonante τ incipere; secunda, in genitivis et dativis unice regnare breviorem illam formam, quam epicam et atticam dicere solemus, numquam vero reperiri οὗτινος, οἷςτισι similia. Exempla nunc dabo:

ὅςτις. I, 87, 4. — 95, 1. Refertur h. l. ὅςτις ad certam quidem personam, Cyrum, sed non proprie est relativum, ut in interrogatione pendente positum, ubi τίς non minus locum habet. — 196, 5. — 210, 2. — II, 5, 1. — 46, 4. — 51, 3. — 106, 4. — 114, 3. — 121, 27. — III, 40, 5. — 68, 5. 7. — 72, 4. — 122, 7. — 142, 4. — 155, 1. — IV, 31, 3. — 45, 5. — 74, 2. — 79, 3. — VI, 59. — 126, 3. — VII, 29, 1. (bis) — 49, 1. 2. — 129, 5. — 196, 3. (duo codd. ὅςπερ) — IX, 84, 3.

ἥτις. I, 167, 4. — II, 99, 6. — 100, 3. — 111, 3. — 134, 2. Hic eadem valent, quae antea ad I, 95, 1. dixi. — 181, 8. — III, 28, 2. — 111, 1. — IV, 41, 3. — 45, 6. — V, 5, 1. — VI, 12, 5. — 47, 1. — 118, 1. — VII, 99, 1. Hic ἥτις ad Artemisiam relatum commode interpretari nos posse *ut quae*, jam pag. 4. diximus. — 139, 5.

ὅ τι. I, 39, 2. — 129, 1. — 164, 4. — II, 60, 7. — 121, 28. — 136, 7. — 151, 4. — III, 22, 1. — 64, 4. —

IV, 15, 4. — 16, 1. — 195, 6. — VI, 50, 3. — 62, 3. — VII, 16, 9. — 125, 2. — 184, 4. — VIII, 26, 3. — 57, 1. — 65, 2. — 98, 1. — IX, 31, 3.

οἵτινες. I, 201, 2. — II, 2, 2. 8. — 10, 4. — V, 9, 1. — 105, 1. — VI, 12, 3. — 14, 1. — 121, 1. — 123, 1. — VII, 93, 2. — VIII, 142, 4. — IX, 27, 7.

αἵτινες. I, 61, 6. — II, 130, 2.

47 Nominativus pluralis generis neutri*) non occurrit apud Herodotum, sed non dubito, eum futurum fuisse ἅσσα, quae sola accusativi forma est. Progredior ad exempla accusativi:

ὅντινα. I, 179, 1. — II, 121, 12. — III, 120, 5. (δι' ὅντινα) — IV, 161, 2. — V, 92, 24. — VII, 209, 8. — VIII, 128, 1.

ἥντινα. I, 57, 1. — 197, 4. — II, 2, 5. — 19, 4. — 24, 3. (κατὰ ἥντινα, quod abire debet in κατ' ἥντινα**) — 86, 3. (etiam hic κατὰ ἥντινα male scribitur.) — IV, 8, 2. — V, 42, 2. — VIII, 140, 2.

ὅ τι. I, 44, 2. (διότι al. ὅτι) — 46, 3. — 47, 1. 3. — 49. — 50, 2. — 88, 3. — 89, 1. — 90, 4. — 106, 1. (alii ὅπερ) — 111, 2, 3. ἦσαν δὲ ἐν φροντίδι ἀμφότεροι ἀλλήλων πέρι,

---

*) Ita Prisciano saltem placuit. V, 1, 2. pag. 167. Krehl. 3, 15. p. 176. 5, 30. p. 187. 6. 34. p. 189. (bis) VI, 1, 4. p. 220. 7, 35. p. 243. et in opp. minn. Lindem. p. 10. (ter) 11. 37. 67. 97. 100. 120. (bis) 175. 185. *neutrae significationis* p. 138. *in quibus declinationibus voluntariis maris et feminae et neutri* Varr. de L. L. 8, 38. (9, 38. Sp.) ubi Spengel nullam varietatem attulit.

**) Magnis difficultatibus impedita est quaestio de usu apostrophi apud Herodotum, quam alia occasione oblata tractabimus. Hoc jam mihi constat, eas voces disyllabas, quae ubi apostrophum recipiunt, accentum amittunt, semper apud Herodotum ultimam vocalem abjicere. Huc pertinet praeter praepositiones quasdam ἀλλά. Casu tantum factum est, ut nisi uno in loco ἀλλά in omnibus novem Herodoti libris ante relativum positum non reperiatur; est is III, 68, 2. ἀλλ' ὅςπερ, cujus supra pag. 7. mentionem feci. Si vero saepius ita particulam hanc posuisset Herodotus, tunc noli dubitare, quin relativum a spiritu semper incepisset. Dixisset certe, ut hoc exemplo utar, ἀλλ' ὃν οἶδα τούτου ἄρξαι, τοῦτον λέξω non ἀλλὰ τὸν οἶδα. — Sed de apostropho post οὐδέ et μηδέ nondum mihi liquet. Cum enim hae particulae accentum amittant, huc referri debere videantur, et sunt sane non pauca exempla, ubi apostrophus comparet. Sed cum proprie non sint disyllabae, sed ex duobus monosyllabis compositae, alia forsan earum erit ratio.

ὁ μὲν τοῦ τόκου τῆς γυναικὸς ἀῤῥωδέων, ἡ δὲ γυνὴ, ὅ τι οὐκ
ἐωθὼς ὁ Ἅρπαγος μεταπέμψαιτο αὐτῆς τὸν ἄνδρα. ἐπεί τε δὴ
ἀπονοστήσας ἐπέστη, οἷα ἐξ ἀέλπτου ἰδοῦσα ἡ γυνὴ εἴρετο προτέρη,
ὅ τι μιν οὕτω προθύμως Ἅρπαγος μεταπέμψαιτο. Leve est, sed
non negligendum, male editores priore loco scribere ὅτι . . .
μεταπέμψαιτο, quod ex posteriore correctum est a me *). —
119, 2. — 132, 5. — 210, 3. — II, 19, 3. 5. — 24, 1. (διότι)
— 43, 51. (διότι) — 47, 3. (διότι) — 48, 4. (διότι) — 50, 1.
(διότι) — 57, 1. (διότι) — 73, 4. (κατ' ὅ τι) — 91, 6. (bis) —
114, 3. — 121, 28. — 150, 6. — III, 14, 11. (διότι) — 22,
6. — 27, 2. — 32, 3. (διότι) — 36, 3. — 55, 3. (διότι) —
74, 1. (διότι sed duo codd. ὅτι) — 77, 2. — 78, 7. — 132, 2.
(διότι sed quinque codd. ὅτι) — 138, 2. — 145, 1. — 155, 1.
— 156, 3. (διότι) — IV, 9, 6. — 143, 2. — 154, 4. — 156,
3. — 186, 1. (διότι) — V, 12, 5. — 97, 3. — VI, 3, 1. (κατ'
ὅ τι) — 12, 5. — 48, 1. — 52, 4. — 55. (bis) — 61, 7. — 48
75, 5. (διότι) — 79, 3. — 86, 6. (διότι) — 105, 3. (διότι) —
134, 4. (bis) VII, 2, 4. (κατ' ὅ τι) — 133, 3. — 197, 4. (διότι)
— 205, 2. (διότι) — 208, 1. — 213, 1. — VIII, 112, 2. (διότι
sed un. cod. ὅτι) — 133, 2. — 135, 3. — 136, 1. — IX, 7,
5. (διότι sed duo codd. ὅτι) — 8, 3. (διότι) — 16, 7. — 23, 4.
— 98, 1. — 109, 2.

οὕςτινας. VIII, 115, 2. (κατ' οὕςτινας). Sic quoque IX, 27, 8.

ἅςτινας videtur non exstare apud Herodotum.

ἅσσα. I, 47, 2. — 138, 1. e sex codd. et marg. Steph. receptum est. editt. vett. et tres codd. ὁκόσα. — 197, 3.

Contra tantam locorum multitudinem quis feret vitiatum τήν τινα? I, 90, 2. *αἰτέο δόσιν τήν τινα βούλεαί τοι γενέσθαι παραυτίκα.* Omnes quidem codd. hoc tueri videntur; sed olim jam h. l. turbatum fuisse, editt. vett. et duo codd. monstrant, ubi exhibetur τὴν δόσιν, τήν τινα. — Sed I, 98, 1. *αὐτίκα δὲ προβαλλομένων, τόν τινα στήσονται βασιλέα*, ex solo cod. F. receptum est a Schweigh. cui nemo facile credat, hoc ionico more dictum esse in variet. lect. pag. 82. et in lex. Herod. T. 2. p. 134. contendenti. Gaisf. tamen et Schaef. eum secuti sunt; Matth. vero veterem lectionem ὅντινα jure restituit.

---

*) Et sic ut nunc video, Schaef. in edit. Reiz.

Videamus jam formas genitivorum et dativorum.

Ὅτευ. I, 7, 4. ἀπ' ὅτευ. vid. supra pag. 1. sqq. — 119, 6. — 145, 2. ἀπ' ὅτου cf. pag. 2. Sed scribi debet cum Schäfero ἀπ' ὅτευ, cum ex ὅτεο ortum sit. — II, 46, 3. ὅτευ δὲ εἵνεκα. — 62, 4. Hic in eadem formula ὅτευ δὲ εἵνεκα un. cod. F. ὅτου habet. — 82, 1. — 173, 1. ubi omnes male μέχρι ὅτου. — III, 62, 5. παρ' ὅτευ. — 63, 4. ubi pro ἐξ ὅτου, quod ἐξ ὅτευ esse deberet, cod. S. ἐξ ὅσου habet. Contra idem cod. S. in II, 98, 2. pro ἐξ ὅσου reliquorum librorum ἐξ ὅτου dat. — 84, 4. — 85, 2. — 115, 2. ἀπ' ὅτευ cf. pag. 2. — 121, 1. — 156, 1. — IV, 45, 2. ἐπ' ὅτευ. ibid. 4. ἀπ' ὅτευ. cf. pag. 5. — VI, 13, 4. παρ' ὅτευ. cf. pag. 6. — VII, 38, 2. — 85, 3. — VIII, 26, 3. περὶ ὅτευ ubi duo codd. ὅτεω, quod si iota additur ferri posse Schweigh. jam vidit. — IX, 84, 1. ὑπ' ὅτευ. Sic nunc a Schweigh. inde e quatuor codd. (tres tantum Gaisf. memorat) editum est. ὑπὸ ὅτεω vett. editt. etiam Steph. Sed neque hiatus nec dativus ferri potest. ὑπό τευ e duob. codd. ediderat Wesseling., quod si ὑπὸ τεῦ scribitur, hoc quidem loco non minus recte se habet. — In VI, 63, 2. ἐπιστάμενος τὸν χρόνον, τῷ ἠγάγετο τὴν γυναῖκα, quatuor codd. ἐξ ὅτου ἠγάγετο dare, supra pag. 14. jam monuimus.

ὅτεῳ I, 86, 2. — 95, 1. — 108, 7. — 122, 1. — 125, 1. — 196, 7. — II, 113, 3. — 121, 18. — 123, 1. — III, 42, 5. — 68, 4. 6. — 72, 1. — V, 87, 4. — VIII, 8, 2. Conferantur quoque quae sub ὅτευ ex variis lectionibus attulimus. In III, 70, 2. καὶ ἔδοξέ σφι, ἕκαστον ἄνδρα Περσέων προςεταιρίσασθαι τοῦτον, τῷ πιστεύει μάλιστα a Wesselingio inde τῷ πιστεύει ex duob. codd. editur. Veteres editt. cum tribus codd. non minus bene habent ὅτῳ πιστεύει, modo ὅτεῳ scribatur.

ὅτεων II, 102, 5. — VIII, 65, 1.

ὁτέοισι II, 66, 7. ἐν ὁτέοισι δ' ἂν οἰκίοισι. Sic recte sex codd. Quod ex aliis affertur ὁτέῃσι — οἰκίῃσι, ne Graecum qui-
49 dem est. — (bis) — 82, 1. τῇ ἕκαστος ἡμέρῃ γενόμενος ὁτέοισι ἐγκυρήσει καὶ ὅκως τελευτήσει καὶ ὁκοῖός τις ἔσται, ubi tres codd. τέοισι, quod per se non damnandum. Sed ὁτέοισι, quod ab Aldo inde in editionibus sedem habet a majore sex codicum numero defenditur, inter quos sunt S. et *a*.*) — 102, 4. — IV, 180, 6.

---

*) Sed ὁτέοισι propterea non praeferendum dicam, quod relativa ὅκως et ὁκοῖος comites habeat. Nam in interrogatione obliqua, quae dicitur, non minus interrogativis particulis et pronominibus locum esse,

Spec. II. 1

De declinatione nominum in *ευς* exeuntium.

Statim in initio operis vereor, ne in nimiae audaciae crimen incurram, qui *Ἁλικαρνησσῆος* in *Ἁλικαρνησσέος* mutarim, unius, ut videri possit, eaque perquam dubia codicis auctoritate fretus. Nam ex cod. F., quem primus et solus Schweighäuserus contulit, neque ex ullo alio afferri, „eum h. l. in terminatione nominis atticam formam aut communem*) praeferre, *Ἁλικαρνησσέως* cum $\bar{o}$ brevi super *ω* eadem manu picto.“ Dubium itaque esse, quid huius codicis scriba voluerit; neque majorem auctoritatem huic lectioni parari testimonio Aristidis, T. 2., p. 381. ed. Jebb., qui *Ἁλικαρνασέος* scribat; nam Plutarchum, ubi hunc locum afferat, aliam quidem terminationem $\overline{εως}$ habere; sed patere tamen hinc, quantum ponderis tribuendum sit, ubi alii scriptores occasione oblata hunc illumve locum ex veterum libris afferant; gravius vero esse, quod Gregor. Corinth. in ipso opusculo de dialecto ionica §. 36. pag. 432. Schaef. *Ἁλικαρνασῆος* hic scriptum exhibeat, praesertim si conferas, quae verbis disertis idem §. 20. pag. 400. praecipiat *τὰς*

---

satis constat, et non minus recte dici *εἰπέ μοι, πόθεν εἶ* ac *ὁπόθεν εἶ* [cf. Lob. ad Phryn. p. 57.] Jam si plura membra interrogativa sic oblique ponuntur, nihil impediebat Graecos, quominus et interrogativis er relativis promiscue uterentur. Sic jam Homer. Odyss. 1, 169. *ἀτρεκέως κατάλεξον, τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν, πόθι τοι γένος ἠδὲ τοκῆες, ὁποίης δ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο κ.τ.λ.* [Od. 1, 407.] Herodot. I, 35, 3. *ἐπυνθάνετο ὁκόθεν τε καὶ τίς εἴη.* II, 115, 2, *εἰρώτα τὸν Ἀλέξανδρον ὁ Πρωτεὺς τίς εἴη, καὶ ὁκόθεν πλέοι.* III: 156, 1. *εἰρώτεον τίς τε εἴη καὶ ὅτεν δεόμενος ἥκοι.* IV, 145, 3. *πευσόμενοι τίνες τε καὶ ὁκόθεν εἰσί.* [VII, 234, 2.] Contra sola interrogativa ponuntur I, 116, 5. *εἴρετο ὁ Ἀστυάγης, κόθεν λάβοι τὸν παῖδα, καὶ τίς εἴη ὁ παραδούς.* I, 153, 1. *λέγεται Κῦρον ἐπειρέσθαι τοὺς παρεόντας οἱ Ἑλλήνων, τίνες ἐόντες ἄνθρωποι Λακεδαιμόνιοι καὶ κόσοι πλῆθος ταῦτα ἑωυτῷ προαγορεύουσι.* [V, 73, 2. VII, 27, 2. *σκοπεῖτε πῶς* soloecum dixit Wolfius ad Dem. Leptin. p. 305. quo jure nescio.] Sola vero relativa II, 106, 4. *ὅςτις δὲ καὶ ὁκόθεν ἐστί, ἐνθαῦτα μὲν οὐ δηλοῖ.* III, 22, 1. *εἰρώτα ὅ τι εἴη καὶ ὅκως πεποιημένον.* ibid. 6. *ἐπείρετο ὅ τι τε σιτέεται ὁ βασιλεὺς καὶ χρόνον ὁκόσον μακρότατον ἀνὴρ Πέρσης ζώει.* III, 111, 1. *ὅκου μὲν γὰρ γίνεται καὶ ἥτις μιν γῆ ἡ τρέφουσά ἐστι, οὐκ ἔχουσι εἰπεῖν.* IV, 45, 5. *οὔτε ὁκόθεν τὸ οὔνομα ἔλαβε τοῦτο, οὔτε ὅςτις οἱ ἦν ὁ θέμενος φαίνεται.*

*) Hanc formam *communem* ex communi veterum et nonnullorum recentiorum errore Schweigh. vocavit.

εἰς ος γενικὰς, τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ευς εὐθειῶν γινομένας, διὰ τοῦ ηος προφέρουσι, βασιλῆος λέγοντες καὶ Πηλῆος, quod confirmari ab Grammat. Meerm. §. 4. pag. 649. et ab excerptis e codice Vatic. p. 695, quae hac regula πᾶσαν adeo εὐθεῖαν εἰς ευς λήγουσαν teneri affirment. His tandem accedere gravissimum ipsius Herodoti testimonium, qui non solum βασιλῆος, βασιλῆϊ saepissime dixerit (exempla suppeditare Schweigh. in lex. T. 1. p. 119.), sed ipsum nostrum Ἁλικαρνησσῆος praebeat III, 7, 2. et Ἁλικαρνησσῆας VII, 99, 4. ut mirum sit ibidem VII, 99, 3. Ἁλικαρνησσέων adhuc a Gaisfordio tolerari, cum Ἁλικαρνησσήων in cod. S. a docto Anglo post Wesselingium denuo collato repertum sit: nam priores editores hoc non ausos esse, mirum videri non posse, cum haec lectionis varietas ipsis ignota fuerit, cumque Herodotus non constanter unam eandemque formam secutus videatur. (Schweigh. l. c.)

His et similibus ut respondeam in ipso limine, necessarium mihi videtur; quod si paulo uberius fecero, ne postea semper eadem repetenda sint, cautum hoc modo erit.

2 Minime itaque ad Aristidis auctoritatem provoco, ut lectionem a nobis receptam defendam; potiorem tamen eam habeo, quam Plutarchi, atque testimonio Gregorii ad minimum aequiparandam.

Plutarchi enim auctoritas in hac causa nulla est, qui dialecto ad vulgarem consuetudinem immutata terminationem εως adscivit. Aristides vero eo ipso, quod εος praebet, sic in suo codice se habuisse testatur, forma usus, quae tum temporis in communi usu non fuit. Idem vero de testimonio Gregorii valet. Nam locorum, quos grammatici veteres citant, duplex est ratio. Graves testes sunt, ubi ipsorum verborum causa, de quibus agitur, eos afferunt, ita tamen ut contra testimonium ipsorum exceptio valere possit. At vero ubi locum ab iis excitatum videas non eorum verborum earumve formarum causa, de qua tu quaestionem instituis, sed ut aliud quid inde afferant, nullum aliud pondus iis tribui potest, quam ceteris veteribus scriptoribus, locum aliquem quacunque de causa citantibus. Jam cum Gregorius non propter terminationem ηος sed alio respiciens locum nostrum Herodoti afferat (τὸ ι ὑπεξαιροῦσιν οἱ Ἴωνες ἐνίοτε τῶν λέξεων· τὸ γὰρ πονεῖσθαι πονέεσθαι φασὶ, καὶ τὸ δείξω δέξω, καὶ τὸ ἀποδείξω ἀποδέξω· ὡς καὶ Ἡρόδοτος· „Ἡρό-

δότου Ἁλικαρνασῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε“) nil aliud inde concludi potest, quam hoc loco in codice, quo grammaticus usus fuerit, formam in ηος exeuntem exstitisse videri, ut tamen nulla major auctoritas huic scribendi rationi tribui possit, quam si ex alio scripto libro allata sit. At, inquit, praeceptum illud, a recto casu in ευς Iones formare obliquos in ηος etc., alio loco idem disertis verbis posuit. Concedo. Sed si totum Gregorii libellum perlegis, si Homeri Herodotique ratio scribendi tibi nota est, omnia tibi plana erunt. Vetus enim opinio fuit, nullis illa fundamentis innixa, dialectum, qua Homerus et Herodotus usi sunt, unam eandemque esse ionicam. Hinc praecepta artis et exempla plerumque a poëta, omnis grammaticae doctrinae fonte, technographi sumunt, hic illic nonnullis observationibus adspersis, quae ad alios scriptores pertinent, ita ut, quae cuique dialecto propria sunt, aut non discernant, aut confundant. Sic Gregorius l. c. *ἀπόδεξις* ionicum dixit, Homeri nulla ratione habita; sic alibi *ϑωυμάσας*, *ὁκόσα*, *ὁρέω*, *ὦν* etc. quae epici prorsus spernunt; contra vero, quae solis poëtis propria sunt, non minus generali praecepto includunt; augmentum temporale abjici posse; aoristos secundos reduplicationem admittere; ionicum esse *ἐρίηρες*, *ἐρυσάρματες*, *μεμακυῖα*, *Λαερτιάδης*, *Πηληϊάδης*, *κραδίη*, *τέτρατον* etc. Sic itaque intelligenda sunt praecepta Gregorii ceterorumque grammaticorum de terminationibus ηος et ηες (§. 40. pag. 436 sqq.) a recto casu in ευς proficiscentibus; valere scilicet ea de solo epicorum usu; neque exemplum ex Herodoto petitum apposuit, quia non potuit. Et sic jam grammaticus ille, cui excerpta e cod. Vatic. supra allata debemus, hoc de ηος praeceptum posuerat reliquis cautior in *ὑποϑέσει εἰς τὴν Ἰάδα, ᾗ κέχρηται Ὅμηρος*. Atque ut uno exemplo sed eo illustri finiamus, Gregorii verba haec sunt §. 22. pag. 404. *τὰς εἰς* ου *ληγούσας γενικὰς, τὰς ἀπὸ τῶν εἰς* ος *εὐϑειῶν γινομένας, διὰ τοῦ* οιο *προφέρουσι, Μενελάου Μενελάοιο, ϑείου ϑείοιο, κυδαλίμου κυδαλίμοιο.* Hoc quo spectet, quivis fa- 3
cile videt; at eodem praeceptum de ηος et ηες latum spectare, nunc dubium esse nequit.

Sic itaque in quaestione de declinatione nominum, quorum casus rectus in ευς exit, ad eam solam consuetudinem redeundum est, quam apud Herodotum obtinere et veterum librorum scriptorum auctoritas et analogia postulat.

Omnibus jam rite perpensis jure mihi statuere videor, Herodotum in hac declinatione unam simplicemque formam semper secutum esse, *βασιλεύς*, *βασιλέος*, *βασιλέϊ*, *βασιλέα*, *βασιλεῦ* — *βασιλέες*, *βασιλέων*, *βασιλεῦσι*. *βασιλέας*, *βασιλέες*; ab hac legitima forma librarios nonnunquam aberrasse in diversam partem, rarius Atthidem secutos (*βασιλέως*, *βασιλεῖ*,) saepius ad epicum usum accedentes *βασιλῆος*, *βασιλῆϊ*), a qua aberratione editoribus in posterum ad veram ionismi normam redeundum esse. Quod ut demonstremus, primum de omnibus ceteris nominibus ad hanc declinationem inflexis dicemus; tum de vocabulo *βασιλεύς*; tandem de eo, a quo disputatio haec orsa est, *Ἁλικαρνησσεύς*.

Itaque ut hinc incipiamus, in omnibus reliquis vocabulis hujusmodi terminationem a nobis propositam constanter tenent libri scripti editique. Semel tantum aut bis ad atticam formam aberratum est, de quibus locis postea dicetur; ad epicam vero in editis nusquam, in scripto uno alterove non saepius. Enumerabimus nunc omnes locos, ita ut ubi nihil additum fuerit, omnes libri et mscrr. et editt. censentire censendi sint; exempla vero literarum ordinem servabunt; nominativum et vocativum casum numeri singularis omisimus, ut de quorum terminatione nulla unquam lis fuerit; pauca vocativi pluralis exempla ad nominativum relata reperies.

ἀγωγέες. II, 175, 3.

Αἰγιαλέος. V, 68, 4. — *Αἰγιαλέες*. VII, 94. — *Αἰγιαλέας*. V. 68, 4.

Αἰολέες. I, 28. — 141, 1, — 149, 2. — 150, 1. — 157, 5. — IV, 89, 1. — VII, 9, 3. — IX, 115, 2. — *Αἰολέων*. I, 26, 4. — 150, 3. — 152, 1. — II, 178, 2. — III, 90, 1. — IV, 138, 2. — V, 123. — VI, 8, 1. — 28, 1. — *Αἰολεῦσι*. I, 141, 4. — V, 94, 3. — *Αἰολέας*. I, 6, 3. — 150, 3. — 171, 1. — II, 1, 2. — III, 1, 1. — V, 122, 2. — VI, 98, 1.

Αἰολιδέων. VIII, 35. Sic a Gronovio inde a majore codicum parte editum est; antea erat *Αἰολίδων*, quod, a tribus codd. sustentatum, ferri non potuit. Nomen ignotum ut in *Αἰλαιέων* mutaretur, suasit Valcken. Sed cf. Larcher. T. 5. pag. 457. et Mueller. Orchomen. p. 484., qui rectum casum *Αἰολίδαι* ponit, neque quicquam contradico.

ἁλιέας. VII, 137, 3.

ἀμφορέων. IV, 163, 3. — *ἀμφορέας.* I, 51, 2. — 70, 2. — IV, 81, 4. — 163, 3. — 164, 4. — 195, 5. — VIII, 28, 2. 3.

ἀρχιρέας. II, 142, 1.

ἀριστέας. VI, 81, 1.

Ἀταρνέος. I, 160, 4. 6. Sic editores recentt. a Schaefero inde e duobus saltem codd. F. et *a*. Antea obtinuit atticum *Ἀταρνέως.* — VI, 28, 3. — VII, 42, 1. — *Ἀταρνέϊ* I, 160, 4. e cod. F. recentt. Antea eodem atticismi vitio *Ἀταρνεῖ* scriptum erat.

Αὐσέες, Αὐσέων. De hac voce postea separatim dicetur.

γονέος. I, 91, 2. — *γονέα.* IV, 26, 1., ubi un. cod. S. *γονῆα* — *γονέες.* II, 43, 3. — *γονέων.* V, 6, 2. — *γονέας.* I, 146, 4. — III, 38, 6. — VI, 61, 5.

Δαρδανέων. I, 189, 1; quod nomen an huc recte retulerim, nescio. Populus enim hic prorsus ignotus est. Periti emendant *Δαρνέων.*

Δεκελέος. VI. 92, 6., ubi a Steph. inde usque ad Wess. *Δεκελέως* edebatur contra codd. et Ald. — *Δεκελέων.* IX, 73, 1. — *Δεκελεῦσι.* IX, 73, 3. — *Δεκελέας.* IX, 73, 2.

Διπαιεῦσι. IX, 35, 2.

Δωριέος. V, 44, 1. — 45, 1. 3. — VII, 158, 2. (bis) — 205, 1. 2. — IX, 10, 5. — *Δωριέϊ* V, 45, 3. — 46, 1. — 47, 1. — *Δωριέα.* V, 41, 4. — 44, 1. 2. — 45, 1. — *Δωριέες.* I, 28, — 139, 2. — 146, 3. — 171, 6. — III, 56, 2. — V, 76, 1. 2. — VII, 9, 3. — 93, 1. — VIII, 46, 2. — 73, 2. — *Δωριέων.* I, 144, 1. — II, 171, 4. — 178, 2. — V. 68, 1. — VI, 15, 1. 3. — 55. — VII, 95, 3. — VIII, 31, 2. — 73, 3. — *Δωριεῦσι.* I, 57, 1. — V, 72, 6. *οὐ γὰρ θεμιτὸν Δωριεῦσι παριέναι ἐνθαῦτα.* Duo libri scripti Britt. apud Wesseling. *Δωριῆα*, quod Schaeferum in utramque editionem recepisse miror, cum qui sint illi libri et qualis ipsorum auctoritas non constet. Et si recipi meretur, *Δωριέα* scribendum fuit. — VIII, 141, 1. — *Δωριέας.* I, 6, 3. — VIII, 66, 3.

Ἐνάρεες. IV, 67, 3. et *Ἐναρέας.* I, 105, 5., ne quid desit, affero. Accentus non sibi constat; et quid rectum sit non exploro.

Ἐνιπέος. VII, 129, 3.

Ἐρετριέες. VI, 100, 1. — 101, 2. — VIII, 1, 2. — 46, 2. — Ἐρετριέων. V, 99, 1. — 102, 3. — VI, 100, 3. 4. — 119, 1. 2. — IX, 28, 6. — Ἐρετριεῦσι. V, 99, 1. — Ἐρετριέας. VI, 102, 1. — 119, 2. 5. (bis) — IX, 31, 6.

Ἐρεχθέος. VII, 189, 2. Sic e tribus codd., inter quos S., primus edidit Gaisf. quem Matth. secutus est. Ceteri epicum Ἐρεχθῆος tuentur. — VIII, 44, 3. Etiam hic Gaisf. et Matth. soli rectam scribendi rationem sequuntur. Ceteri quos vidi Ἐρεχθῆος. Sed, quod nolim factum, de cod. S. doctus Anglus tacet, ut qua auctoritate fretus ita scripserit nesciam. Suspicor tamen hunc ita dare; nam in VIII, 55, 1., ubi reliqui editores non minus in epicam formam consentiunt, ex quinque jam codd., inter quos hic ipse S. est, Ἐρεχθέος restituit Gaisf. cum Matth. Et in dativo V, 82, 5 omnes libri scripti editique Ἐρεχθέϊ dant.

ἑρμηνέος. III, 38, 6. — ἑρμηνέες. II, 154, 3. — 164, 1. — III, 140, 7. — ἑρμηνέων. I, 86, 7. — IV, 24, 3. — ἑρμηνέας. I, 86, 4.

Ἑρμιονέος. VII, 6, 5. — Ἑρμιονέες. VIII, 43, 2. 3. — 72, 1. — IX, 28, 6. — Ἑρμιονέων. III, 59, 1. — VIII, 43, 2. — IX, 28, 6. — Ἑρμιονέας. IX, 31, 6.

ἐςαγγελέος. III, 84, 3.

Εὐβοέες. VIII, 4, 2. — 20, 1. — Εὐβοέας. VII, 156, 4.

Εὐρυσθέος. IX, 26, 3. — 27, 3.

Εὐρωπέα. VIII, 133, 1. — 135, 1. 3.

Ἡφαιστιέες. VI, 140, 2.

Θεσπιέα. VIII, 75, 2. — Θεσπιέες. V, 79, 3. — VII, 222, 1. 2. — VIII, 75, 1. — Θεσπιέων. VII, 132, 1. — 202, 2. — 226, 1. — 227. — VIII, 66, 3. — IX, 30, 2. 3. — Θεσπιέας. VIII, 25, 2.

Θηβαιέος. I, 182, 1. — II, 42, 1. — 54, 2. — IV, 181, 4.

Θησέος. IX, 73, 2.

5 ἱππέα. IV, 126, 1. — VII, 208, 1. — VIII, 54, 1. — IX, 54, 2. — 60, 1. — ἱππέες. VI, 58, 1. — VII, 87, 2. — VIII, 124, 4. — IX, 18, 1. — 51, 3. — 52, 2. — ἱππέων. I, 67, 6. (bis) — IV, 121, 1. — IX, 23, 3. — 49, 5. — ἱππεῦσι. IV, 87, 3. —

VIII, 113, 4. — ἱππέας. I, 84, 1. — 103, 2. — IV, 72, 6. — VIII, 138, 2. 3. — IX, 17, 3. — 22, 5.

ἱρέα. I, 183, 6. — II, 122, 3. — 141, 1. 2. — 142, 1. — 147, 2. — III, 37, 3. — VI, 81, 2. — ἱρέες. I, 181, 7. — II, 13, 1. — 36, 1. — 37, 4. 5. 10. — 54, 2. — 65, 7. — 90, 2. — 99, 3. — 100, 1. — 102, 2. — 107, 1. — 113, 1. — 116, 1. — 120, 1. — 122, 3. — 130, 2. — 136, 1. — 142, 1. — 143, 1. 3. — 164, 1. — III, 29, 1. 3. 4. — ἱρέων. I, 140, 3. — II, 3, 1. — 13, 2. — 19, 2. — 38, 3. — 55, 1. — 63, 2. — 102, 3. — 168, 1. — III, 28, 1. — ἱρεῦσι. II, 3, 2. — 44, 1. — ἱρέας. II, 113, 4. 118, 1. — 139, 2.*) — III, 28, 1. 2. — 29, 2. 3.

Ἱστιαιέων. VIII, 23, 4.

Καβηλέες. VII, 77, 1. Latere idem populi nomen in III, 90, 2. Καβαλίων acute Valcken. suspicatus est.

Καλυνδέων. VIII, 87, 4. 5.

Καρυανδέα. IV, 44, 1.

Καφηρέα. VIII, 7, 1.

Κηφέος. VII, 150, 2. — Κηφέα. VII, 61, 4.

Κινδυέος. V. 118, 2.

κναφέα. IV, 14, 2.

Κουριέες. V, 113, 1. — Κουριέων. V. 113, 2. — Κουριεῦσι ibid.

κωπέες. V, 23, 3. Sed κωπέων VIII, 12, 1. huc non referendum videtur.

Λυγκέα. II, 91, 6.

Μαντινέες. IV, 161, 3. — IX, 77, 1. — Μαντινέων. VII, 202, 1. — IX, 35, 2. — Μαντινεῦσι. IX, 77, 4. — Μαντινέας. ibid. (bis).

μαστιγέας cf. στιγέας.

Μεγαρέες. VIII, 1, 2. — 45. — 74, 3. — IX, 21, 1. 2. 3. — 69, 3. — 85, 3. — Μεγαρέων. VII, 156, 3. — IX,

---

*) Gregor. §. 67. pag. 476. hunc locum laudans: τὸ τέμνειν τάμνειν λέγουσιν. Ἡρόδοτος ἐν δευτέρῳ· „τοὺς ἱερέας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ συλλέξαντας (sic pro συλλέξαντα) πάντας μέσους διατάμνειν" solum ionicum τάμνειν confirmat; in vocabulo vero nostro ionismum deserit, ubi ἱρέας scribendum erat, aut potius ἱρῆας, ut iis satisfiat, qui ionicum Ἁλικαρνησσῆος ejus auctoritate muniunt.

28, 8. — 31, 7. — Μεγαρεῦσι. IX, 21, 5. — Μεγαρέας. I, 59, 5. — VII, 156, 3. — IX, 69, 2.

Μηκιστέα. V, 67, 6.

Μηλιέα. IV, 33, 2. — Μηλιέες. VII, 132, 1. — 215, 2. — Μηλιέων. VII, 216, 2. — VIII, 43, 3. Μηλιεῦσι. VII, 215, 2. — Μηλιέας. VII, 196, 2. — VIII, 66, 3. — IX, 31, 7.

Μυλασσέα. V. 37, 1.

νομέων. IV, 130, 2. — νομεῦσι. II, 96, 3. — νομέας. I, 194, 3. 6.

Ὀργέος. VII, 118.

Παιανιέϊ. I, 60, 5.

Παλέες. IX, 28, 7. — Παλέας. IX, 31, 6.

Πανοπέων. VIII, 35, 1. — Πανοπέας. VIII, 34, 1.

6 Πατρέες. I, 145, 3.

Πεδιέας. VIII, 33, 1.

Πειραιέα. VIII, 85, 1.

Περσέος. II, 15, 1. Sic post Schweigh. recentiores editores e duobus codd. F. *a*. Antea obtinuit atticum Περσέως. — 91, 2, 3. — VI, 53, 1. 2. (bis) — VII, 150, 2. — Περσέϊ. II, 91, 4. — VI, 53, 2. — 54. — Περσέα. II, 91, 4. 6. 7.

Πηδασέα. VIII, 104, 1. — Πηδασέες. I, 175, 1. 2. — VIII, 104, 1. — Πηδασέων. VIII, 105. 1.

Πηλέος. VII, 191, 3. Sic e duob. codd. Gaisf. et Matth. Reliqui tenent epicum Πηλῆος; unus cod. F. atticum Πηλέως.

Πλαταιέα. IX, 72, 2. — 85, 5. — Πλαταιέες. VI, 108, 1. (bis) — 2. 10. — 111, 2. — 113, 1. — VII, 233, 4. — VIII, 1, 1. — 44, 1. 2. — IX, 83, 2. — Πλαταιέων. VI, 108, 5. — VII, 132, 1. — 233, 4. — VIII, 50, 2. — 66, 3. — IX, 7, 2. — 31, 7. — 51, 2. — 52, 2. 3. — 83, 1. — Πλαταιεῦσι. VI, 108, 6. 9. — 111, 3. — Πλαταιέας. VI, 108, 7. 9.

πορθμέων. I, 24, 11. — πορθμέας. ibid. 5.

πορφυρέϊ. IV, 151, 3.

Πριηνέος. I, 170, 3. — Πριηνέα. I, 27. 1. — 170, 1. — Πριηνέες. VI, 8, 3. — Πριηνέας. I, 15, 2. — 161, 2.

Πρωτέος. II, 112, 3. — 121, 1. — Πρωτέϊ. II, 112, 3. — Πρωτέα. II, 112, 2. — 114, 1. — 116, 1. — 118, 5.

Σαραγγέων. III, 93, 2. — VII, 67, 3. a Wesselingio ad rectum casum Σαράγγαι refertur. Mihi nondum liquet.

στιγέας. VII, 35, 1. ubi antea μαστιγέας edebatur.

Στυρέες. VIII, 1, 2. — 46, 4. — Στυρέων. VI, 107, 3. — IX, 28, 6. — Στυρέας. IX, 31, 6.

Συλέος. VII, 115, 2. Sed nec de hujus nominis casu recto satis mihi constat.

Σφενδαλέας. IX, 15, 2.

Τελμησσέες. I, 78, 3. 4. — Τελμησσέων. I, 78, 2. (bis) — 84, 3.

Τερμερέα. V, 37, 1.

τοκέα. I, 137, 2. — τοκέες. I, 122, 3. — IV, 114, 4. — τοκέας. I, 5, 3. — II, 35, 6. — III, 52, 5. Sic e tribus codd. Schaef. Gaisf. Matth. reliqui τοκῆας. — IV, 5, 1. alii γονέας — 114, 7.

Τριταιέες. I, 145, 3.

Τριτέας. VIII, 33, 1.

Τυδέα. V, 67, 6.

Ὑγεννέων. III, 90, 1. Nomini obscuro alii aliud substituerunt. cf. Wess. et Valcken.

Ὑλλέας. V, 68, 4.

Φαληρέων. V, 63, 5.

Φαρέες. I, 145, 3.

Φηγέος. IX, 26, 6.

φονέα. I, 44, 2. — 109, 4. — 124, 2. — III, 50, 4. — φονέες. V, 57, 1. — 62, 1.

Φωκαέϊ. VI, 12, 3. — Φωκαέα. I, 152, 1. — Φωκαέες. I, 163, 1. 3. — 164, 1. 2. 4. — 165, 1. (bis) — 166, 3. — 167, 2. — VI, 8, 3 (bis) — Φωκαέων. I, 167, 4. — VI, 8, 4. Φωκαεῦσι. I, 164, 1. — 166, 4. — Φωκαέας. I, 163, 3.

Φωκέες. I, 146, 3. — VII, 176, 6. 7. — 215, 2. — 217, 3. — 218, 1. (bis) 3. 4. — VIII, 27, 3. — 28, 1. — 29, 1. — 30, 1. (bis) — IX, 17, 2. 5. — 18, 3. — 31, 8. — Φωκέων. I, 46, 2. — VI, 34, 4. — VII, 203, 1. — 207, 2. — 212, 3. — 217, 2. — 218, 5. — VIII, 27, 2. 4. — 32, 2. — 33, 3. — 134, 1. — IX, 17, 4. — 18, 4. — 31, 7. — Φωκεῦσι. VIII, 31, 1. — Φωκέας. VII, 215, 2. — VIII, 27, 1. 2. 5. — 28, 3. — 32, 1. — IX, 18, 2. — 66, 3. — 89, 2.

χαλκέος. I, 68, 6. — χαλκέα. ibid.

Χαλκιδέες. V, 74, 2. — 91, 3. — VIII, 1, 2. — 46, 2. — 127, 2. — IX, 28, 6. — Χαλκιδέων. V, 74, 3. — 77, 3.

— VI, 100, 2. — *Χαλκιδεῦσι.* V, 77, 1. 2. 3. — 99, 1. — *Χαλκιδέας.* V, 77, 1. — 99, 1. — IX, 31, 6.

Χοιρέας. VI, 101, 1. an huc pertineat, nescio.

Attulimus nomina octoginta fere, numerus exemplorum ad quingenta pertingit. In editionibus Gaisf. et Matth. nullus exstat locus, ubi epica forma remansit; in prioribus usque ad Schweighäuserum quinquies epica forma se obtulit, a Gaisfordio merito sublata, codicibus in quatuor saltem locis meliora dantibus; de quinto dubitationi locus restat; sed ibi quoque Gaisfordium codicem S. secutum esse, supra jam suspicati sumus. Bis praeterea vidimus libros scriptos unum alterumque ad epicam formam inclinare, merito spretam ab editoribus, quinquies vero in iisdem vestigia atticae consuetudinis superesse. Duo jam atticismi exempla quae supersunt in omnibus fere editionibus *Αἰγέως* I, 173, 4. *γονεῖ* III, 109, 3, quis in posterum feret? et rectum *Αἰγέος* et *γονέϊ* Schaeferus jam in repetita editione Reiziana dedit. Occurrit praeterea gentile nomen *Αὐσεῖς* bis apud Herodotum IV, 180, 1. 2. atque in gignendi casu *Αὐσέων* semel IV, 191, 1. Sed *Αὐσεῖς* suspicionem jam Valckenaerio movit, idque jure; nam terminationem *εις* ne in *βασιλεῖς* quidem, quod vocabulum quam saepe in aliis casibus ad epicam et atticam dialectum inclinaverit postea videbimus, ullus liber nec editus nec scriptus adscivit. Condonandum vero est eruditissimo Valckenaerio, Herodoteum fuisse *Αὐσῆες* suspicanti; nam ut alibi jam prodidi, epicam et ionicam dialectum similiores esse, quam revera sunt, omnes olim opinati sunt. *Αὐσεῖς* ob prorsus insolitam terminationem ferri non posse liquet; *Αὐσῆες* Herodotum spreturum fuisse, docuimus; nemo itaque vitio mihi vertet, si *Αὐσέες* in mea editione lectori obtulero.

Sed quod judicium ferendum est de una forma, quae neque attica neque epica est, tandem ne Graeca quidem, quam tamen omnes editores retinuerunt, quamvis meliora codicibus suadentibus? Legitur enim ad nostra usque tempora *Εὐβοέεσι* VIII, 5, 4., quod qua ratione defendi possit, edoceri cupio*); sed legitimum *Εὐβοεῦσι*, nisi quod *τὸ νῦ ἐφελκύειν* sinunt, quatuor dant codices, immerito neglecti, atque in his optimi S. et

*) Huc quidem non pertinet, simile tamen est, quod Valck. ad VI, 22, 1. commendavit, ut pro *τί ἔχουσι* scriberetur *παχέεσι.*

a. Memoria praeterea dignum est, quod solus cod. F. offert, *Εὐβοέσιν*, non quod hoc ullo modo Graecum esse possit, sed quod novum argumentum praebeat, unde pateat quid de scriba hujus codicis, docto utique, censendum sit. Hic enim antagonistae quasi partes in se recepit, dumque vitia orationi Herodoteae ex nimio epicae consuetudinis studio illata tollere studet, nimis in alteram partem inclinavit, ea substituens, quae aut Atticis relinquenda fuerunt, aut nullo unquam veterum usu defendi possunt. Atque si video eundem in IX, 21, 5. pro reliquorum omnium scriptura *Μεγαρεῦσι* dare *Μεγαρεεῦσι*, suspicor fere, eum ab initio *Μεγαρέσι* scribere voluisse, sed mutata in melius sententia ad terminationem $\overline{\text{ευσι}}$ transiisse. Sic factum est, ut saepe ille vera videret, saepius vero novos orationi Herodoteae naevos inferret.

Transgredimur jam hinc ad quaestionem de recta ratione, qua casus nominis *βασιλεύς* praeter rectum singularis scribendi sint, sollerter indagandam. Vidimus in praecedentibus octoginta esse vocabula in quingentis fere exemplis, quae epicam declinationem aversentur. Num tu credis, solum vocabulum *βασιλεύς* tot adversariis obviam ire posse? Atqui ne ipse Schweighäuserus quidem quondam hoc credidit, cujus haec est annotatio ad I, 94, 3. „*βασιλέα* scripsi cum F. *a. c.*, in quod paulo post consentiebant edd. cum msstis. Mire in hujus vocabuli formis variant libri, et inconstantes inprimis sunt edd. Sed ex compluribus inter se collatis libris intelligi videtur, *non secutum esse Herodotum in hoc vocabulo Homericum ionismum* $\bar{\varepsilon}$ in $\bar{\eta}$ *mutantem*; in genitivo vero usum esse terminatione $\overline{\text{ος}}$ non $\overline{\text{ως}}$." Sed celerrime in ipso edendi labore eorum, quae ipse recte intellexerat, oblitus est, ut mox videbimus, ut, cum lexicon Herodoteum scriberet, contrariam sententiam amplecteretur Tom. I. pag. 119. „In casibus obliquis hujus nominis variant non solum libri qui hodie supersunt, sed ipse etiam Herodotus non constanter unam eandemque formam secutus videtur." Cur in hoc vocabulo jam propter Homericum *ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθείς* ad epicam formam proniores fuerint librarii, alibi docebitur; quantopere vero ad $\bar{\eta}$ adulterinum invehendum inclinarint, vel inde patet, quod cum *βασιλήεσσι* epice scribere non auderent, tamen IV, 11, 4. cod. S. *βασιληῦσι* dederit, et quod VI, 57, 3. et 58, 1. omnes libri editi ante Wesselingium et nonnulli scripti *βασιλῆσι*

(βασιλῆσι Steph. sec.) tuiti sint. Talia si scribae delinquere potuerunt, non nimis audaces videbimur, fidem in similibus iis abrogantes.

Sed nunc locos ipsos inter se componemus, initium facientes ab iis, in quibus rectam scribendi rationem nullus liber, quantum ex collationibus non semper accuratissime institutis liquet, deserere videtur. Nihil itaque varietatis affertur in his locis:

βασιλέος. II, 108, 2. — 137, 4. — 142, 1. — III, 14, 2. — IV, 71, 4. — 167, 5. (atque in duob. libris scriptt. et vett. quibusdam editionibus *bis;* in reliquis alterum βασιλέος ejectum est.) — VII, 10, 10. — 26, 2. — 27, 1. — 137, 4. (ubi in eadem §. βασιλῆος ante Gaisf. praecesserat.) — 138, 1. — 145, 2. — 146, 1. 4. — 174, 1. — 183, 2.

βασιλέϊ. I, 163, 2. — II, 30, 2. 9. — 32, 1. — 99, 7.
— 121, 4. — 133, 1. — 162, 6. — III, 17, 2. — 21, 1. 5. —
39, 2. — 72, 5. — 84, 3. — 97, 7. — 98, 1. — 102, 3. —
118, 2. — 119, 1. — 120, 4. — 130, 6. — 132, 1. 2. — 140,
4. — IV, 65, 3. — 76, 4. — 78, 1. — 150, 3. — 159, 4. —
161, 4. — 168, 3. (bis) — 201, 5. — V, 2, 2. — 18, 1. 4. —
20, 5. — 31, 2. — 36, 3. — 49, 9. — 73, 3. — 105, 1. —
111, 4. — 115, 1. — VI, 2, 3. — 11, 3. — 30, 2. — 33, 5.
9 — 47, 3. — 48, 2. — 50, 2. — 59. — VII, 5, 5. — 10, 21.
— 32, 1. — 40, 2. — 99, 3. — 107, 2. — 119, 3. — 130,
4. — 135, 3. 4. — 136, 1. — 139, 2. — 174, 2. — 210, 4.
— 233, 2. (bis) — VIII, 11, 5. — 35, 2. — 65, 4. — 66, 3.
— 89, 4. — 104, 1. — 110, 3. — 137, 3. — 138, 1. — 140,
3. 5. — IX, 3, 1. — 24, 1.

βασιλέα. I, 13, 2. — 94, 7. — 97, 4. — 98, 1. (bis) — 99, 2. (bis) — 114, 2. — 115, 3. — 120, 2. — 129, 4. — 137, 1. — II, 28, 4. — 109, 1. — 111, 2. — 121, 27. — 32. — 136, 1. 5. — 141, 2. — 145, 2. (bis) — 162, 2. — 168, 4. — III, 4, 6. — 9, 5. — 14, 1. — 23, 1. — 38, 8. — 66, 1. 4. — 83, 2. — 84, 1. — 85, 4. — 118, 2. 3. — 129, 1. — 132, 2. (bis) — 138, 1. — IV, 79, 5. — 81, 5. — 88, 2. — 153, 2. — 155, 2. — V, 41, 1. — VII, 133, 2.

βασιλέες. I, 13, 5. — 125, 5.

βασιλέων. I, 186, 2. — II, 101, 1. — 121, 4. — 152, 2.

βασιλεῦσι. II, 142, 4. — IV, 11, 5. — VI, 56, 1. — IX, 33, 5.

βασιλέας. I, 147, 1. — II, 133, 3. — 136, 5. — 142, 1. — 147, 2. — 152, 8. — 169, 8.

Centum sunt, ni fallor, sexaginta et duo loci, in quibus nihil varietatis neque e codd. neque ex editis libris allatum vidi. Longe vero major etiam numerus exemplorum est, ubi recentissima Gaisf. editio eum in hoc vocabulo scribendo usum sequitur, quem solum rectum pronunciamus, ita tamen ut ex libris scriptis editisque tum pauciores tum plures in alia abeant. Neque desunt loci, in quibus contra omnium reliquorum librorum fidem scribendi rationem Gaisf. mutavit. Atque laudo sane hoc, imitaborque. Verum hoc vituperari debet, quod saepe monere neglexit, se a reliquis libris discedere, unde ingratus nobis labor exhauriendus fuit in indaganda auctoritate cujusque lectionis. Sed haec etiam exempla nunc enumerabimus, monito lectore, ubi solos numeros appositos videat, ibi Gaisfordium tacite contra ceteros libros sic scripsisse.

βασιλέος. I, 1, 4. E duob. codd. F. et *a* solus Gaisf. edidit. Duo alii *) habent atticum βασιλέως. Editi ceteri cum uno saltem cod. S. dant epicum βασιλῆος. — 2, 2. Solus Gaisf. nullo codice ut videtur addicente. Sed septem praebent leviter vitiatum βασιλέως. — 2, 3. e quatuor codd. Et quintus F. eodem modo, quo in Ἁλικαρνησσέος vidimus, scripsit quidem εως, sed ο breve super ω exaravit. — 90, 2. Sic quatuor codd. et editi a Wesselingio inde. Unus cod. S. cum veteribus editt. βασιλέως. Epicam formam nullus liber praebere videtur. — 91, 7. Diserte affertur ex uno cod. S. Edidit sic tamen jam Wess. et ceteri recentt. Tres codd. et vett. editt. εως. — 94, 3. recepit primus Schweigh. e duob. codd. Unus habet εως, editi veteres ηος. — 94, 9. Schw. e duob. codd., un. εως, v. edd. ηος. — 114, 2. Schw. e duob. codd., tres alii codd. εως, v. e. ηος. Hanc lectionis varietatem prorsus omisit Gaisf. — 120, 5. Gaisf. et Schaef. ex uno cod. S., quatuor εως, reliquae editiones, etiam Schw. et Matth., ηος. — 120, 8. Tacite sic edidit solus Gaisf.; habet tamen cod. *a* ap. Schw. et duo alii εως. Hoc no-

*) Tres quidem codd. Gaisfordius attulit; sed eorum unus quem post Wessel. B. vocat, Parisiensis est *a;* cf. Schweigh. ad VI, 40.

tare neglexit Gaisf. Sed affert ηος e cod. S., quod reliquae editiones omnes, etiam Schaef., habent. — II, 13, 1. Gaisf. ex cod. S. Omnes reliqui ηος. — 30, 4. rectum dedit jam Wessel. e cod. S., cui forsitan alii adstipulantur cf. Schw.; antea fuit εως. — 102, 1. Wesseling. et tres ad minimum codd. cum Ald., sed Steph. et reliqui ante Wessel. εως, quod unus cod. F. certe tuetur. — 121, 9. 10. 29. 30. (bis) In his quinque locis rectam scripturam ubique cod. S. Gaisfordio praebuit; non minus constanter cod. F. scribit εως; ceteri editi omnes ηος; unus Schaef. in edit. Reiz. ter εος, in secundo vero et quinto loco ηος, cujus inconstantiae nullam sane causam video. — 124, 1. e cod. S. sol. Gaisf. — 147, 2. ex S. — 150, 4. Gaisf. et Reiz., sed unde nescio. Nam duo codd. F. et S. εως habent; editi ceteri ηος. — 154, 6. Gaisf. e nullo libro scripto, ut videtur. — 158, 7. Schaef. Gaisf. Matth. e codd. S. et *a*: cod. F. εως, editt. reliq. ηος. — 162, 5. Ex quatuor ad minimum codd. et edit. Aldin. rectum jam Wesseling. dedit; εως duo codd. habent cum reliquis veteribus editt., ηος nemo tueri videtur. — III, 1, 5. omnes libri conspirant in recta scriptura; ex uno tantum F. εως affertur. — 62, 5. ex S. — 101, 3. Schaef. et Gaisf. cum S., ceteri ηος; unus F. εως. — 117, 2. Omnes et scrr. et edd. habent εος, nisi quod F. solenni atticismi amore εως, et quod unus S. nunc quidem ηος habet, cupidius quam par erat receptum a Wesselingio, quem Schweigh. deserere non ausus est. — Sed ibid. 7. omnes consentiunt in εος, praeter F. qui suo more scribit. — 119, 5. Etiam hic reliqui omnes εος. At F. εως et S. ηος, unde Wess. et Schw. asciverunt. — Prorsus idem in 120, 3. locum habet. — 137, 3. Schaf. Gaisf.; at reliqui ηος. — 140, 3. εως F. Reliqui codd. etiam S. ηος; soli Reiz. Gaisf. Matth. εος. — 140, 7. cum Matth. — 146, 1. εως F., ηος S. Wess. Schweigh. Reliqui εος. — IV, 6. Gaisf. Reiz. Matth. εος, F. εως; ceteri etiam S. ηος. — 42, 3. Rursus εως F. ηος S. Wess. Schw. reliqui εος. — 43, 2. εος Gaisf. cum Reiz. et Matth. e nullo cod., εως F., ηος vulgo. — 76, 6. Solus cod. S. ηος, quod cum non vidisset Wessel. legitimum εος, a quo ne F. quidem dissentire videtur, intactum mansit. — Sed 77, 1. ηος ex S. Wess. et Schw., εως F., εος ceteri. — 78, 3. εος Gaisf. Schaef. Matth., εως F., ηος vulg. — 164, 5. e trib. codd. *a* S. et ipso F. Gaisf. — 197, 1. ηος vulg., quod Gaisf. notare ne-

glexit, unde nescias, quid S. praebeat. εως F. — V, 24, 4. εως F. Vulgo cum Schaef. ηος. Gaisf. et Matth. εος. — 30, 7. Omnes ηος, etiam S., praeter Gaisf. et Matth. — 31, 4. solus Gaisf. εος. — 35, 2. Gaisf. Matth. — 98, 3. Gaisf. Matth. εος. Sed F. βασιλέως aut βασιλέος, nam postremae duae literae non expressae sunt, teste Schweigh. quod Gaisf. notare neglexit; reliqui ηος. — 104, 1. 2. utroque loco soli Gaisf. et Matth. εος. Secundo tantum loco εως aut εος F., neglectum a Gaisf. — 118, 2. Hic prorsus idem locum habet. — VI, 3, 1. 2. Etiam hic, nisi quod primo tantum loco ex F. βασιλέως affertur. — 9, 3. Gaisf. Matth. — 13, 2. iidem soli εος, F. εως. — 29, 2. Gaisf. Matth. — 39, 4. Rursus omnem lectionis varieta- 11
tem omisit Gaisf., εος cum Matth. edens. Sed id ipsum ex cod. F. Schweigh. affert. Et quod reliqui dant ηος e duobus saltem codd. S. V. diserte idem apponit. — 40, 2. Gaisf. Matth. — 43, 1. (bis) iidem; utroque loco εως F., neglectum a Gaisf. — 59. iidem; at F. εως. — 95, 1. Hic prorsus idem locum habet; at solita inconstantia Gaisf. lectionem cod. F., quam loco proxime praecedente enotaverat, nunc apponere omisit. — 97, 3. Hic quoque F. dare εως neglexit Gaisf. εος edens, quod Matth. retinuit. — VII, 6, 7. Gaisf. Matth. — 44, 1. iidem. — 95, 3. iidem. Sed codicem F. habere sive εος sive εως, ultima syllaba non expressa, monere oblitus est Gaisf. — 135, 4. Gaisf. Matth. Sed F. εως, tacente Gaisf. — 137, 4. Etiam hic prorsus idem obtinet. — 139, 5. Hic nusquam ηος apparet; sed εος jam ex S. a Wesselingio editum est, quod recentiores omnes retinuerunt; et sic quoque edit. Ald. Ceterae editiones cum cod. F. εως. — 213, 1. (bis) Gaisf. Matth. In codice F. utrum εως an εος sit in utroque loco dubium esse, notat Schw. quod Gaisf. neglexit; sed idem ex cod. S. in priore loco εος confirmat. — 224, 4. Gaisf. Matth. In F. εως esse rursus Gaisf. tacet. — 233, 1. Omnes editi εος. Sed cod. S. ηος, quod contra morem a Wesselingio non receptum est; cod. F. εως an εος dubium, tacente Gaisf. — 239, 5. Hic legitimum εος tuentur duo codd. S. V. et editiones a Wessel. inde. Antea legebatur εως. Nullius varietatis meminit Gaisf. — VIII, 10, 2. Gaisf. Matth. Sed F. εως. — 11, 2. prorsus idem locum habet, ut etiam 19, 1. — 24, 4. — 26, 2. 4. — 27, 2. — 44, 3. — 55, 2. — 65, 2. — 69, 1. — 75, 3. — 85, 4. 5. — 87, 2. 4.

— 96, 3. — 107, 2. In his sedecim locis Gaisford. tacite terminationem εος invexit, nihil monens de reliquorum editorum lectione ηος, et de scriptura cod. F. εως, quam ubique Schweigh. apposuerat. — 113, 2. Gaisf. Matth. De F. nunc nil affert Schweigh. — 118, 4. 6. εος soli Gaisf. et Matth. ηος ceteri, nisi quod duo codd. utroque loco εως habent, quod neglexit Gaisf. monere. — 127, 1. Gaisf. Matth. — 136, 1. iidem. Sed F. εως tacente Gaisf. — 137, 3. Gaisf. Matth. — 140, 1. Hic tandem Gaisf. lectionis a se receptae testem laudat S. Sed tacet de scriptura εως cod. F. et de ηος omnium editorum, praeter Matthiaeum. — 140, 6. 9. Gaisf. Matth. In altero horum locorum sed nescias in utro cod. F. εως dare monet Schweigh. — IX, 3, 2. Gaisf. Matth. — 11, 3. Hic εος multos codd. dare, εως vero F., monitum est; retinuerunt tamen editores ηος praeter duumviros saepe jam nominatos. — 42, 1. Gaisf. Matth.; sed εως F., tacente Gaisf. — Similiter 61, 1. — 66, 1. — Sed 67, 1. ex F. nil allatum video. εος dant soli Gaisf. Matth. — 107, 2. 5. iidem; sed F. solennem morem non deserit, εως dans. — 116, 3. 6. Hic prorsus idem locum habet; sed in omnibus quatuor locis Gaisf. codicis F. non meminit.

βασιλέϊ. III, 137, 4. 6. Utroque loco Wessel. e duobus codd. S. V. βασιλῆϊ edidit, quem solus Schw. secutus est. Re-
12 liqui rectam formam praebent, quae ipso Schweighaeusero teste retineri potuerat, imo debuerat. — IV, 64, 2. Etiam hic iidem duo e solo cod. S. βασιλῆϊ dederunt, reliqui legitimum tenent. — 166, 2. Solus S. atticum βασιλεῖ praebet. — Sic etiam V, 17, 2. — VIII, 87, 1. βασιλέϊ soli habent Gaisf. et Matth. Atticum βασιλεῖ duo codd. F. S. Reliqui epicum βασιλῆϊ. — 107, 2. Hic antea ab Aldo inde in quarto casu βασιλῆα legebatur, non minus recte, ut Valckenaerio etiam visum est; sed tum βασιλέα esse deberet. E cod. M. Gronovius dedit βασιλεῖ, quod cum alii quatuor codd. postea collati confirmassent, Wesselingius retinuit. Schweigh. vero cum omnibus recentioribus e cod. F. ionicum βασιλέϊ restituit.

βασιλέα. I, 14, 5. E quinque codd. rectum dedit Gaisf. et, qui eum secutus est, Matth.; ceteri epicum ηα tenent. — 73, 2. Ex Aldina per omnes propagatum erat ηα; primus Gaisf. εα e septem codd. reposuit, ut dubium videri possit, an nullus cod. epicam formam praebeat. Solus vero Matth. eum secutus

est. — 94, 6. Hic cum primus Schweigh. e tribus codd. εα edidisset, ceteri recentiores, etiam Schaef., eum secuti sunt. Vituperandus vero Gaisf. est, quod veterum editionum lectionem ηα non memorans etiam quid in cod. S. legatur, sileat, cum Wesselingius nullam inde varietatem afferat. — II, 121, 7. 12. 16. 18. In his quatuor locis solus Gaisf. e cod. S. εα edidit, quam scripturae varietatem Wesselingium toties in tam brevi intervallo fugere potuisse mirum est. — II, 122, 1. Omnes ηα praeter Gaisf. qui tamen quo auctore εα scripserit, nos non certiores facit. Possis forsan Athenaeum pag. 410, e. (T. 2. p. 905. Dind.) in auxilium vocare, qui locum hunc transscribens βασιλέα dat; sed *neglecta ionica specie* eum hoc fecisse, Wesseling. jam monuit, librariorum potius credam culpa, quam suo ipsius consilio, cum ionicum μὲν retinuerit. — 151, 4. e duob. codd. εα dederunt Schaef. Gaisf. Matth. — III, 86, 3. Ultima capituli verba ὡς βασιλέα sex ad minimum codd. omittunt; in quibus legantur, non proditum est. Mirum vero est, cum reliquae editiones βασιλῆα habeant, Schweighaeuserum, in ipsa oratione idem ponentem, in verbis notae criticae praemissis βασιλέα dare, quod Gaisf. nihil de varietate monens edidit. — IV, 43, 5. Ex cod. S. ηα dederunt Wess. Schaef. Schweigh., ceterae editt. εα, quod diserte e cod. F. affertur, cui alios non nominatos Schweigh. adjungit. — 126, 1. Ionicum εα e cod. S. dedit Gaisf. cum Schaef. et Matth. — 204, 1. iidem e duob. codd. S. F. — V, 31, 5. Rectum βασιλέα, quod Gaisf. et Matth. dederunt, in uno certe cod. F. legi, testatur Schweigh. Idem a Gaisf. quidem affertur e duobus codd. S. V., sed de hoc ut dubitem, facit comparatio variantis scripturae apud Schweigh. Nam praeter varietatem in voce βασ., aliae etiam eodem loco in aliis vocibus occurrunt. Huc respiciens hos duos codd. ita legere affirmat Schweigh. καὶ τούτοισι καὶ αὐτὸν βασ., ultimo vocabulo ita in fine detruncato. Jam vero cum Schw. ipse βασιλῆα ediderit, cum idem postea diserte βασιλέα ex F. afferat, hoc parte sua deminutum βασ. nihil aliud quam βασιλῆα esse posse, credo. Gaisfordius vero ultimam vocem plenam ponens βασιλέα scripsit; atque ab altera parte negari nequit, Gaisfordii scripturae, cum ipse denuo cod. S. contulerit, haud parvum hinc 13
pondus addi. — 42, 2. Gaisf. et Matth. sine codicis auctoritate, ut videtur. — 44, 1. iidem e duob. codd. F. S. Atque

hinc non parum confirmatur, quod antea de cod. S. denuo collato suspicati sumus. Nam Wessel. hanc scripturam non viderat; Gaisf. vero h. l. non aliam ob causam, ut antea, sed propter hoc ipsum eam affert. — 50, 1. iidem ex iisdem duobus codd. — Sic quoque 51, 4. — at 54, 1. e sol. cod. S. — 63, 4. ex iisd. duob. codd. In omnibus his quatuor locis a Wessel. scriptura cod. S. non indicata est. — 64, 1. Gaisf. Matth. nullo codice ut videtur auctore. — Sic quoque 67, 3. — 91, 3. — 98, 1. — Sed 103, 2. iidem codd. S. F. *βασιλέα* dederunt. — 108, 1. *παρὰ βασιλέα* dedit F. *παρὰ βασιλεῖ* S., neque hoc Wesselingio animadversum, non magis quam 114, 4., ubi F. et S. *εα* praebent. — 124, 1. tres codd. *εα*. — VI, 2, 1. tres codd. S. K. F. *εα*. Atque hic quidem Wesseling. hanc varietatem afferens, addito *et saepius* satis significat, se non ubique eam attulisse, quod sane non minimi momenti est, ut Gaisf. ab injusta suspicione liberemus, eum omnia haec tacite correxisse. Sed, ut jam dixi, melius nobiscum egisset, auctoritate libri scripti et lectione veterum librorum memoranda si non abstinuisset. — VI, 24, 1. 3. Utroque loco ex iisd. duob. codd. *εα* editum est a Gaisf. et Matth. — 30, 1. Gaisf. Matth. ex solo cod. F. — ibid. 2. iidem, sine cod. — 32, 2. iid. cum cod. F., quod Gaisf. notare neglexit. — idem locum habet 41, 4. — Sed 52, 3. de cod. F. silet Schweigh. — Sic etiam 65, 1. — 70, 3. — 85, 4. — 104, 2. — VII, 1, 1. Hic in plurimis codd. forsitan in omnibus exstat *εα*, quod tamen editores praeter Gaisf. et Matth. spreverunt. Et cum Wessel. *frequentissime* in hoc libro hanc terminationem in codd. a se collatis occurrere testetur, quid de silentio ejus Gaisfordiique sentiendum sit, patebit. — 2, 1. Hic jam in secundo loco hujus libri de codd. omnes silent; ediderunt tamen *εα* Gaisf. et Matth. — 3, 4. e duob. codd. S. F. Hic Schweigh. quoque varietatem hanc non semper enotatam esse confitetur. — 4, 1. sine diserto codicum testimonio. — 6, 3. similiter. — At 10, 7. cum contra cod. S., qui *βασιλῆα* habeat, *βασιλέα* se edidisse testetur Gaisf., in ceteris locis, ubi tacite *εα* edidit, cod. S. assentiri verisimile sane est, ut statim 10, 22. — 39, 3. — 55, 4. — 103, 2. — 108, 2. — 124, 1. Hic codd. S. F. *εα* praebuerunt nominatim laudati. — 136, 1. „*βασιλέα* puto scripturus erat F. sed in fine lineae terminationem non expressit.“ Sic Schweigh.

— 137, 3. πρὸς βασιλέα habet F. Quid in S. sit nescio, nam propter dissensum in praepositione Wessel. hinc affert ἐς βασιλ. et sic Gaisf. quoque. Si vero comparo, quae Wessel. in initio hujus libri dixerat, βασιλέα eum quoque praebere vix dubito, praesertim cum Gaisf. ε̅α̅ edens, si dissentiret S., non βασιλ. sed βασιλῆα scripturus fuisse videatur. — 139, 7. sine cod. — 147, 3. cod. F. non nominatus a Gaisf. — 151, 4. sine cod. — 165, 1. ε̅α̅ habent quatuor codd. — 194, 3. cod. F. praeteritus a Gaisf. — Sic etiam 212, 1. — 214, 1. — 220, 3. — VIII, 22, 5. — 65, 6. — 68, 1. — 86, 3. In his septem locis semper F. rectum praebet, quam scripturam cum Gaisf. semper retinuerit nil monens, idem in S. exstare haud sine causa suspiceris. — 88, 1. nihil ex cod. affertur, ut nec 90, 1. — Sed 96, 1. auxilio est cod. F. — 100, 1. nihil enotatum. — Sic 105, 4. — 113, 1. cod. F. cum aliis putat Schw. — 114, 3. sine cod. — 118, 2. duo codd. ap. Schweigh. neglecti a Gaisf. — 119, 2. cod. F. — 126, 1. sine cod. non 14
minus quam 129, 5. — 130, 1. cod. F. — IX, 18, 4. cod. F. — 113, 2. ε̅α̅ dant quatuor codd. — 116, 2. duo codd. S. F.

βασιλέες. I, 120, 3. Sex codd. accuratius collati dederunt βασιλέες, quod Schweigh. recepit, quem recentiores praeter Matthiaeum secuti sunt, qui ad βασιλῆες rediit, nescio cur. — 184, 1. Hic vero, cum quinque codd. idem praebeant, Schweigh. ab epico η̅ε̅ς̅ non descivit, Matthiae vero cum Gaisf. et Schaef. ε̅ε̅ς̅ praetulit. — II, 129, 2. Gaisf. Schaef. Matth. e duob. codd. F. S. — 140, 3. Gaisf. solus e cod. S. Reliquae editiones omnes etiam Schaeferi et Mathiaei η̅ε̅ς̅. In omnibus his quinque locis, quos hucusque numeravimus, Wessel. scripturam cod. S. neglexerat. — IV, 119, 1, Rectum dantem cod. F. secuti sunt nunc omnes recentiores Gaisf. Schaef. Matth. — Idem obtinet in 128, 1. — Sed V, 7, 2., ubi codd. duo S. F. ε̅ε̅ς̅ praebuerunt, Schaef. ad η̅ε̅ς̅ rediit. — 65, 4. Gaisf. Matth. sine codicis suffragio, ut videtur. — 110, 1. iidem duumviri e duob. codd. — Idem obtinet in VI, 6, 3. — VII, 6, 3. Gaisf. Matth. nullo cod. ut videtur auctore. — 50, 6. iidem e codd. S. F. — 90, 1. — VIII, 131, 3. in his duobus postremis locis e codd. nihil allatum est.

βασιλέων. II, 100, 1. Hoc loco βασιλήων e cod. S. edidit Wessel. eumque secuti sunt Schw. et Matth. Sed editio-

nes vett. Gaisf. Schaef. cum cod. F. εων. E Parisinis codd. nil enotatum erat; hinc forsitan eos cum S. consentire suspicatur Schw. In hoc quidem non facile quisquam ei assentietur. Sed minime ferendum est, Gaisfordium codices Parisinos inter eos recensere, qui εων tueantur. — 129, 1. Gaisf. Sch. Matth. e codd. S. F. — 134, 3. iidem e cod. F. — 141, 1. iidem e S. F. Quod supra jam suspicati sumus, Wesselingium non semper terminationum ionicarum curam habuisse, ut et ipse non semel confessus est, ejus luculentum testimonium hic locus praebet. Nam pro lectione, quae olim recepta erat, τῶν πρότερον βασιλήων e duob. codd. V. S. affert τῶν πρόσθεν βασ. exitu vocabuli neglecto. Sed S. dare βασιλέων Gaisf. testatur. — 148, 5. Gaisf. Schaef. Matth. e codd. S. F. — 151, 1. Gaisf. Schaef. ex iisdem codd. Cur vero Matth. h. l. duces suos deseruerit, ηων retinens, divinare nequeo. — 161, 2. Hic Matth. duos illos comitatur, εων scribens, quod iidem codd. S. F. dederunt. — III, 15, 2. Hic vero omnes praeter Gaisf. ad ηων redierunt, ob codicum ut videtur consensum; nam ex S. diserte epicam terminationem affert Gaisf. — IV, 11, 3. Bis in hac sectione εων. ediderunt Gaisf. et Matth. atque in priore quidem loco e cod. S. — IV, 71, 3. Gaisf. Schaef. Matth. e solo cod. F. — VI, 57, 2. 5. (bis). In his tribus locis soli Gaisf. et Matth. εων dederunt; sed sic esse *constanter* in cod. F. ad h. l. annotavit Schw. De codice S. silet Gaisf. — 58, 3. (bis) 5. 6. In ultimo tantum ex his quatuor locis scriptura εων affertur, sed e quatuor illa codicibus S. P. K. F. Atqui prudens ad h. l. annotatio est Schweighäuseri: „ergo et hi hoc in genere cum nostro F. faciunt, puto vero et alii plerique codices, nisi forsan etiam omnes: ac saepe mihi oborta erat suspicio, *Venetum* Herodoti editorem, cujus vestigia alii secuti sunt, nimis studiose sectatum esse ionismos, ac subinde contra codicum omnium praescriptum *Homericas* verborum formas *Herodoto* obtrusisse.“ Haec cum lego, nihil magis doleo, quam Schweighäuserum non ipsum in hac sententia perstitisse; ad hanc enim si se normam direxisset, et iis, qui codicum Parisinorum conferendorum in se curam receperunt, indicasset, ad quae praecipue in hac collatione respiciendum esset, longe aliam formam dialecti Herodoteae nos jam habere persuasissimum mihi est. Eadem vero haec verba non minus mihi testimonio sunt, cod.

F. etiam in tribus praecedentibus locis, ubi in hoc capitulo βασιλήων occurrit, legitimam formam dare; nam ni hoc esset, expectari poterat, Schweighäuserum hoc monuisse. — 63, 4. Gaisf. Matth. ex F. S. — 70, 4. F. *et alii*, teste Schweigh., sed nescio qui, habent εων. Receperunt, ut expectari poterat, Gaisf. et Matth., quamvis lectore non monito. — 73, 2. iidem, sed codice qui adstipuletur non nominato. — Idem locum habet in VIII, 131, 2.

βασιλεῦσι. De tribus locis, qui huc pertinent, locuti jam sumus in initio quaestionis de vocabulo βασιλεύς institutae pag. 8. Nam in omnibus nostris editionibus nunc ubique βασιλεῦσι legitur a Wesselingio inde; sed antea bis VI, 57, 3. — 58, 1. legebatur soloecum βασιλῆσι sive βασιλῆσι, quod e codicibus emendatum est; et semel IV, 11, 4. cod. S. βασιλεῦσι dedit, cui plaudens *bene* Schweigh. acclamavit.

βασιλέας. IV, 10, 4. Gaisf. Schaef. Matth. e cod. F. — 118, 1. Omnes editt. etiam veteres βασιλέας, praeter Wessel. qui ex S. ηας dedit, et Schweigh. De ceteris codd. siletur, sed F. rectum dare Schw. testatur. — VI, 34, 2. Gaisf. Matth. e cod. F. quod monere Gaisf. neglexit, de S. quoque tacens. — 52, 5. iidem e codd. S. F. — 53, 1. iidem sine cod. — Sic etiam 56, 2. — Sed 57, 1. 4. e cod. F. diserte allatum est. — 86, 1. sine cod. — Sic etiam 98, 5. — At VII, 149, 2. ex F. εας affertur.

Si bene numerorum rationes subduximus, ducenta sunt et duodequinquaginta exempla, in quibus Gaisfordii editio eam normam servat, quam solam rectam apud Herodotum pronunciavimus; atque longe major eorum pars defenditur ab ipsa scripturae varietate, uno codice duobusque plerumque, sed non raro quoque pluribus quin omnibus veram viam monstrantibus. Sexaginta quidem et quinque loci enumerati sunt, ubi dubii esse possimus, an nullius codicis auctoritate mutatio veteris lectionis innitatur. Sed numerus hic per se non exiguus si cum longe majore contrariorum locorum numero comparatur, — addenda enim sunt etiam centum sexaginta duo exempla illa, in quibus nullum librum nec scriptum neque editum a genuina scribendi ratione aberrare supra monstravimus, — numerus hic, inquam, per se non exiguus, ad hoc si respexeris, parvus esse reperitur. Verum enim vero vidimus viros doctos, quibus con-

ferendorum codicum opportunitas erat, in his, quas minutias esse opinati sunt, nullum fere studium posuisse; raro ex codicibus ante Wesselingium collatis ejusmodi varietatem afferri; Wesselingium ipsum confiteri, se has terminationes saepius neglexisse, quod ita esse iterata collatio cod. S. a Gaisf. instituta planissime docuit; Schweighaeuserum saepe conqueri, quod quid in Parisinis codd. sit, quos non ipse oculis perlustraverat, se nescire sibi fatendum sit. Duorum itaque codicum tantum paulo accuratiorem collationem possidemus, cui fidere possis; codices dico S. et F., quorum alterum Gaisfordius alterum Schweighäuserus ipsi manibus versarunt. Neque tamen hi duo viri ubique attu-
6 lerunt in ea saltem quaestione, quam hic tractamus, quid in iis legatur. Vidimus Schweighäuserum saepe profitentem, codicem F. *constanter* sic habere, sive *suo more* sic dare; vidimus praeterea Gaisfordium receptam lectionem mutantem tum tantummodo de cod. S. monere, ubi mutationi adversetur, sed saepe tacere, ubi consentiat. Et tamen vel sic maxima eorum locorum pars, quos Gaisf. e codd. diserte enumeratis mutavit, ambos codices sponsores excitare potest; atque nullus est, quin alterutrius fide nitatur. Ex his omnibus certissima argumentatione mihi concludere videor, partim si diligentius reliqui libri scripti examinentur, multo plures locos nos reperturos, ubi hi quoque veram ionicam formam repraesentent; partim vero in iis etiam exemplis, quae hucusque codicum auxilio destituta videntur, codices F. et S. meliora praebituros esse. Atque sic mihi quidem nemo facile eam opinionem eripiet, numerum hunc sexaginta quinque locorum, accuratius collatis codicibus, non dico valde imminutum sed ad nihilum fere redactum iri.

Sed maneat vel sic hic numerus; tamen ex omnibus, quae hucusque disputata sunt, luce clarius mihi esse videtur, Gaisfordium jure vel contra codices horum locorum scripturam immutasse. Quo magis miror, quae causa ipsum, cum in tercentum et decem exemplis quod restituendum erat non dubitarit reponere, potuerit impedire, ut quindecim tantum locos intactos remanere siverit. I, 56, 4. *βασιλῆος*. — 132, 3. *βασιλεῖ*. — 192, 1. *βασιλεῖ*. — ibid. 3. *βασιλέως*. — IV, 6. *βασιλῆας*, ubi cod. F. *βασιλέας*. — 7, 1. *βασιλῆος*. — ibid. 2. *βασιλῆες*. — 11, 4. *βασιλῆας*. — 73, 1. *βασιλῆας*. — 102, 1. 2. *βασιλῆες*. — 138, 1. *βασιλῆος*. — V, 75, 2. 3. *βασιλῆας*. Sed si ex his exemeris

tria atticae formae *βασιλέως*, *βασιλεῖ* exempla, et unum, ubi codici F., nescias cur, non obtemperatum est, reliqui quoque undecim loci qua ratione corrigendi sint, ambiguum esse non potest.

Jam si in amplius octoginta hujusmodi nominibus quorum quingenta fere exempla erant, nemo negare potest, Herodoto solam eam declinationem placuisse, cujus legem supra proposuimus, si in nomine *βασιλεύς* praeterea, quod in amplius quadringentis et viginti exemplis occurrit, inconstantem librorum usum ad eandem constantiam revocandum esse demonstravimus, feremusne, ut tandem eo redeamus, unde oratio nostra orsa est, in vocabulo gentili *Ἁλικαρνησσεύς* semel tantum in editis libris rectam formam exstare, ter vero adulterinam? Imo nemo ita servili modo codicibus addictus erit, ut haec vel sine scriptorum librorum auctoritate mutanda neget. Sed salva res est. In ipso operis initio unum saltem codicem F. ionicam formam servasse jam vidimus. In III, 7, 2. pro editorum ‾ηος tres codd. K. P. F. ‾εος praebent; de Parisinorum silentio testis est Schweigh., ut cum Wesseling. scripturae ‾ηος sponsores codicem S. *et alios* laudet, fortasse aliorum nomine K. et V. comprehenderit; fieri tamen etiam potest, ut propter Gronovii silentium de M. tantum cogitarit. In VII, 99, 3. vero omnes editi *Ἁλικαρνησσέων* praebent; et e solo cod. S. *ηων* ab Gaisf. affertur, quod Wesselingium in collatione fugerat. Atque ibid. 4. *ηας* quod hucusque editos libros insidet, in posterum locum cedet ionico *εας* e tribus codd., quorum maxima auctoritas est, S. V. F.

Spec. III. 1

De orthographia vocabuli *θωυμα* et derivatorum *).

Si nuper gravissimis argumentis ducti contra veterum grammaticorum praecepta suam Herodoto rationem scribendi restituere conati sumus, jam ut pateat quam non iniquo animo ergo

*) Accentibus et signis discriminantibus in hoc vocabulo similibusque ab initio addendis abstinui, nisi hic illic ob certas rationes statim unicuique intellectas. In altera hujus disquisitionis parte quid verum mihi videatur patebit.

hos affecti simus, eorundem causam contra recentiorum inconstantiam et novandi libidinem agere nobis constitutum est. Quod inconstantes et novandi cupidos quosdam recentiorum dixi, ad Gaisfordium et eos, qui hunc sequuti sunt, spectat. Atqui hanc inconstantiam ipse confitetur in monito, quod tertio tomo editionis praefixum legitur, pag. XXXVII. „*Sed in v. θώϋμα, θῶυμα vel θῶμα scribendo paulo inconstantius versatus sum.*“ At vero cum addit, „*equidem posteriorem formam* [θῶμα] *libenter reponerem, sicubi eam vel unus codex probae notae exhibeat*“ cur hanc potissimum formam genuinam judicarit, indicare neglexit. Mihi vero longe aliter visum est; efficiamque, ni opinio me fallit, ut ne dicam θῶμα sed ne θῶυμα quidem Herodoteum videatur prae antiqua scribendi ratione θώϋμα. Atque hoc mihi postulare videtur et veterum grammaticorum auctoritas et in codicum dissensu multorum suffragium.

Notissimum est tria esse vocabula, quae in vulgari dialecto diphthongum $\overline{αυ}$ recipiant, in ionica*) vero sonum ad $\overline{ο}$ accedentem teneant, quae sonorum inter se confusio in aliis etiam linguis reperitur, ut cum dicimus *lautum* et *lotum*, *Claudium* et *Clodium*, *caudicem* et *codicem*, similia. Sunt vero haec tria vocabula τραῦμα cum derivatis, θαῦμα cum derivatis, ἑαυτόν cum affinibus ἐμαυτόν, σεαυτόν. Sonum vero hunc ad $\overline{ο}$ accedentem Iones expresserunt tum per $\overline{ω}$ tum per $\overline{ωυ}$. Atque in τραῦμα quidem constans fere erat scriptura τρῶμα, ita ut τρωυμα vel prorsus rejectaneum haberi, vel seriorum scripto-
2 rum pravo imitandi studio tribui debeat**). Praeterea haec

---

*) *Ionicam* dico dialectum non ex communi loquendi ratione, quae epicas Homeri aliorumque formas etiam huc retulit. Nam in ea quaestione, quam nunc tractamus, si unum obscurum locum Hesiodi exceperis, constanter $\overline{αυ}$ retinent poëtae, ut etiam hinc pateat magnum discrimen esse inter epicorum consuetudinem et ionicam dialectum. Cf. spec. sec. p. 2.

**) Τρῶμα apud Herodotum quod bis terve in uno alteroque codice in τραῦμα mutatum fuit, nemini mirum videbitur. At τρωυμάτων, quod IV, 180, 4. in veteribus editionibus legebatur, quodque nullos nisi ignobiles sponsores inter codd. excitare potest — inter Parisinos cod. c. tum duos obscuros Britannicos — rejectaneum est, et jure a Schweighaeusero septem codd. auctoritate, inter quos optimus quisque reperitur, expulsum, ut nolim a Matthiaeo in pristinam sedem reductum esse. Ex pravo vero imitandi studio ortum pronuncio τρωυμα apud Lucian. de

vocalium commutatio in hac voce nihil miri offert, cum jam in ipsa vulgari dialecto fundata sit, quae τραῦμα quidem, τραυματίζω etc., sed non minus τέτρωμαι, ἔτρωσα, τιτρώσκω novit. Contra in ἑαυτόν similibusque eadem constantia librariorum, si a quibusdam locis discesseris, ubi unus alterve codex ad vulgarem consuetudinem rediit, ambas vocales ω̄ et ῡ junxit, ita ut ἑωτόν ne per lapsum quidem scribentis reperiatur.

Multo vero aliter res se habet in vocabulo θαῦμα scribendo; nam et veteres librarii et recentiores editores inter θῶμα et θῶυμα s. θώϋμα eligendi nobis arbitrium relinquunt, aequalitatem nunquam, ut videtur, secuti*). Ad hunc dissensum, si fieri potest, tollendum, primo loco ad auctoritatem grammaticorum confugiemus; dein libros scriptos excutiemus.

Initium facimus a loco Herodoti VII, 187, 2. ὥς τε οὐδέν μοι θῶμα παρίσταται. Sic enim edidit Schweighaeuser non solum e codd. bonae fidei P. S. F. sed Thomae quoque Magistri auctoritate advocata, apud quem locus s. v. προέδωκεν pag. 739.

---

dea Syr. c. 20., minimeque cum Reitzio in τρῶμα mutandum. Seriores enim hi scriptores, qui iadem resuscitare conati sunt, dici fere nequit, quantum omnem operam perdiderint, Lucianum dico, Arrianum, auctorem vitae Homeri, Aretaeum etc. Hi enim nullo dilectu adhibito formas epicorum, Herodoti, Hippocratis (cujus dialectus non in levibus tantum rebus multum ab Herodotea differt), grammaticorumque commenta inter se commiscuerunt, ita ut oratio ipsorum nullo nativo colore insignita sit. Lucianus τρωυμα dixit, analogia scilicet vocabuli θωυμα seductus; idem memor se apud Herodotum μνέας legisse, nominativum μνέες non refugit; epica sunt ἔσεται, ἔσσεται, λίσσετο, φθέγξατο, ἔμμεναι, ἀπρήκτοιο, δοιά, ἠέλιος, πάντεσι, ἐθέλῃσι; Hippocratem imitatus ἴητο, ὀρῇ, ἐςορέῃς dixit; falsam ionismi speciem referunt κέραα, ἀτρεκέει, φαείνεται, ἐπερέεται, ταί, ἐπὶ τῆς; vulgaria plura posuit ut φθορᾷ τοιᾷδε; et quod saepius ἑνικῶς legitur κέαται et κέατο grammaticorum commentum est, qui miro acumine passivas terminationes αται et ατο singularis numeri esse pronunciarunt magno consensu, atque apud Homerum cum semper πληθυντικῶς appareant, Pindaricum schema in auxilium vocarunt. Quid quod nonnulli eo progressi sunt, ut pluralem in αντα exire juberent, qui, quamvis in scriptoribus superstitibus non lectus, in fragmentis tamen et glossis grammaticorum non semel repertus est. Sed haec digito monstrasse sufficiat.

*) Utrum θῶυμα an θώϋμα scribendum sit, si θῶμα rejiciendum videatur, postea sub examen vocabimus.

edit. Bern. citatur. Sic enim ratiocinatur Schw. „*θῶμα hic legisse Thomam M. intelligitur ex mendosa scriptura δῶμα, quae olim in ejus Lexico obtinuerat.*“ Sed cur tacet Schw. ipsum θῶμα apud Magistrum afferre duos codd. regios; vulgarem formam θαῦμα unum Leidensem; at θώϋμα optimum cod. Burmanni*), quod recentissimum editorem recepisse? Gaisfordium vero et ipsum editionem grammatici non inspexisse, patet ex brevi notula, in qua Thomam inter testes lectionis θῶμα sic nude excitat. Sed luce clarius patet ex Thomae verbis nihil elici posse; nam ibi sicut in plerisque Herodoti locis codd. in diversa abeunt. — Simplex vero est et apertum Hesychii testimonium, T. 1. p. 1753. θῶμα, θαῦμα, quod Albertius quidem in θώϋμα mutatum malit, ego cum Koenio non item, jam propter ipsum literarum ordinem, cum inter θῶκος et θωμένοις vocabulum positum sit. Neque negabo unquam, scripturam θῶμα fundamento quodam niti; nam quo alio modo toties libros scriptos insedisset? Sed grammaticorum quorundam, ut uno verbo dicam, commentum agnosco, qui propter τρῶμα sic scribi debere edixerunt**).

Verum enim vero contrarium scribendi usum confirmant duo alii grammatici, alter qui vulgo nunc Gregorius audit, alter Eustathius; idque, quo praecipue respiciendum est, non ob aliam quamcunque causam locum aliquem afferentes, quae ratio apud Thomam obtinuit, sed de industria hunc ionismum tractantes; atque tum hos grammaticos graves testes esse, quibus nisi validis argumentis ducti fidem derogare possimus, jam in spec. II. p. 2. monuimus. — Gregorii haec sunt verba in libello de dialecto ionica §. 30. p. 419. τῷ $\overline{\omega}$ ἀντὶ τοῦ $\overline{\alpha}$ ἐν τῇ $\overline{\alpha\upsilon}$ διφθόγγῳ χρῶνται, ὠυτός λέγοντες ἀντὶ τοῦ αὐτός, καὶ θωυμάσας ἀντὶ τοῦ θαυμάσας. Videmus non $\overline{\alpha\upsilon}$ in $\overline{\omega}$ versum dici,

---

*) *Optimum* voco hunc codicem, non ut meae sententiae velificer, sed Oudendorpii judicium secutus in prooemio, fol. 4. verso.

**) Possim quoque Ioannis grammatici testimonium afferre in II. tractatu de dialectis p. 322. (ap. Herm. de emend. rat. Gr. Gr. p. 48.) τὸ $\overline{\omega}$ μέγα ἀντὶ τῆς $\overline{\alpha\upsilon}$ διφθόγγου ἐκφέρει οἷον καῦμα κῶμα, θαῦμα θῶμα. Sed propter adjectum κῶμα, quod nemo pro καῦμα unquam posuit, hujus grammatici testimonio non magnopere fidendum duco. [Hoc κῶμα ortum videtur ex male intellecta ejusmodi annotatione, qualis est Eustathii ad Il. 12, 66. T. 3. p. 98, 8. et ad Od. 18. 201. p. 175, 45.]

sed $\bar{\alpha}$ in diphthongo $\overline{\alpha\upsilon}$, unde $\overline{\omega\upsilon}$ scribi debere concluditur. Non minus clarum est testimonium Eustathii ad Iliad. 4, 359. pag. 482, 39. Rom. T. 1. p. 384. Lips. *τὸ δὲ περιώσιον, ὡς καὶ ἑτέρωθι δηλοῦται, καθ' ὁμοιότητα γίνεται τοῦ θωυμάσιον, ὡς γὰρ ἐκεῖνο ἰωνικῶς ἐκ τοῦ θαυμάζω θαυμάσω κεκίνηται, οὕτω καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ περιαύω περιαύσω τὸ φωνῶ, ἵνα ἡ περιωύσιον τὸ ἐξάκουστον ἐν φωνήσει, καὶ ἀπελεύσει τοῦ $\bar{\upsilon}$ περιώσιον.* Aperte doctus archiepiscopus solam scripturam *θωυμάσιος* novit; nam si *θωμάσιος* in usu fuisse credidisset, simplici via e *περιαύσιος* formari posse *περιώσιος* contendisset, neque inauditum *περιωύσιος* aut *ἀπέλευσιν τοῦ $\bar{\upsilon}$* in subsidium vocasset. — Postremo addimus locum Eustathii, qui omni exceptione major est, ad Iliad. 5, 396. pag. 563, 21. Rom. T. 2. p. 40. Lips. *ἐν δὲ τῷ ωὑτὸς ἀνήρ, ἤγουν ὁ αὐτός, ἰστέον ὅτι ἡ $\overline{\omega\upsilon}$ δίφθογγος ἐν μιᾷ μὲν λέξει κατὰ διάλυσιν προάγεται διεξοδικῶς, οἷον θωϋμάσιος ὁ θαυμάσιος, καὶ ἑωϋτοῦ ἀντὶ τοῦ ἑαυτοῦ· ἐν δὲ δυσὶ λέξεσι κέκραται τῷ λόγῳ τῆς συναιρέσεως.* Comparatio vocabuli *θωϋμάσιος* cum *ἑωϋτου*, quod, ut jam dictum est, nemo *ἑωτοῦ* scripsit, atque ipsa diphthongi $\overline{\omega\upsilon}$ mentio sententiam Eustathii obscuram non sinunt, ut nunc taceam de alio gravissimo argumento, quod in his verbis inest, quodque suo loco uberius explicabimus, diphthongum $\overline{\omega\upsilon}$ in *ἑωϋτοῦ* et *θωϋμάσιος* binas syllabas efficere.

Per grammaticos itaque non modo nil obstabit, quo minus *θωυμα* ut *ἑωυτου* scribatur, sed necessarium fere est. Jam quid forsan e codicum dissensu in contrariam sententiam afferri possit, videamus. Sed memores simus, tum, quod nuper jam monuimus, duorum triumve codicum solorum nos habere paulo accuratiorem collationem, in qua ad has minutias, ut nonnullis videtur, respectum sit, cum plerique editorum semel aut bis contenti ejusmodi dissensum enotare haec tanquam *ἀδιάφορα* reliquerint; tum, si in tanto dissensu quid momentum faciat non statim appareat, tamen cum grammaticorum doctrina nondum refutata sit cumque quid librarios pellexerit, ut *θῶμα* sicut *τρῶμα* scriberent, satis jam explicatum videatur, nemini mirum videri posse, si etiam hic ad certam quandam normam vel contra plurium librorum manuscriptorum placita nos dirigamus. Editionum vero nunc praeter Schweighaeuserianae et Gaisfordianae*)

---

*) De Gaisfordii inconstantia, quam ipse confitetur quamque pro-

nullam rationem habebimus, cum hae tantum novis codicibus collatis alicujus momenti sint, reliquae vero a recentioribus curatae nullo certo consilio prout cuique editorum lubuit modo hoc modo illud in hac saltem quaestione praetulisse videantur. Omnes itaque locos, in quibus vocabulum θωυμα cum derivatis reperitur, nunc ordine librorum servato recensebimus.

Lib. I.

In brevi prooemio, quod Herodotus historiae praefixit, θωυμαστά in omnibus libris legi videtur praeter S., qui vulgarem formam θαυμαστά praebet; atqui credi potest in initio saltem operis diligentiorem eorum curam fuisse, quibus conferendorum codicum opportunitas erat.

I, 11, 5. ἀπεθώμαζε habet cod. M., nimium ille a Gronovio laudatus, cum ad novissimum fere ordinem detrudi debeat, et cod. F. a prima manu*); quod non miror, eorum memor, quae in spec. II. pag. 7. 8. dixi. Si ipsius librarii secunda manus est, quae ad ωυ rediit, illustre denuo exemplum habemus, quemadmodum in Ἁλικαρνησσέος sic in hoc vocabulo librarium audaciorem initio corrigendum sibi credidisse exemplar, quod exscriberet, postea vero poenitentia ductum ad genuinum usum rediisse. — Sed ἀπεθωυμαζε tuentur praeter editionem Aldinam, cujus nulla fere apud me fides est, codd. ad minimum octo apud Schw. in his S. et *a***).

pterea ei non magnopere vitio vertam, (nisi hoc vituperandum sit, quod ad editiones festinandas multi nunc accedunt nulla aut exigua cum eo scriptore quem tractant familiaritate contracta,) supra jam verba fecimus. Initio formae θωυμα magis favit. Hinc factum est, ut in primis tribus libris bis tantum θωμ. ederet, in octo vero et triginta locis θωυμ. In quarto libro dubius animi haerere coepit; hinc e duodecim exemplis sex ab hac parte stant, sex ab altera. A quinto vero inde libro quasi fusis fugatisque hostibus tropaea θῶμα posuit.

*) Incommodum sane est, quod in conferendis codd. sicubi de *prima manu* sermo est, non semper additum sit, utrum ejusdem librarii *prima* et *altera* manus appareat, an secundi cujusdam, primi manum emendantis.

**) Non minus incommodum est, quod Gaisfordius plerumque commemorare neglexit, qui codices receptae ab eo lectioni suffragentur. Nam ejusmodi disquisitio tripartita est, ut intelligatur, tum qui libri scripti receptam a nobis lectionem tueantur, tum qui ei adversentur, tum e quibus conferentium incuria nihil enotatum sit. Atqui libri hi, quos postremum indicavimus, non in censum veniunt.

23, 2. θῶμα F. sed superne adjecto $\bar{\upsilon}$ ab *alia* manu. Sic Schw. nunc diserte alius manus meminit. Cf. not. praeced. Reliqui omnes $\overline{\omega\upsilon}$, nominatim S.

30, 7. ἀποθωμάσας M. et F. a. m. pr. prorsus quemadmodum in 11, 5. *Omnes* reliqui $\overline{\omega\upsilon}$ habere dicuntur, nullus tamen nominatim excitatur.

68, 1. θώματι P. et b. Reliqui ut videtur $\overline{\omega\upsilon}$ praeferunt, atque de nonnullis libris manu scriptis F. *a c* id diserte testatur Schw. Sed hujus verba „θωΰματι *cum punctis diaereticis vulgo edd. ut alibi; sed ut edidimus, non diducta diphthongo, sic constanter F. a. c. et alii*“ quonam referenda sint, non satis perspicio. Nam non constanter hos codd. scripturam, quae diphthongum exhibet, praebere patebit. Vix itaque aliter haec verba intelligi possunt, quam sicubi diphthongum repraesentent, tum eam non diduci atque hoc confirmatur nota Schw. ad 185, 4. ubi libri nil discrepant. Dolendum vero est, *alios* quoque codd. hic nominari, sed quos sileri.

68, 2. ἀποθωυμάζοντα, θωυμαζες, θωυμα. Haec tria vocabula sic ter deinceps brevi intervallo leguntur, nulla scripturae varietate allata, nisi quod de accentu in θῶυμα ex cod. F. Schweighaeus. monet. Num quisquam credere potest, cum ante duas lineas θωυμ. praecesserit, ibique materiam de scribendi ratione disputandi praebuerit, nunc omnes socordes nullius varietatis in scribendo meminisse, si quam reppererint?

88, 1. ἀπεθώμαζε ex solo F. affertur. cf. ad 11, 5. et 68, 1.

93, 1. θώματα idem solus F. Sed favente fortuna factum est, ut codd. alii singularem numerum alii pluralem praeferant. Hinc septem codd. sponsores diphthongi $\overline{\omega\upsilon}$ citare possumus, inter quos praeter *a* etiam S., cujus indicium Gaisfordio debemus, cum Wesselingius, cui ejusdem conferendi copia fuerat, ad testimonium ejus pro singulari numero non attendisset.

155, 2. Hic Gaisf. e solo cod. F., cujus antea nullam rationem habuit, neque ita statim habiturus est, θωμάζω nescias qua de causa recepit. Ex reliquis codd. nil affertur.

185, 4. Omnes in diphthongo $\overline{\omega\upsilon}$ consentire videntur; nulla saltem varietas affertur, nisi quae diaeresin spectat. Cf. ad 68, 1.

194, 1. Nullus liber affertur, qui ω̄ habeat; et duo saltem, S. et ipse F., in quibus diphthongus legatur.

Si praeter hunc primum librum nullus ceterorum nobis a fortuna servatus esset, nemini dubium esse posset, primo in orthographia hujus vocabuli codices manuscriptos diphthongum postulare; dein codicis F. scribam, cui docti cognomen non denegamus (cf. ad 11, 5.) nescias qua doctrina imbutum a genuina scribendi ratione saepius descivisse, plerumque sine comitibus; tertio, Gaisfordium calidius quam prudentius uno in loco huic cod. F. fidem habuisse; postremo, cum jam in initio operis de multorum librorum scriptura nihil certi sciamus, ob
9 ingravescens taedium eorum, qui libros scriptos contulerint, magis magisque semper nos a librorum auxilio destitutum iri. Quod an ita se habeat, nunc videamus.

Lib. II.

II, 21. Solum ω̄ praebent codd. M. K., diphthongum tuentur quinque saltem codd., inter quos *a* S. et ipse F.

35, 1. Wesselingius πλέω θωϋμάσια edens praeter Aldinam (quam Steph. 2da sequitur) codices nominat V. S. R. *b c*, sed πλεῖστα θωμάσια ex M. K. P. affert. Num tu credis, eos codd. qui πλέω praebeant omnes diphthongum ascivisse, eos vero qui πλεῖστα scribant omnes eam sprevisse? Hic locus nobis inter multos alios certum documentum praebet, quam parum de dialecto Herodoti constituenda editores solliciti fuerint; negari enim nequit, Wesselingium ad solum dissensum inter πλέω et πλεῖστα animum advertisse, neglecta accuratiore indagatione vocabuli secundi. Duos tamen indubios testes post Wesselingium habemus, quibus ut diphthongum praeferamus credendum est, codd. F. et S. a Gaisf. iterum collatos. De ceteris nihil decernere audeo.

79, 3. Nullus affertur liber scriptus, qui diphthongum ω̄ῡ respuat.

121, 12. Solam vocalem ω̄ habent V. S. Editiones omnes ω̄ῡ. De ceteris codd. siletur; e Schweighaeuseri tamen annotatione critica, quae de punctis diaereticis agit, alios ω̄ῡ dare, forsan concludi potest.

121, 33. Hic diphthongo nulla lis movetur, nisi quod S. ad atthidem inclinans θαυμάσαι scribit.

148, 7. et 149, 1. Nullus liber memoratur, qui in duobus his locis diphthongum deserat, quamquam solius F. propter omissa signa diaeretica indubitata auctoritas affertur.

155, 4. — $\overline{\omega}$ M. P. K. sed $\overline{\omega\upsilon}$ S. F. V. a. b. alii.

156, 1. — $\overline{\omega}$ iidem M. P. K. $\overline{\alpha\upsilon}$ F. c. $\overline{\upsilon\omega}$ ex solo S. affertur.

175, 1. — $\overline{\omega\upsilon}$ in omnibus*). — 175, 2. $\overline{\omega\upsilon}$ in omnibus, nisi quod $\overline{\alpha\upsilon}$ exstat in F. (non in P. ut Gaisf. memorat.).

Lib. III.

III, 3, 1. — $\overline{\omega\upsilon}$ in omnibus, diserte ex S. allatum.

3, 6. — $\overline{\omega\upsilon}$ in omnibus. — 12, 1. $\overline{\omega\upsilon}$ in omnibus, et ex F. diserte allatum. — 14, 10. $\overline{\omega\upsilon}$ in omnibus. — Sic etiam 22, 8. — 23, 2. — 47, 7.

80, 8. — $\overline{\omega\upsilon}$ in ceteris, excepto S. qui $\overline{\omega}$ habet. — 82, 9. (bis) $\overline{\omega\upsilon}$ in omnibus.
Sic etiam 111, 1. — 112, 1.

113, 1. $\overline{\omega}$ S. P. $\overline{\omega\upsilon}$ F. de reliquis tacetur**). — 119, 7. $\overline{\omega\upsilon}$ in omnibus. — Sic etiam 140, 4.

148, 3. Si Wesselingii solius notam inspicimus, simile dubium oritur, quale jam ad II, 35, 1. proposuimus. Hic enim ἀπεθωύμαζε ex *a c f* S. V. affert, ἐπεθώμαζε vero ex M. P. K. Mirum sane foret, si omnes scripti qui praepositionem ἀπό 7 agnoscunt, $\overline{\omega\upsilon}$ quoque servent, ii vero quibus ἐπί placuit, $\overline{\omega}$ asciverint. Sed perspicuum est, Wesselingium etiam hic dissensum tantum in praepositione notare voluisse. Nam de *f* Schw. testatur, diserte se monitum esse, non $\overline{\omega\upsilon}$ ibi exstare. Idem de S. credimus facile Gaisfordio, qui denuo hunc librum contulit. Sic itaque cum de ceteris codd. nil certi decernere audeam, id unum immotum manet $\overline{\omega}$ praebere *f* S. $\overline{\omega\upsilon}$ vero F. — Ut hoc tantum addam, alter hic est in tribus primis libris

---

*) Brevitatis causa in *omnibus* voco, ubi disertum contrarii testimonium non affertur.

**) Paulo ante ibidem legebatur vulgo θυμιαμάτων, nunc θυωμάτων, cui vocabulo nostrum substituerunt P. M. F. hic θωυμάτων scribens, illi θωμάτων. Similiter in II, 40, 3. pro ceterorum librorum genuina lectione θυωμάτων cod. S. nostrum vocabulum substituit, θωϋμάτων diducta diphthongo scribens.

locus, ubi Gaisf. $\overline{\omega}$ ascivit, non validioribus rationibus, quam in aliis locis $\overline{\omega\upsilon}$ intactum sivit.

Lib. IV.

IV, 9, 3. $\overline{\omega\upsilon}$ in omnibus, praeter S. qui $\overline{\omega}$ habet.

28, 5. $\overline{\omega}$ S. F. quod Gaisf. secutus est. $\overline{\alpha\upsilon}$ a. Pro $\overline{\omega\upsilon}$ nullum disertum testimonium afferri potest, cum ex ceteris codd. nihil enotatum sit. Sed totus locus jam alium scrupulum editoribus injecit, de quo videas Schw. in variet. lect.

30, 1. $\overline{\omega\upsilon}$ omnes, praeter S. qui $\overline{\omega}$ habet, cui nunc quidem Gaisf. non obsecutus est. — 42, 1. $\overline{\omega}$ S. V. Gaisfordio addicente. $\overline{\omega\upsilon}$ diserte ex F. affertur; quid in ceteris legatur ignoramus.

53, 3. $\overline{\omega\upsilon}$ omnes, praeter S. qui $\overline{\omega}$ habet. Atque hic rursus Gaisf. $\overline{\omega\upsilon}$ retinet. — Sic et 82, 1. Atque ne in 82, 2. quidem, ubi non solum S. sed etiam F. in ipso textu, quem vocant, $\overline{\omega}$, suprascripto tamen $\overline{\omega\upsilon}$, habet, diphthongum deserere ausus est Gaisf. — Etiam in 85, 1. omnes habent $\overline{\omega\upsilon}$, praeter S. qui $\overline{\omega}$ praebet. Sed hic ultimus est locus, ubi Gaisford. incertus animi diphthongum admittit. In omnibus reliquis locis quasi inconstantiae pertaesus solum $\overline{\omega}$ agnoscit. Quae fuerit causa mutatae mentis, forsan quaeras. Suspicor fere, quod a proximo inde loco Schweighaeuserum, qui eo usque semper diphthongum retinuerat, tantum non ubique comitem habet.

111, 1. Dixi jam, hic Schw. et Gaisf. $\overline{\omega}$ edidisse e F. et S. In lex. tamen ex aliis $\overline{\omega\upsilon}$ Schw. affert. — Prorsus idem locum habet in 129, 1. et 129, 3.

199, 1. Schw. et Gaisf. $\overline{\omega}$ ex M. S. K. F.; ceteri mssti $\overline{\omega\upsilon}$ teste ipso Schw.

Lib. V.

V, 13, 1. Schw. et Gaisf. $\overline{\omega}$ ex S. F. K. De ceteris codd. siletur. — 49, 2. iidem ex iisdem tribus libris. $\overline{\omega\upsilon}$ alii mssr. ap. Schw., quam vagam quidem sed non vanam esse formulam ipse sententiae nexus ap. Schw. monstrat*).

92, 26. $\overline{\omega}$ K. F. *f*, alii $\overline{\omega\upsilon}$, inter quos ipse S. — 92, 33.

*) „θωμάσῃς S. K. et F. quos secutus sum. θωΰμάσῃς ed. Wess. cum aliis edd. θωυμάσῃς alii mss." Vides diphthongum diductam ex editionibus afferri, non diductam ex codd.

(bis) $\overline{\omega}$ sol. F., quem tamen duumviri illi secuti sunt. Ceteri $\overline{\omega\upsilon}$ quod de S. vel ex silentio Gaisfordii concludi potest, cupide scripturam per $\overline{\omega}$ sui libri auctoritate, ubi fieri potest, defendentis.

Lib. VI.

VI, 1, 3. $\overline{\omega}$ K. F. *f*, alii cum S. $\overline{\omega\upsilon}$. — 43, 3. $\overline{\omega}$. F. *b*, $\overline{\alpha\upsilon}$ S. V. $\overline{\omega\upsilon}$ alii non nominati. – 47, 1. $\overline{\alpha\upsilon}$ ceteri omnes, nominatim S. F. praeter K. qui $\overline{\omega}$ habet, quod jam Wessel. recepit, ut *ἰωνικώτερον* quam vulgarem per $\overline{\alpha\upsilon}$ scripturam.

117, 2. $\overline{\omega}$ S. P. K. F. $\overline{\omega\upsilon}$ alii, teste Schw. — 121, 1. $\overline{\omega}$ S. K. F. $\overline{\omega\upsilon}$ alii teste Schw. — 123, 1. $\overline{\omega}$ S. F. De ceteris codd. siletur.

Lib. VII.

VII, 28, 1. $\overline{\omega}$ iidem tres codd. S. K. F. „*forsan et alii*" addit Schw., quod non intelligo. Nam cum $\overline{\omega\upsilon}$ ad Schweigh. usque editum fuerit, codices ceteros, e quibus nil allatum est. in $\overline{\omega\upsilon}$ potius conspirare quam $\overline{\omega}$ dare credi potest, praesertim cum $\overline{\omega}$ in K. haberi Wessel. testetur. — 99, 1. $\overline{\omega}$ iidem S. K. F. De ceteris siletur. — Idem locum habet in 125, 2. nisi quod Schw. in lex. alios habere $\overline{\omega\upsilon}$ testetur. — 128, 3. $\overline{\omega}$ S. F. quod Schw. non recepit, nulla prodita causa. — 135, 1. S. K. F. De ceteris siletur. — 153, 6. $\overline{\omega}$ S. V. K. F. $\overline{\omega\upsilon}$ non diductum edit. Ald. — 187, 2. Bis in hac sectione substantivum occurrit, quod *θῶμα* scriptum Schw. et Gaisf. exhibent, in priore loco e P. S. F. in posteriore ex F. certe; nam an reliqui duo codd. assentiantur, e Schweighaeuseri nota non liquido discas; et Gaisf. non solito negligentior ad hunc alterum locum nihil annotavit. Quoniam vero in priore loco ad Thomae quoque Magistri auctoritatem provocatum est, supra jam pag. 3. hanc elevavimus, monstrantes, $\overline{\omega}$ esse quidem in duobus codd., $\overline{\alpha\upsilon}$ in uno, sed $\overline{\omega\upsilon}$ item in uno eodemque optimo. — 204, 1. $\overline{\omega}$ S. K. F. De ceteris siletur. — 208, 4. $\overline{\omega}$ S. F. et quod mirum ipsa edit. Ald. Sed $\overline{\omega\upsilon}$ in Steph. 2. jam reperio. $\overline{\omega\upsilon}$ e codd. non affertur, sed e Suida s. v. *ἀλογία*. — 218, 2. $\overline{\omega}$ S. F. De ceteris siletur. Sed in lexico Schw. ex aliis $\overline{\omega\upsilon}$ hic affert.

Lib. VIII.

VIII, 8, 2. $\overline{\omega}$ e solo F. hab. Gaisf. non item Schw.

$\overline{\omega\upsilon}$ cum aliis S. dare, e Gaisf. silentio certum est. cf. ad V, 192, 33.

37, 3. Etiam hic bis Gaisf. e solo F. $\bar{\omega}$ ascivit, quod Schw. non ausus erat. Utroque loco S. diphthongum dare, non dubium mihi est. Nam quod priore tantum loco Gaisf. hoc diserte monuit, non ad diphthongum pertinet, sed ad diaeresin.

65, 1. $\bar{\omega}$ e solo F. Gaisf. non Schw. Quod vero ex S. diphthongi meminit Gaisf., id non pro testimonio haberi velim, ubi de cod. S. idem taceat $\overline{\omega\upsilon}$ in eo non comparere. Nam hoc hic non fecit diphthongi, sed alius in eodem vocabulo varietatis causa. Nam pro ἀποθωυμάζειν τε cod. S. habet ἀποθωυμάζοντας.

74. 2. $\bar{\omega}$ S. K. F. ante Gaisf. jam a Schweighaeusero receptum. De ceteris codd. siletur; at in lexico Schw. diphthongi meminit.

135, 1. θῶμα Schw. scripsit, quamvis verbo hoc in cod. F. cum undecim proximis omisso. Codicem S. ita dare, scire non potuit, cum Wessel. hoc fugisset, quod iterata collatio Gaisf. docuit. Sed in lex. Schw. $\overline{\omega\upsilon}$ tantum ex h. l. citat. — 153, 3. $\bar{\omega}$ e solo F. duumviri illi. $\overline{\omega\upsilon}$ diductum diserte ex S. affertur.

Lib. IX.

IX, 11, 5. $\bar{\omega}$ S. F. $\overline{\omega\upsilon}$ alii, diserte testante Schw., eodem fere modo quo ad V, 49, 2.

16, 6. $\bar{\omega}$ S. K. F. *f*, $\overline{\omega\upsilon}$ alii, teste Schw. in varietate lectionis et in lexico. — 37, 5. $\bar{\omega}$ S. K. F. $\overline{\omega\upsilon}$ alii msscr. ap. Schw. — 53, 2. $\bar{\omega}$ S. F. $\overline{\omega\upsilon}$ alii, cf. ad V, 49, 2. et IX, 11, 5. — 58, 4. $\bar{\omega}$ sol. F. $\overline{\omega\upsilon}$ alii. ωϋ diductum S. cum editt. — 65, 2. $\bar{\omega}$ S. F. K. $\overline{\omega\upsilon}$ alios libros mss. habere *putat* Schw. — 111, 4. ω S. K. F. De aliis siletur. — 120, 2. $\bar{\omega}$ F. $\overline{\omega\upsilon}$ diductum S. Idem obtinet in 122, 3. et 122, 6. Sed in 122, 5. $\bar{\omega}$ tuentur F. et S., nulla ceterorum mentione facta. $\overline{\omega\upsilon}$ non diductum ex Ald. affertur.

Jam si hanc exemplorum hic collectorum multitudinem, sunt vero nonaginta et tria, accuratius lustramus, statim videbimus ab initio longe diligentiorem operam fuisse eorum, qui codicum conferendorum curam in se susceperant, quam in progressu operis, ita ut in ultima historiarum parte praeter duos istos co-

dices S. F., quos Schw. et Gaisf. ipsi manibus versarunt, raro unus alterve in nostra quaestione ad partes vocetur. Vidimus praeterea in initio operis ita auctoritate praevalere eam scribendi rationem, quae $\overline{\omega\upsilon}$ praeferat, ut de altera admittenda nemo sanus, nisi aliis argumentis non ex testimoniorum numero et natura petitis, non facile cogitet. Num credibile est, si in reliqua operis parte non minore religione scripti libri consulti essent, aliud quid hos testes responsuros fuisse, quam initio responderint? Quidni? objiciat forsan aliquis, cum e codd. S. et F., quorum pleniorem collationem habemus, manifesto pateat, in initio operis regnare diphthongum $\overline{\omega\upsilon}$, in altera parte vocalem $\bar{\omega}$. Verum quidem hoc esse non negabitur, sed ea de re statim dicetur. Nunc illud tantum animo perpendas velim, omnes editiones ante Wesselingianam in omnibus locis, tribus quatuorve exceptis, ubi vulgaris forma per $\overline{\alpha\upsilon}$ legitur, diphthongum $\overline{\omega\upsilon}$ agnoscere, nunquam $\bar{\omega}$*). Atqui ad unam aliamve harum editionum omnes collationes institutae sunt. Credendumne est omnes, qui codices contulerunt, ita hebetibus oculis fuisse, ut si frequenter se obtulisset $\bar{\omega}$ pro $\overline{\omega\upsilon}$ hoc non animadvertissent? Credendumne est Gronovium, amore codicis Medicei, quem ipse manu diligentissime versaverat, occaecatum ejusque vitia manifesta pro tot virtutibus praedicantem, novies tantum scripturae per $\bar{\omega}$ mentionem fecisse, et reliquos locos vel neglexisse vel ad eos non attendisse? Credendumne est, Georgiadam, qui Parisinos codd. in Schweighaeuseri usum mercede conductus contulit, etsi forsan non accuratissime ista opera functus sit, tamen e praestantissimo cod. *a*, quem ceteris diligentius eum contulisse res ipsa docet, octies in hac quaestione lectiones afferre, sed quae nusquam $\bar{\omega}$ monstrent, sed vel $\overline{\omega\upsilon}$ vel semel $\overline{\alpha\upsilon}$, eundemque semper $\bar{\omega}$ omisisse si saepius ipsi hoc se obtulerit, praesertim in posteriore libri parte**).

Sed nunc eo accedimus, ut rationem, quam codd. F. et S. secuti sint, paulo accuratius sub examen vocemus. De scriba codicis F. quid sentiam jam plus semel in speciminibus praece-

---

*) Semel $\bar{\omega}$ ex Aldina citatur; sed jam Steph. in eo loco $\overline{\omega\upsilon}$ praebet.

**) Similiter e codd. *c d e* R. nunquam $\bar{\omega}$ affertur; ex *b* bis; *f* quater. V. ter. P. octies. K. vicies ter; si calculos recte subduximus.

dentibus patefeci. Is enim hic quoque antagonistae partes susceptarus, statim in principio $\overline{\omega}$ scribere quidem aggressus est in tribus locis, sed ita ut $\overline{\upsilon}$ vocabulo superne adjiceret, si sua hoc manu fecit, quod me nescire supra p. 4. not.**) fassus sum. Ter vero in eodem libro primo $\overline{\omega}$ scripsit, septies $\overline{\omega\upsilon}$. In omnibus his tredecim libri primi exemplis nusquam $\overline{\omega}$ e cod. S. affertur; semel $\overline{\alpha\upsilon}$. — In secundo libro $\overline{\omega}$ in F. non comparet, novies $\overline{\omega\upsilon}$ bis $\overline{\alpha\upsilon}$. Et cod. S. quoque in hoc libro nusquam $\overline{\omega}$ offert, semel $\overline{\alpha\upsilon}$. — In tertio libro cuius sedecim sunt exempla nunquam $\overline{\omega}$ in F. repertum est; ter in S. — In quarto libro constantiam istam, quam per duos praecedentes in scriptura $\overline{\omega\upsilon}$ defendenda cod. F. tenuerat, rursus deserit, sexies $\overline{\omega\upsilon}$ praebens, sexies $\overline{\omega}$, atque semel quidem hoc supra scripto $\overline{\upsilon}$. Mutato vero prorsus antiquo more cod. S. in omnibus duodecim locis $\overline{\omega}$ offert. — A quinto vero inde libro pertinaciter F. $\overline{\omega}$ retinet, semel tantum ad vulgare $\overline{\alpha\upsilon}$ delapsus. Sed non eadem constantia est cod. S. Ex quinque exemplis, quae in quinto libro leguntur, duo tantum $\overline{\omega}$ praebent. In sexto libro ter $\overline{\omega}$ habet S., bis $\overline{\alpha\upsilon}$ (idque semel cum F. commune), semel $\overline{\omega\upsilon}$ — In septimo vero libro eadem constantia, qua F. in omnibus duodecim locis $\overline{\omega}$ tuetur. — Ex septem vero octavi libri exemplis duo tantum S. per $\overline{\omega}$ scribit, reliqua per $\overline{\omega\upsilon}$. — Tandem in undecim libri noni locis quater $\overline{\omega\upsilon}$ S. retinet, septies vero cum F. consentit. Jam vero si nobis eam legem imponi sinamus, ut orthographiam Herodoti in hac voce, nulla ceterorum librorum ratione habita, ad consensum horum duorum codicum conformemus, omnia nonaginta et tria exempla in tres aequales partes miro casu divisa sunt; nam in 31 locis in $\overline{\omega\upsilon}$ conspirant ambo libri; in totidem in $\overline{\omega}$; et in aliis totidem inter $\overline{\omega}$, $\overline{\omega\upsilon}$, et $\overline{\alpha\upsilon}$ fluctuant.

Verum enim vero si validis argumentis probabile fecimus, fore ut, si reliqui codd. majore cura collati sint, scriptura $\overline{\omega\upsilon}$ longe et numero testium et auctoritate praevaleat; si non absurde suspicati sumus, orthographiam quae θῶμα scribi jubeat, a nonnullis grammaticis, ad quos Hesychii glossa refertur, et librariis excogitatam esse, qui analogiam vocabuli τρῶμα sequuti sint; ante omnia vero cum gravissima auctoritas Gregorii atque Eustathii accedat, qui de industria horum vocabulorum orthographiam explicantes $\overline{\omega}$ prorsus ignorant, $\overline{\omega\upsilon}$ solum probantes;

— ex omnibus his causis inquam mihi persuasissimum est, si veterem Herodoti manum servare gestimus, ut spreto simplici $\bar{\omega}$ ubique $\overline{\omega\upsilon}$ in possessionem, a recentissimis editoribus plus dimidia parte imminutam, restituendum sit.

Accingor nunc ad alteram hujus quaestionis partem, qua me effecturum promisi, ut, si ϑῶμα rejici debet, ejus locum non novitium ϑῶυμα sed, quod olim scriptum est, ϑώϋμα occupare debeat, similiterque ut non ἑωυτόν sed ἑωϋτόν scribatur. Sed non sine timore in hunc campum descendo: nam obloquendum est Hermanno Buttmannoque, at qualibus viris! Sed si grato animo professus fuero, me his viris et Lobeckio meo, quicquid in accuratiore cognitione sermonis Graeci profecerim, omnia fere debere, si modeste nunc rationes, cur mihi a horum sententia discedendum videatur, protulero, neminem spero futurum, qui mihi arrogantiae, quae suis sibi commentis placeat, crimen objicere possit. Qui post illos duumviros aut in editionibus, quas curarunt, aut in scriptis grammaticis eandem sen- 11 tentiam amplexi sunt, ii nullas novas rationes attulerunt, quibus me respondere necesse sit*).

Hermannus itaque primus, quantum mihi innotuit, vulgari rationi scribendi, quae in omnibus fere libris editis obtinuerat, adversarius exstitit in aureo libro de emend. rat. Gr. Gr. p. 47. 48.: *in diphthongis* $\overline{\eta\upsilon}$ *et* $\overline{\omega\upsilon}$ *eodem modo* $\bar{\upsilon}$ *mutum esse ut* $\bar{\iota}$ *in* $\bar{ῃ}$ *et* $\bar{ῳ}$; *male* $\overline{\eta\ddot{\upsilon}}$ *et* $\overline{\omega\ddot{\upsilon}}$ *duabus syllabis pronunciari*; *male* ϑώϋμα *scribi solere tribus syllabis et accentu male notato: diphthongum esse* $\overline{\omega\upsilon}$, *una tantum syllaba pronunciandum, ut apud Aristoph. Acharn. 790.* τωυτῶ; quaerit tum, *cur Iones* ϑώϋμα *dixerint, qui* ηὔδα, νῆυς, νηυσίν *conjunctim protulerint; cur* ϑώϋμα *tribus syllabis pronunciarint*, ὡυτός *autem duabus*, allato loco *Etym.*

---

*) Schweighaeusero facile condonandum est, quod eandem sententiam saepe in annotatione critica tuetur, nam in cod. F., quem non sine causa magni facit, non solum puncta illa diaereseos absunt, sed etiam ϑῶυμα eo, quo Hermannus jussit, accentu scribitur — Blochium quoque, itacismi acerrimum propugnatorem, in eadem sententia esse non miror. Facilius enim sonus *af* in *of* transire potest, quam in *oï*. Sed Graeci nostrae aetatis diphthongum ωυ non noverunt; at quomodo non ante ita multa saecula Eustathii aetate eadem pronunciata fuerit, postea patebit.

magn. p. 826, 1.*) Jam pergit, *grammaticos de soluta diphthongo nil tradere*, idque confirmat loco Gregorii, supra jam p. 3. a nobis excitato. *Aliud praeterea haud leve argumentum exstare, quo ωυ etiam in ionica dialecto diphthongum constituisse appareat: nam istos diphthongum αυ non solum in ωυ sed etiam in ω nudum mutasse.* Addit Ioannis grammatici locum, a nobis supra p. 3. not. **) transscriptum. Quae tum adduntur de modo, quo diphthongus ωυ pronuncianda sit, ad nostram quaestionem non pertinent. Nam non agimus de sono mutae literae υ in hac diphthongo, sed de eo, num ωυ semper monosyllabum sit.

Buttmannus vero in nota pag. 102. Tom. 1. grammat. amplioris subjecta haec argumenta addit: *ἑωυτοῦ veram esse crasin ex ἕο αὐτοῦ, quemadmodum τωὐτό ex τὸ αὐτό, ex quo genitivo ceteros casus formatos esse.* coll. ibid. p. 301. not. 4. — *Orthographiam θώϋμα, ἑωϋτόν, quae per se et propter grammaticorum silentium suspicioni obnoxia sit, verisimiliter ei consuetudini multorum scriptorum librorum originem debere, qua vocali ϋ plerumque duo puncta superne imponantur. — Sed diaeresin apud poëtas locum habere posse, ut in γρηῦς et γρήϋς. Hinc θωϋτά apud* Hesiod. sc. Herc. 165. *vulgariori θαύματα praeferendum videri.*

His gravissimis argumentis ut respondeatur, initium faciamus a silentio grammaticorum, propter quod diaeresis ista in
12 suspicionem vocatur. Verum non prorsus obmutescunt grammatici in hac quaestione; Eustathii saltem duo exstant clara testimonia; alterum ad Iliad. 19, 413. pag. 1191, 19. Rom. Tom. 4. p. 137. Lips. *τὸ δὲ ῞ωριστος κέκραται κατὰ τὸ ἑωϋτοῦ. ἔστι γὰρ ἐκεῖνο ἕο αὐτοῦ, καὶ κράσει τοῦ ō καὶ ᾱ εἰς ω̄ μέγα γίνεται ἑωυτοῦ καὶ διαλύσει ἑωϋτοῦ.* Sed contra hoc testimonium duplex exceptio valet; qui enim Buttmanni sententiae favent, contendere possint, Eustathium ipsum propria multorum librorum orthographia, qua literae υ duo puncta in capite addant, seductum haec pro diaereticis habuisse, atque hinc dialysin istam commentum esse. Ego praeterea objiciam aut falsam esse Eustathii sententiam, in qua ipsi cum Buttmanno convenit, ἑωυτοῦ crasi ortum esse ex *ἕο αὐτοῦ* **), aut, si crasis haec obti-

*) Verba ipsa Etymologi adscribam: *Ὡυτὸς ἀνήρ, ἔστιν ὁ αὐτός· κατὰ κρᾶσιν τοῦ αο* [leg. οα] *εἰς ω̄ μέγα γίνεται ὠυτός.*

**) Si hanc Buttmanni opinionem sequimur, ἑαυτοῦ crasi et syna-

net, ex ipsa Eustathii doctrina, quam alio loco et accuratam et argumentis e rei natura petitis innisam proposuit, *διάλυσιν* istam locum habere non posse. Nam fundamenta totius hujus disquisitionis jacta sunt in altero loco Eustathii ad Iliad. 5, 396., quem supra jam pag. 3. transscripsimus. Negat ibi disertis verbis *ὡὐτός* et *ἑωϋτοῦ* similia esse; affirmat illud duabus syllabis pronunciari, hoc vero quatuor implere. Haec enim ejus doctrina est: sicubi *α̅υ̅* in *ω̅υ̅* in una voce transit, *ω̅υ̅* dialysin patitur atque disyllabum fit; hoc vero locum habet in *ἑαυτοῦ ἑωϋτοῦ*, et in *θαῦμα θώϋμα*. At si *ω̅υ̅* illud non simplici mutatione vocalis *ᾱ* in *ω̄* effectum est, sed in duorum vocabulorum crasi ex *ο̄* et *ᾱ* oritur *ω̄*, tum monosyllabum remanet, *ὁ αὐτός ὡὐτός, τὸ αὐτό τωὐτό.* Haec brevibus verbis tantum doctus archiepiscopus adumbravit, quae mihi ita comparata videntur, ut ea ex nobilis cujusdam grammatici doctrina fluxisse existimem. Atque haec uberius etiam exornari potuissent. Idem fere locum habet in *σημεῖον σημήϊον*, *οἰκεῖος οἰκήϊος*, *ῥᾴδιος ῥηΐδιος* multisque aliis, ut prima alicujus diphthongi vocali mutata, si hoc in media voce, non crasi, non augmento assumto, fiat, pro diphthongo diaeresis duarum vocalium apud Iones locum habeat. Crasin habent *ἠὐγένεια*, *τωὐβούλοιο*, *ωὐριπίδη* et quae alia ejusmodi exempla Buttmannus attulit, in quibus diphthongus dissolvi nequit. Augmentum vero crasi addidimus,

---

loephe ortum esse ex *ἕο αὐτοῦ*, quod perspicuum sit ex ionico *ἑωυτοῦ*, sane quid accusativo *ἑωυτόν* faciendum sit, non perspicimus; nam ibi ejusmodi crasis obtinere non potest. Multo probabilior altera sententia est, quam Buttm. ipse l. c. p. 301. ab ipsa rei natura commendari non negat, cum primitus ut apud Homerum in duas partes haec reflexiva distracta fuerint, *ἕο αὐτοῦ*, *ἓ αὐτόν*, postea has partes in unum vocabulum inseparabile conjunctas, cum accusativi in objecto significando frequentior usus sit quam duorum ceterorum casuum, coaluisse in *ἑαυτόν*, et, quae huic similia sunt, *ἑαυτοῦ*, *ἑαυτῷ*. Et sic ne in *ἑωυτοῦ* quidem crasis obtinet. Nam eadem interna quasi vocabuli affectione, qua *θαῦμα* pro *α̅υ̅* assumit *ω̅υ̅*, in *ἑαυτοῦ*, *ἑαυτόν* quoque diphthongi *α̅υ̅* mutatio explicanda est. Atque hinc veteres grammatici tantum non ubique *θωυμα* cum *ἑωυτοῦ* componunt; at in *θωυμα* craseos vestigia nemo facile odorabitur. Postremo si ionicum *ἑωυτοῦ* e crasi ortum est, cum crasis non ubique a scribentibus ponatur, quid quaeso causae est, cur nusquam apud Herodotum et alios *ἕο αὐτοῦ* in hac significatione occurrat?

13 quoniam potestate et ortu huic simile est. Coalescit enim breve $\bar{\varepsilon}$ cum vocali vocem incipiente; sed ubi augmentum non adest, ibi vox ad antiquam formam redit. Si itaque quaeritur, cur ηὔδα Iones dixerint, non ἠΰδα, respondemus, quod $\overline{\alpha\upsilon}$ non in $\overline{\eta\upsilon}$ mutatum est, sed $\overline{\varepsilon\alpha}$ crasi quasi in $\bar{\eta}$. Nam si $\overline{\alpha\upsilon}$ in $\overline{\eta\upsilon}$ abiisse censendum esset, dici quoque posset ηὐδᾷν. Verum in ἠϋγενείας diaeresis haec necessaria est, ipsa diphthongo $\overline{\varepsilon\upsilon}$ in $\overline{\eta\upsilon}$ mutata. Multa praeterea addi possent, si in alias dialectos exspatiari luberet; sed cum de ionica Herodoti oratione tantum mihi sermo sit, etiam pauca ea exempla, quae ex epicorum *) et atticorum usu ad rem illustrandam apposui, supervacanea forsan nonnulli existimabunt. Unum adhuc mihi monendum est, νῆυς pro ναῦς positum huc non pertinere. Nam υ hoc loco non propriam vim obtinet, sed digamma, aut quo alio modo spiritum hunc densum appellare velis, censendum est, ut ex casibus obliquis patet.

Sed sufficiant haec; doctioribus et acutioribus dijudicandum relinquo, an in defendenda vetere scriptura θώϋμα causa ceciderim.

---

*) Epici ipsa ea, quae Iones nequeunt, per diaeresin diducere possunt, ut γρηΰς, quod Buttmannus protulit, ut ὤϊξε alia. Sed θωϋτά apud Hesiodum, si lectio sana est, cum Iones θωυτά non potuerint dicere, ex ejusmodi διαλύσει non explicandum erat.

C.

OPUSCULA LITERARIA.

1. HORATIUS CUM GRAECIS COMPARATUS.

Ὀργασμός· μαλαγμός. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πανδάρῳ λέγων· καὶ πρῶτον ἄρχον πηλὸν ὀργάζειν χεροῖν etc. — Sic Foesius in Oecon. Hippocr. scholion hoc ex margine veteris exemplaris Hippocratis protulerat, quod inde Ruhnkenius ad Tim. lex. Plat. p. 180. repetiit, in prima editione Πανδώρᾳ et ἀργὸν πηλόν corrigens, quod Brunckius secutus est in lexico Sophocleo. In secunda vero editione Ruhnk. sequi maluit Aem. Portum, ἄρχον πηλόν corrigentem.

Quam lubricum sit, ejusmodi ἀποσπασμάτια, quorum nexus neque cum praecedentibus neque cum sequentibus constat, velle emendare, vix opus est explicare, praesertim in poëtis, qui multa sibi indulgeri contra communem linguae usum postulant. Jam utramque emendationem et facilem esse et fabulae convenientem, negari quidem nequit; verum dudum alia mihi suborta suspicio est, quam cur silentio premam non video. Scribo enim, accentu tantum mutato, ἀρχὸν πηλόν. Sophocles enim, quod vulgo notum est, et alia in usum linguae sibi licere putavit, et multis vocabulis novam significationem tribuit. Jam ἀρχός derivatur ab ἄρχειν; ἄρχειν vero est *primum esse*, aut numero aut potestate. Posteriorem tantum significationem in communi lingua ἀρχός tenet, ut sit, qui ceteris potestate praecelleat, qui imperet. Sed in ipso vocabulo nihil inest, quod impediat, quominus de eo statim, qui numero primus sit, qui initium faciat, usurpari possit, praesertim in ligata et ornatiori oratione. In quo si non falsi sumus, ἀρχός conveniat fere Latinorum voci *princeps*, quod utroque modo in communi oratione occurrere quis nescit? Jam cum, qui indolem carminum Horatianorum perspectam habet, quantum poëta hic e Graecis fontibus hauserit, ignorare nequeat, forsan viris doctis non ita absurde suspicati esse videbimur, hunc ipsum Sophoclis locum

a poëta Venusino expressum esse, cum Carm. 1, 16, 13. ita caneret: *Fertur Prometheus addere principi limo coactus* etc.

Sed subsistamus paulisper in hac comparatione Horatii cum scriptoribus Graecis. Non dixi *imitationem*, qua voce nimis quondam viri docti abusi sunt, qui sicubi in duobus scriptoribus similem sententiam similemve colorem loquendi animadverterunt, statim alterum ab altero aliquid mutuatum esse suspicati sunt. Sunt enim multa, quae unicuique in mentem venire possunt, ut iisdem fere verbis eadem proferat, quae alii jam protulerant. Sic cum Herodot. 2, 25. *) dicat, *εἰσὶ ὅ τε νότος καὶ ὁ λὶψ ἀνέμων πολλὸν τῶν πάντων ὑετώτατοι*, cumque anonym. auct. vit. Homer. pag. 322. Gall. habeat *κῦμα κινηθὲν ὑπὸ νότου, τοῦ μάλιστα τὰ ὑγρὰ κινοῦντος*, quis unquam sibi persuadebit, Horatium fuisse imitatorem Herodoti, anonymum vero illum Horatii, ita canentis carm. 1, 7, 15. *albus ut obscuro deterget nubila coelo saepe notus, neque parturit imbres perpetuos?* Similiter res se habet in multis loquendi modis, qui vulgo recepti erant, quosque scriptor quisque e ditissima sermonis penu hausit, non alter alteri sublegit. Sic quae Horatius habet carm. 1, 1, 30. *sublimi feriam sidera vertice* ex vulgato loquendi usu tracta esse, patebit collato Aristaeneti loco epist. 1, 11. *καὶ ὑφ' ἡδονῆς παντοδαπὰ χρώματα παρ' ἕκαστον λόγον ὑφίει* (leg. *ἀφίει*) *καί, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἐδόκει τῇ κεφαλῇ ψαύειν τοῦ οὐρανοῦ.*

Proverbiali loquendi usu connexa quoque sunt Horatii carm. 1, 9, 14. *quem fors dierum cunque dabit, lucro appone* et Graecorum *τὴν παροῦσαν ἡμέραν κέρδαινε*, cf. Valcken. de Aristobul. pag. 5. Alibi carm. 2, 8, 13. Mitscherlichius jam Graecorum proverbium ex Stobaei florilegio adduxit, quod plenius legitur apud Phurnut. de nat. deor. c. 24. p. 198. Gall. *ἀκύρους δέ, οὐκ ἐμποινίμους ἔφασαν τοὺς ἀφροδισίους ὅρκους εἶναι κ. τ. λ.* Neque magis, si comparamus vatem Venusinum carm. 3, 26, 11. *regina* (Venus), *sublimi flagello tange Chloen semel arrogantem* cum Nonn. Dionys. 4, 177. *εἶπε* (Venus) *καὶ Ἁρμονίην φυγοδέμνιον ἤλασε κεστῷ εἰς πόθον* etc., Horatium a Nonno expressum dicemus, sed utrumque imaginem posuisse, poëtis familia-

*) In sequentibus nos nostros rivulos non ex pleno flumine Mitscherlichii V. D. irrigasse, lectori patebit. Sed difficile erat, multa addere.

rem. Difficile enim plerumque dictu est, utrum seriores scriptores Graeci, qui raro Latine callebant, ubi in verbis et sententiis cum Horatio conveniunt, ab hoc aliquid mutuati an ex uno eodemque fonte hausisse credendi sint. Vide tamen quomodo consentiant haec Dionysii, qui aequalis fuit Horatio et satis Latine doctus, fragm. Ursin. 18, 14. apud Majum, οὐ γὰρ ἐνοχλεῖ τοῖς ἑκάστου βίοις ἡ πόλις ἡ Ῥωμαίων, ὥςπερ τινὲς ἕτεραι, ἐν αἷς ὁ κοινὸς μὲν πλοῦτος ὀλίγος ἐστὶν, ὁ δὲ τῶν ἰδιωτῶν πολύς cum his versibus Horatii carm. 2, 15, 13. *privatus illis* (Romanis) *census erat brevis, commune magnum.* Confer praeterea Horatium carm. 1, 27, 23. 24. *vix illigatum te triformi Pegasus expediet Chimaera*, cum Lucian. necyom. c. 13. *Διονύσιον κατηγορηθέντα* — Ἀρίστιππος μικροῦ δεῖν τῇ Χιμαίρᾳ προςδεθέντα *) *παρέλυσε*, ut intelligas, inter summos in inferis cruciatus fuisse, si quis illigaretur Chimaerae, atque hinc aptam Horatium imaginem sumsisse. Alium locum Horatii carm 1, 16, 1.: *non Dindymene, non adytis quatit mentem sacerdotum incola Pythius, non Liber aeque, non acuta si geminant Corybantes aera* cum his Plutarchi verbis Amator. p. 763, A. τί τοσοῦτον ἡ Πυθία πέπονθεν, ἁψαμένη τοῦ τρίποδος; τίνα τῶν ἐνθεαζομένων οὕτως ὁ αὐλὸς καὶ τὰ μητρῷα καὶ τὸ τύμπανον ἐξιστᾶσιν; contulit jam Bentlejus, ni memoria me fallit; nam hujus editione, cum haec scriberem, carebam. — Ex uno certe eodemque fonte, ut ad christianos quoque devertamur, hausta sunt Horatii carm. 3, 25, 18. *dulce periculum est, o Lenaee, sequi deum:* et Clement. Alex. exhort. ad gent. pag. 75. Pott. καλὸς ὁ κίνδυνος, αὐτομολεῖν πρὸς θεόν, quamvis in dissimili argumento uterque scriptor versatur.

Sed quem fere contenderim, ipsum Horatium ob oculos habuisse, Procopius est, in Panegyr. in Anastas. apud Villoison. anecd. T. 2. p. 44., qui totus locus ex Horat. carm. 4, 5, 17. seqq. expressus videtur. Confer vel haec verba: *pacatum volitant per mare navitae* et πλεῖται μὲν τοῖς ἐμπόροις ἀκινδύνως ἡ θάλαττα.

Sed video me deverticula secutum longe alio progressum esse, quam initio volebam, ubi animus ferebat, de iis veterum scriptorum Graecorum locis sermonem instituere, quos Horatius

---

*) Solanus conjecit παραδοθέντα, quod comparatio Horatii falsum arguit.

vel vere expressit, vel expressisse videri possit. Redeamus igitur illuc, atque quoniam a Sophocle initium cepimus, ejusdem poëtae apponamus locum, qui Horatio forsan obversatus est in nobilissimis versibus 3, 16, 9. seqq.

aurum per medios ire satellites
et perrumpere amat saxa potentius
ictu fulmineo: concidit auguris
    Argivi domus, ob lucrum
demersa exitio. Diffidit urbium
portas vir Macedo, et subruit aemulos
reges muneribus.

Nonnulla hic ex Graecis apposuit Mitscherlichius. Sed neglexit Sophocl. Antig. 295. seqq.

οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν, οἷον ἄργυρος
κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε· τοῦτο καὶ πόλεις
πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων,

ubi, quae variat Horatius, lyricae poesi propria sunt. — Inter veteres lyricos poëtas, praeter Alcaeum, Sapphonem aliosque, multa ex Simonide Ceo eum hausisse, tum jam ab interpretibus notatum est, tum duobus aliis exemplis confirmabimus. Ad carm. 3, 2, 25. *est et fideli tuta silentio merces* Graeca *ἀλλ' ἐστὶ καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας* attulit jam Mitscherlichius, ex Augusti apophthegm. apud Plutarch. p. 207, C. Sed Simonidis Cei esse probat Wyttenbachius ad Julian. orat. 1. pag. 136. Lips. Alter locus est carm. 3, 29, 45. *non tamen irritum, quodcumque retro est, efficiet, neque diffinget, infectumque reddet, quod fugiens semel hora vexit.* cf. Schol. Soph. Ajac. 368. Erf. *ἐπεξειργασμένοις· ἐπιτετελεσμένοις καὶ ἴασιν οὐκ ἔχουσι, κατὰ τὸ Σιμωνίδου· τὸ γὰρ γεγενημένον οὐκέτ' ἄρεκτον ἔσται.*

Ex auctoribus quoque, qui prosa oratione scripserunt, nonnulla sublegit Horatius, praecipue ex Philosophis. Hic primo loco nominabimus *Platonem*, quem quanti habuerit poëta patet ex serm. 2, 3, 11., ubi conferantur, quae Heindorfius recte contra eos disputat, qui de comico Platone locum intellexerunt. Ad verbum fere conversi sunt ex Platonis Timaeo p. 47. Steph. hi Horatii versus carm. 4, 2, 37.: *quo nihil majus meliusve terris fata donavere bonique divi, nec dabunt.* Platonis Graeca haec sunt: *οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει, δωρηθὲν ἐκ θεῶν.* Sic quoque componimus haec Horatiana,

carm. 4, 4, 29. *fortes creantur fortibus et bonis* cum verbis Platonis in Menex. pag. 237. *ἀγαθοὶ δέ γ' ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν.* — A Platone transgredimur ad Xenophontem, ubi haec non dissimilia saltem sunt. Carm. 1, 34, 12. *valet ima summis mutare et insignem attenuat deus.* Anab. 3, 2, 10. *οἱ θεοὶ ἱκανοί εἰσι, καὶ τοὺς μεγάλους ταχὺ μικροὺς ποιεῖν, καὶ τοὺς μικροὺς, κἂν ἐν δεινοῖς ὦσι, σώζειν εὐπετῶς.*

Finem tandem huic libello imponemus, uno praeterea loco Sexti Empirici 11, 134—137. allato, quem compares quaeso cum Horat. Serm. 2, 3, 26—30. Ex tota argumentandi ratione exemplisque allatis patet, utrumque scriptorem ex eodem fonte hausisse, nobis, ut videtur, deperdito, ut eum propius indagare et indicare nequeam. Sed ex nobili aliquo philosopho sententia expressa videtur. Nolo utriusque scriptoris verba adscribere, quia praecipue ad nexum sententiarum argumentationemque respiciendum est, contentus haec sola ex Sexto afferre: *ὡς οὖν ὁ ἰατρὸς ἀναιρῶν μὲν πλευρῖτιν, ποιῶν δὲ περιπνευμονίαν, ἢ ἀνασκευάζων μὲν φρενῖτιν, ἀντεισάγων δὲ λήθαργον* etc.

---

2. UEBER VERANLASSUNG UND ABSICHT 159

VON

HORAZ OD. III. 3.

Oft, wenn wir uns mit den aus dem Alterthume erhaltenen Trümmern der schönen classischen Zeit beschäftigen, wenn wir es tief empfinden, dass, was einst da war, so wie es da war, nicht wieder werden kann, fühlen wir uns doch auf der anderen Seite in unserem Anschauen, in unserer Bewunderung gehemmt und aufgehalten, weil wir entweder nur Mangelhaftes vor uns sehen und nicht das Ganze, oder weil uns freilich das Ganze, Vollendete aufbewahrt ist, aber dessen wahre Bedeutung uns verborgen bleibt. Und wenn man diese nicht durch und durch erfasst hat, so ist es ja unabwendbar, dass manches Schöne unseren Augen sich verbirgt, was gleichzeitige Kundigere erblickten; aber auch eben so natürlich, dass wir nun entweder das Fehlende aus eigener Kraft und Einsicht zu ersetzen

suchen, oder wo ein Ganzes vollendet freilich aber unbegriffen sich zeigt, wir uns bestreben, Deutung und wahren Sinn aufzufinden, um, soweit es angeht, gleiche Gefühle bei uns zu erwecken, gleicher Bewunderung uns hinzugeben, so jenen zu Theil ward, die noch nicht Bruchstücke schmerzlich schauten, noch im vollen Lichte des Gegebenen sich freuen konnten. Es gilt das hier Gesagte eben so gut von allen Erzeugnissen des Geistes, die durch Schrift uns aufbewahrt sind, als von den Schöpfungen der bildenden Kunst. Wie oft entzückt ein Bruchstück einer Statue den Kenner und begeistert ihn, aus dem
160 Uebriggebliebenen das Verlorene in der Phantasie zu ergänzen; und häufig hat wohl der eine den Ergänzungsversuch so, der andere anders angestellt. Eben so geht es dem forschenden Philologen mit einzelnen abgerissenen Ueberresten von Werken, die in ihrer Ganzheit schon längst verloren sind; und es gehört wahrlich zu den geistreichsten und vor allem zu den gelehrtesten, mit weiter Umsicht und tiefem Erfassen des Alterthums im Ganzen und im Einzelnen anzustellenden Forschungen, aus einer gegebenen grösseren oder kleineren Menge zerstreuter und nirgends zusammenhängender Reliquien entweder zu versuchen ein Ganzes in der Idee wieder herzustellen, oder wenigstens jedem einzelnen Bruchstücke einen Platz anzuweisen, den es etwa im Ganzen eingenommen hätte.

Nicht minder schwierig ist aber auch zuweilen, wenn uns ein in seinen Theilen vollständiges Bild der Sculptur aus der Verwüstung barbarischer Jahrhunderte erhalten ist, die Bemühung seinen eigentlichen Sinn zu erfassen, und mit Sicherheit anzugeben, was es entweder für sich isolirt darstelle, oder wenn es als ursprünglich zu andern gruppirt gedacht werde. Die entschiedensten Widersprüche in dieser Hinsicht finden sich bekanntlich bei den Bearbeitern der Kunstgeschichte von jeher und jetzt noch; denn es existirt kaum ein neues grösseres Werk oder eine kleinere Abhandlung, worin nicht Fehldeutungen früherer zurechtgewiesen werden, um bald nachher einem ähnlichen Schicksale zu erliegen. Was aber so mit den Schöpfungen der bildenden Kunst geschieht, ist auch der Fall bei einem nicht geringen Theile der aus dem Alterthume erhaltenen schriftlichen Denkmale, wenn sie auch im Ganzen unversehrt sind. Grössere poetische Gebilde, wie eine Iliade, Odys-

see, Aeneide, ferner Tragödien, Komödien, oder historische
und philosophische Werke, Reden u. s. w., geben meistens
Endzweck und Art der Ausführung von selbst kund; auch bei
manchen weniger umfassenden kann der kritische Beobachter
nicht zweifelhaft sein, wie bei Epinikien des Pindar, Idyllen
des Theokrit u. s. w. Aber es giebt noch eine grosse Anzahl
solcher kleiner in sich vollendeter Darstellungen, bei denen zu 161
richtiger Verständniss und dem daraus erst zu schöpfenden
vollständigen Genusse genauere Bekanntschaft mit den Umstän-
den, unter denen sie entstanden sind, und mit den einzelnen
darin vorkommenden Beziehungen unumgänglich nöthig scheint.
Um nur einige Beispiele anzugeben, nenne ich hier Cicero's
Briefe, manche kleinere Schriften des Lucian, und dann, da
von Griechen uns in diesen Arten wenig erhalten ist, lyrische
und elegische Erzeugnisse des Catull, Tibull, Properz, Horaz
und Anderer, kurz alles, was unter augenblicklichen Umstän-
den entstanden, als Gelegenheitsgedicht, oder, um auch die
Prose mitzunehmen, als Erzeugniss der Gelegenheit sich dar-
stellt. Man lese manchen Brief des Cicero, manche Ode des
Horaz, und man wird sie für unbedeutend halten, wenn man
nicht eingeweiht ist in die Charaktere der Personen, in die in-
dividuelle Lage des Verfassers, als er sie schrieb oder dich-
tete. In vielen Fällen hilft nun ein tüchtiges und umfassendes
Studium des Schriftstellers, verbunden mit der speciellsten
Kenntniss der Geschichte der Litteratur und der Tagesbege-
benheiten, so wie des Kampfes der Meinungen und ähnlicher
Punkte aus, wozu Fleiss und Geist leitet. Aber häufig genügt
dieses alles nicht; und es muss an die Stelle der erkannten,
wenn auch mühsam aufgesuchten Facten eine eigene Art von
Conjecturalkritik treten, deren Absicht es ist, Umstände zu er-
denken, unter denen dieses oder jenes Werk habe abgefasst
werden können, und aus denen dann eine völlige Lösung des
darin Angedeuteten hervorgeht. Wir haben dann doch wenig-
stens Einen Genuss, wenn wir uns sagen: so kann es gewesen
sein, und es ist nichts in dem uns Vorliegenden, was dem
widerspräche. Freilich hat diese Art der Conjecturalkritik
manche Aehnlichkeit mit unbestimmten mathematischen Auf-
gaben; so wie diese mehrere Arten der Lösung zulassen, die
alle gleich richtig sind, so könnte auch, um die Entstehung

solcher Geistesproducte zu erklären, von Verschiedenen ganz Verschiedenes erdacht werden, und dieses Verschiedene doch
162 zum Inhalte und zum Tone des zu Erklärenden ganz passen. Dies muss warnen vor der anmassenden Behauptung, dass man allein das Wahre gesehen habe, eine Warnung, welche bei dem jetzigen Zustande unserer Litteratur nicht oft und ernst genug ausgesprochen werden kann.

In dieser Gattung nun der auf solchen Vermuthungen gegründeten Kritik war *Wieland* ein anerkannter und bewunderter Meister. Was er zu den Uebersetzungen der Satiren des Horaz, mancher dunkelen Stücke des Lucian, und besonders der Briefe des Cicero geleistet hat, um Veranlassungen und Umstände zu erfinden, unter welchen solche Schriften Licht bekommen, oder oft nur solche Anspielungen mit dem Uebrigen in Zusammenhang gebracht werden, ist Beweis einer glänzenden Combinationsgabe, eines seltenen Scharfsinnes, verbunden mit genauer Kenntnis der Tagesgeschichte und der Charaktere. Dass er oft gefehlt habe, oft sich zu sehr von der Phantasie habe hinreissen lassen, kann nicht geleugnet werden, und ist auch oft nachgewiesen, leider zuweilen in einem Tone, der sich nicht ziemte. Wenn aber *Wieland* so Widerspruch gefunden hat, wenn ihm nicht alle Erklärungsversuche gelungen sind, so geistvoll er sie auch angestellt hat, wie könnte ich erwarten, dass ein von mir gemachter Versuch, in der Angabe über Entstehung und Zweck einer Ode des Horaz von allen mir wenigstens bis jetzt bekannten Auslegern abzuweichen, nicht Widerrede und Tadel finden sollte, zumal da es eine der berühmtesten und gepriesensten Oden Horazens betrifft? Um also jedem Vorwurf der Anmassung zu begegnen, glaube ich zuerst zeigen zu müssen, weswegen die bisherigen Annahmen über den eigentlichen Zweck und über die Entstehung dieser Ode mir nicht genügen, um daran zweitens meinen neuen Versuch anzuknüpfen.

Erlauben Sie mir aber, H. z. e. A., vor allem die Ode selbst in *Voss's* Uebersetzung vorzutragen; denn wenn sie Ihnen sicher auch allen bekannt ist, so kommt es doch grade darauf
163 an, Alles, selbst den kleinsten Umstand darin vor Augen zu haben; und aus demselben Grunde werden Sie mir vergönnen, wenn ich zur Widerlegung fremder, oder zur Unterstützung

eigener Ansicht noch der Uebersetzung einer oder der anderen Ode mich bedienen sollte.

Hor. Od. III. 3.

Wer, Gutes wollend, männlich beharrt im Sinn,
Kein Bürgeraufruhr Böses verlangender,
Kein grimmes Drohn im Herrscherantlitz
Rückt ihm den felsigen Muth, noch Auster,
Dess Macht die Abgründ' Adria's wild empört,
Noch Zeus des donnerstrahlenden grosser Arm;
Zerschellte hoch des Aethers Wölbung,
Schreckenlos steht er, umkracht von Trümmern.
Durch solchen Geist hat Pollux und Hercules,
Der Erdumwandrer, Aetherpaläst' erstrebt,
Zu welchen hingelehnt Augustus
Nektar mit purpurnem Mund empfähet.
Durch solchen würdig, Vater Lyäus, bogst
Du deiner Tiger sträubende Häls' ins Joch
Zur grossen Fahrt: so floh Quirinus
Acherons Pfuhl mit den Rossen Mavors,
Nachdem im Rathkreis froher Olympier
Dies Juno aussprach: Ilios, Ilios
Hat jener schicksalvolle Richter,
Buhlerisch frech, und das Weib des Auslands
In Staub gewandelt; die, da Laomedon
Bedungnes Lohnes täuschte die Ewigen,
Mir und der keuschen Pallas Abscheu
Ward mit dem trügenden Volk und König.
Nicht mehr, o Sparta's Buhlerin, glänzet dein
Lobloser Gast; nicht hemmet des Priamus
Meineidig Haus annoch Achäa's
Streitbare Macht mit dem Arme Hektors.
Der Krieg, den Götterspaltungen dehneten,
Hat ausgewüthet. Werde hinfort des Zorns
Unmuth zugleich, und, welchen Troja's
Priesterin trug, der verhasste Enkel,
Geschenkt dem Mavors. Wandele jener nun
Zur lichten Wohnung, koste den Nektarsaft;
Und ruh', ich duld' es, mitgezählet
Unter der wonnigen Schaar der Götter. 164
Weil langer Meerfluth Brandungen Ilios
Von Roma sondern, sein die Verbannten sonst
Ringsum in Herrschermacht beseligt,
Weil noch auf Priamos Grab und Paris
Das Rind einhertrabt, und ungestraft das Wild

Die Säugling' einhüllt; stehe das Capitol
Glanzreich, und Roma, stolz der Obmacht,
Gebe Gesetz dem bezwungnen Meder!
Weithin in Ehrfurcht werde gehört ihr Nam'
Im fernsten Erdraum: dort wo die Mittelfluth
Europa trennt vom Afer, dort wo
Nilus im Schwall die Gefilde wässert:
Wann ungegrabnes Gold, das am besten liegt
Im tiefsten Erdschacht, tapferer sie verschmäht,
Als schnöden Brauch der Menschen frech mit
Alles entweihender Hand hervorzwingt.
Wo je des Weltrunds Grenzen ihr widerstehn,
Sie komm' und siege, froh den Bezirk zu schaun,
Den ungezähmte Gluth, den kalter
Nebel durchtobt und des Thaus Getröpfel.
Doch so bedingt sei Romulus tapfrem Volk
Dies Loos geweissagt, dass sie der Ahnen nicht
Zu eingedenk, voll Selbstvertrauens,
Wieder erbaun die zerfallne Troja.
Verjüngt sich Troja, flugs mit entsetzlicher
Vorschau der Vögel kehret Verderb und Graus;
Selbst führ' ich dann die Siegerschaaren,
Ich, die Vermählte dem Zeus und Schwester!
Ob dreimal aufsteig' eherner Mauern Trotz
Durch Kraft des Phöbus; dreimal zertrümmere
Sie mein Argeer, dreimal klage
Kinder und Mann die gefangne Gattin!
Nicht solches ziemet scherzendem Saitenspiel.
Was, Muse, strebst du? End', o vermessene
Zu reden, was vor Göttern tönt', und
Grosses in kleinem Gesang zu schmälern.

Der Gang der Ode ist dem Anscheine nach nicht kunstvoll verschlungen; sie beginnt mit dem Lobe consequenter
165 Handlungsweise, wenn man etwas für Recht erkannt hat; zeigt, dass dieses belohnt werde, mit Beispielen aus der Mythologie, wie Heroen sich bis zur Götterwürde dadurch hinaufgeschwungen haben, unter ihnen auch Romulus oder Quirinus, bei dessen Aufnahme unter die Götter Juno ihrem Hasse gegen das trojanische Geschlecht in einer langen herrlichen Rede entsagt; endlich schliesst die Ode abbrechend mit dem kurzen Geständnisse des Dichters, dass er sich etwas unterfangen habe zu singen, wozu seine Kräfte nicht hinreichten.

Was ist nun aber eigentlich die Hauptabsicht des Dich-

ters bei Anfertigung dieser Ode? Von Vielen ist Vieles, von jedem fast etwas anderes darüber gesagt. Ich werde nachher zeigen, dass man diese Erklärungsversuche in zwei Classen theilen kann, wenn ich mir vorher erst Bahn gebrochen habe durch zwei andere Gattungen von Auslegern, welche kaum mehr als genannt zu werden verdienen, um sogleich ihrer und ihrer Träume oder ihres Unverstandes los zu sein. Ich sagte ihrer *Träume:* — wir haben in unserer neuesten Zeit manchen mystischen und anderen Unsinn gehört und gelesen, und thun dies noch, wodurch alle Bedeutung des Alterthums und alle Poesie zu Grunde geht; aber vor allen steht uns hier ein ausgezeichnetes Beispiel der Jesuit *Harduin* da, der selbst ein geschätzter Herausgeber der Naturgeschichte des Plinius nur diese und Horazens Satiren als ächte Werke des römischen Alterthumes anerkannte, alles übrige für Betrug der Mönche im Mittelalter erklärte, welche dadurch anderen Ideen Eingang zu verschaffen suchten, so dass auch diese Ode, wie *Gesner* berichtet, im dreizehnten Jahrhundert nach Ch. G. gedichtet enthalten sollte: *eine vorgebliche Weissagung vom Wiederaufbau Jerusalems nach der babylonischen Gefangenschaft und dessen endlicher Zerstörung durch Vespasian.* Ich würde solches Unsinnes kaum hier erwähnt haben, wenn nicht noch in ganz neuen Zeiten ein achtungswerther Mann unseren ganzen Vorrath von classischen Schriftstellern als entstanden während des Parteikampfes der 166
